BARTHOLOMÆI GAVANTI

CONGREG. CLERIC. REG. S. PAULI, ET SACR. RITUUM CONGREG. CONSULTORIS

OPERA

THEOLOGICO-CANONICA

Nunc primum collecta, atque eruditissimis in Parochorum, Confessariorum, & ceterorum Ecclesiasticorum gratiam

ADNOTATIONIBUS, BULLIS PONTIFICUM, SACRARUM CONCILII, AC RITUUM CONGREGATIONUM DECRETIS AD NOSTRA USQUE TEMPORA, ATQUE INTEGRIS ALIQUOT LIBRIS AD MORALEM THEOLOGIAM PERTINENTIBUS

EX AUREO BENEDICTI XIV.
DE SYNODO DIOECESANA

Commentario decerptis locupletata, atque in duos Tomos distributa.

TOMUS SECUNDUS

COMPLECTENS ENCHIRIDION,

SEU

MANUALE EPISCOPORUM

Pro Decretis in Visitatione, & Synodo de quacumque re condendis, in quo Decreta Concilii Tridentini, Bullarii Pontificii, Sacrarum Congr. Rom. Conciliorum septem Provincialium Mediolanensium, tum omnia, quæ de officio & potestate Episcopi a probatis Auctoribus tradita fuerunt, per quasi Aphorismos, exquisita, copiosa, & brevi methodo continentur,

UNA CUM ADDITIONIBUS AD IDEM ENCHIRIDION.



FERRARIÆ, MDCCLX.

Sed prostant VENETIIS,

APUD REMONDINI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



ANTONIO
CARD. BARBERINO,
URBANI VIII.

PONTIFICIS OPTIMI MAXIMI
EX FRATRE NEPOTI

Pro Italiæ pace ad omnes Principes
Pro aucta ad Metaurum ditione:

URBINI LEGATO:
IN URBE,

Quæ templum est Astreæ,
clarissimis maximarum virtutum insignibus
Præfecturam Signaturæ Justitiæ
Decoranti.
Pro paribus ponderum lancibus,
geminæ servantur Justitiæ partes;
Nihil cuiquam aufertur, suum cuique redditur:
Honorem inter, ac amorem Orbis
Sedenti:
Animi celsitudine, liberalitate, beneficentia,
pietate, regio virtutum agmine,
Coronato.
Purpuratorum lumini,
Pastorum Principis imitatori sedulo



EPISCOPORUM MANUALE,

Infinitæ pignus observantiæ, quam beneficentissimo Principi
Cler. Regul. S. Pauli obsequentissima Congregatio
profitetur,

BARTHOLOMÆUS GAVANTUS

ejusdem Congregat. humillime consecrarat
Hoc edito elogio.

D. JO: AMBROSIUS MAZENTA
Congregat. Clericorum Regularium Sancti Pauli Vicarius Generalis.

CUm opus, cui titulus est: Enchiridion, seu Manuale Episcoporum, a Rever. P. Don Bartholomæo Gavanto Sacerdote nostræ Congregationis compositum, duo ejusdem Congregationis eruditi, ac sapientes viri cognoverint, atque in lucem dari posse probaverint, potestatem facimus, ut typis mandetur, si & iis, quibus id competit, ita placuerit.

Dat. Mediolani in Collegio nostro SS. Apost. Pauli, & Barnabæ, die 23. Junii 1631.

D. Jo. Ambrosius Mazenta Vic. Gen.

Imprimatur si videbitur Reverendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Episc. Bellicast. Vicesg.

DE mandato Reverendissimi Patris Fr. Nicolai Riccardii, Sacri Palatii Apost. Magistri, Enchiridion, seu Manuale Episcoporum, ab admodum Reverend. P. D. Bartholomæo Gavanto compositum, legi, nihilque inveni, quod sanctæ fidei, aut bonis moribus adversetur, immo dignissimum judico, ut ad communem omnium utilitatem in lucem prodeat; continet enim quam plures materias Ecclesiasticis necessarias, mira claritate, & brevitate digestas.

Ego D. Constantinus Palamolla Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Sac. Theologiæ professor, & in Urbe Examinator.

IMPRIMATUR:

Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apost. Mag.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.



Dita utraque Praxi, tum compendiaria Visitationis Episcopalis, tum exactissima Diœcesanæ Synodi, illud unum reliquum erat, & perneceſſarium, ut quam brevissima quoque methodo materiam universam Decretorum, & Visitationi, & Synodo suppeditarem. Hanc ego puto præsenti volumine traditam, scilicet, copiosam, perbrevem, ordinatam. Copiosam, quia non ea tantum, quæ hodierno usui deserviunt, sed multo plura, quæ Episcopum scire decet respectu Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Abbatum, & aliorum minime sibi subjectorum, ut suum cuique tribuat Episcopus sine propriæ potestatis præjudicio. Perbrevem: quia veluti per Aphorismos, seu axiomata, paucissimis verbis contentus, omissa Doctorum multiplici citatione, res ipsas commonstro, uno vel altero Doctore citato, & libentius recentiore, qui ab aliis, & qui fusius easdem explicat, vel ex professo probat. Ordinatam denique, quia Summistarum more, ordine Alphabetico, titulos invenies, supra ducentos: & in unoquoque titulo, vel doctrinæ, vel actionum ordinem observare poteris.

Porro ipsimet Aphorismi in triplici sunt differentia: alii definitivam (ut ita loquar) habent sententiam: cujusmodi sunt ii, qui auctores habent Patres Concilii Tridentini, Interpretes ejusdem Concilii Eminentissimos, Judices controversiarum inter Episcopos, & Regulares, Libros prohibitorum, & Sanctissimæ Inquisitionis, Sacrorum Rituum, & quos magis veneramur, Summos Pontifices: a quibus ne latum quidem unguem declinare debemus. Alii partim definitivam, partim consultivam, respectu diversorum: & ii sunt, qui ex Conciliis septem Provincialibus Ecclesiæ Mediolanensis hausti sunt, recognitis, & approbatis a Sede Apostolica, quos Episcopi illius Provinciæ tenentur sequi; si vero sequantur & alii extra Provinciam, sine dubio non modicam merebuntur laudem. Reliqui (quos placita Doctorum dixerim) dum eorum nonnulli negant, affirmant alii, consultivam tantum habere videntur sententiam: tu benigne Lector, a quo volueris, poteris stare. Brevioribus, ad brevitatem opusculi utor Notis in citandis auctoribus, quas tamen explicabis facile, his adnotatis.

(Conc. Trid.) hoc est Concilium Tridentinum.

(Pius V. Anno 1569. & simil.) hoc est in Bullario Pontificio,

Con-

Conſtitutione illius anni de materia, de qua Aphoriſmus: vel Decretum editum, & impreſſum eo anno Romæ.

(Deciſum refert) ideſt, a S. Congregatione Interpretum Concilii Tridentini.

(Congr. S. Rit) ideſt: Congregatio S. Rituum.

(Congr. Ep.) ſcilicet: Congregatio Card. ſuper negotia Epiſcoporum, & Regul.

Prædicta vero Decreta indicaſſe ſit ſatis, ut originalia, ſi opus ſit, curare facilius poſſis.


Aſteriſco notata ſunt ea, quæ Romano prælo data, juſſu majorum fuerunt pro tempore promulgata.

(Congr. Ind. librorum, & S. Inquiſitionis,) non niſi impreſſa, & vulgata commemoravi Decreta.

(Prov. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.) hoc eſt Concilia Provincialia Mediolanenſia jam edita, & prælo data.

Reliqui auctores patent, & præ manibus habentur omnium: unde, uti recepto uſu communi eos citavi idcirco libentiſſime.


Si quid in his laude dignum eſt, Deo, & auctoribus, unde ſumpſi: ſi quid errati, mihi ignoſce, benigne lector, & Vale.



I N D E X
T I T U L O R U M
Enchiridii Episcoporum.

Ille-

MA-



MANUALE EPISCOPORUM.

Abbas.

1 EPiscopo tertio requisito, & renuente benedicere Abbatem, potest Abbas, sine benedictione Officium administrare, & ordines conferre, docet Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 27. *n.* 54. (*a*)

„ (*a*) Aut nisi alio peculiari fulciatur privilegio, quo ei potestas fiat, etiam non recepta benedictione omnia peragendi, quæ Abbatibus Episcopi quodammodo benedictione conferati competunt. *Suar. de Rel.* T. IV. *l.* 2. *c.* 29. Lambertinus *T. III. Thes. Resolut. S.C.C. p.* 19. & 23. *seq.* Quibus privilegiis a Benedicto XIII. derogatum non est Constit. *Commissi nobis*. Bened. XIV. *de Syn. Diœces. l.* 2. *c.* 11. §. 9.

2 Abbatis benedictio facienda est die Dominica, vel festiva. *Pontificale Rom.*

3 Abbas Monachorum non benedictus habet insignia, & privilegia, quæ benedictus. Tamb. *de jure Abbat. t.* 1. *disp.* 11. *q.* 13.

4 Sedes Abbatis ne sit fixa, & permanens prope altare, ut sedes Episc. Cong. Rit. 29. Januar. 1628. cum duobus gradibus, sine suppedaneo. *ibid.*

5 Præsente Episcopo Diœcesano, sedebit Abbas in loco suæ jurisdictionis, vel apud Episcopum in sede Camerali absque ornatu, & sine gradu; vel in conspectu Episcopi ex alia parte, in loco inferiori cum uno parvo gradu non excedente dimidium palmi: Eadem 18. Mart. 1617.

6 Baldachinum Abbatis sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest. Eadem 28. Jan. 1606. 18. Martii 1617. 29. Jan. 1628.*

Quibus Abbatibus concessum sit. *Vide Baldachinum.*

7 Mitra una tantum Abbati celebranti conceditur. Cong. Rit. 29. Januar. 1628.

8 Baculus Abbatis ornandus sudario ad differentiam Episcopalis baculi. Acta Eccl. Med. *de suppell. Eccl. l.* 2. & Tamb. *d.* 20. *q.* 1. *n.* 4.

- *Gavant. Man. Episc.*

9 Non potest extra suam Ecclesiam uti mitra, & baculo, neque ante se ea deferre. Congreg. Rit. 17. Julii 1604.

10 Potest iis uti in Ecclesiis unitis suæ jurisdictioni. Tamb. *disp.* 21. *q.* 2.

11 Missam cantare potest Abbatialem ter in anno ad summum, hoc est, cum Baldachino, & sede, ut supra, in cornu Evangelii posita, ministris quinque adhibitis, & aliis sex paratis: tum sex candelabris, non septem, in altari; & cum abaco parvo. Congr. Rit. 29. Jan. 1628.*

12 Sedes autem prædictorum sex paratorum sint extra chorum, ita ut in scabellis sedeant, eadem. *ibid.*

13 Præsente Episcopo Diœcesano in Ecclesia Abbatiali Abbatis sæcularis exempti, debet Abbas cum suis Canonicis sedere in cornu Epistolæ, uno post alium in sede simplici sine ornamentis, in loco inferiori respectu Episcopi, quatuor, vel quinque cubitis juxta Canonicos cathedralis; & post canonicos cathedralis debet thurificari duplici ductu, & uno canonici ejusdem. Episcopo, & ejus canonicis debentur omnia, ut in cathedrali, nimirum assistentia, circuli, thurificatio, benedictio incensi, & populi. Cong. Rit. 9. Febr. 1604. *relata a Tamb. dis.* 25. *q.* 9.

14 Pontificalia extra suam Ecclesiam, seu Ecclesias, non potest Abbas exercere. Tamb. *disp.* 21. *q.* 3. *n.* 10.

15 Potest benedicere per suam Ecclesiam populo. *ibid. q.* 8. *n.* 5.

16 Non coram Episcopo loci. Cong. Rit. *Anno* 1604. *relata a Tamb. disp.* 23. *q.* 1. *n.* 1.

17 Neque coram Legato Sedis Apost. Tamb. *disp.* 21. *q.* 2. *n.* 5. & *q.* 9. *n.* 1.

18 Non potest benedicere per vias. Idem *ib. q.* 8. *n.* 1. *ex Cong. Rit.* 24. *August.* 1609.

19 Potest benedicere paramenta suarum Ecclesiarum. *est communis.*

20 Non potest benedicere, in quibus sacra unctio adhibetur, decisum refert Suar. *de relig. tom.* 4. *tr.* 8. *l.* 2. *c.* 30. *n.* 2.

21 Cum privilegio potest, & hoc habent Cassinenses. Dec. refert Tamb. *disp.* 23. *q.* 1. *n.* 5.

22 Docet idem de privilegio, quoad alios, *ib. q.* 2.

23 Non potest altaria benedicere. Id. *ib. q.* 4.

24 Habent privilegium Cassinenses. Id. *ib.*

25 Non potest Ecclesias consecrare. Idem *ib. q.* 7. & ignorat adesse privilegium. (*a*)

(*a*) „ Nam quod Paulus III. ac S. Pius V. „ Einsidlensi Abbati Ludovico, ejusque successoribus hocce privilegium concesserint, nihil „ facit; non enim in perpetuum concessere Pontifices, sed dum certæ rerum circumstantiæ „ manerent. Etiam Campidonensi Abbati Ecclesiam Monasterii sui consecrare licuit, sed „ pro ea vice tantum, & *recepto prius oleo sacro ab Episcopo benedicto*, ut loquitur qui hanc „ illi facultatem concessit, Benedictus XIV. in „ litteris Apostolicis ad eum datis *a.* 1748.

26 Potest solemniter easdem benedicere, ex privilegio, quod docet haberi. Idem *ib. q.* 9.

27 Potest pollutam Ecclesiam, aqua sacrata per Episcopum, reconciliare: qui, si distet ultra dietas, aqua per ipsummet Abbatem benedicta, & docet de privilegio. Idem *ib. q.* 10.

28 Potest campanas benedicere, ex privilegio jam concesso. Idem *ib. q.* 12. & primum lapidem ponere. Id. *disp.* 21. *q.* 9.

29 Prædicta non potest ad usum aliarum Ecclesiarum. Riccius *in praxi fori Eccl. dec.* 539.

30 Neque paramenta non suarum Ecclesiarum. Congr. Rit. 24. *Aug.* 1609. 30. *Septemb.* 1628. abrogataque fuit qualibet consuetudo contraria allegata a Tambur. *disp.* 22. *q.* 2. *n.* 2. Decreto proprio, Congr. Rit. 18. *Aug.* 1629.

31 Non potest conferre ordines minores, neque primam Tonsuram, non sibi subditis. Trid. *sess.* 23. *cap.* 10. (*b*)

„ (*b*) Immo etiam sibi subditis non potest, „ nisi in Presbyteratus Ordine sit constitutus, „ & benedictionem ab Episcopo non obtinuerit, (illis Abbatibus exceptis, quibus Apostolica Sedes indulserit quæ Abbatibus competunt, peragere omnia etiam Episcopi non „ recepta benedictione, ut diximus *ad num.* „ 1.); atque ita in causa Wratislaviensi definivit S. C. Concilii a. 1724.

32 Neque dare litteras Dimissoriales clericis sæcularibus, ut ordinentur. Id. *ib.* (*c*)

(*c*) „ S. C. C. a. 1718. Confer Benedictum „ XIV. *de S. D. l.* 2. *c.* 11. *§.* 15.

33 Non potest Novitios tonsurare, sed ad Episcopum loci spectat. Tamb. *tom.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 10.

34 Potest conferre tonsuram, & ordines minores, etiam non sibi subditis, si ille sit benedictus, & hi a suo Episcopo, vel superiore Regulari habeant dimissorias litteras speciatim concessas, & item si accedat Episcopi loci consensus. Conc. Prov. 5. *part.* 3. *de Sacrament.* & decisum referunt Azor. *p.* 1. *l.* 1. *c.* 20. *q.* 7. Quar. *V. Ord.* Bonac. *de Sacr. dis.* 8. *q. un. p.* 4. *n.* 3. (*d*)

(*d*) „ Ita quidem a. 1572. S. C. Concilii „ censuerat; postmodum tamen sub Clemente „ VIII. statuit eadem S. C. (atque ejus Decretum confirmavit etiam Urbanus VIII.), „ non posse ad Abbates litteras dimissoriales „ dirigi, neque iisdem fas esse, personis, quæ „ in eorum privilegiis expressæ non sunt, etsi „ de suorum Prælatorum consensu, primam „ Tonsuram, Ordinesque Minores conferre. „ Ut ut autem illicita est hujusmodi Ordinatio, validam tamen illam habet Sacra Concilii Congregatio, ut ostendit Benedictus XIV. „ *de S. D. l.* 2. *c.* 11. *n.* 13.

35 Non potest conferre dictos ordines, nisi in suis Monasteriis. *c. quoniam.* 69. *dist.*

36 Male ordinati ab Abbatibus, non sunt iterum ordinandi, sed dispensandi ob suspensionem ab ordinum executione. Dec. refert Tamb. *tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 8.

37 Abbas sæcularis, licet habeat jurisdictionem in Canonicos, potest cogi ab Episcopo ad residentiam. Decisum refert Garzia *de benef. par.* 3. *c.* 2. *n.* 181.

38 Abbas sæcularis omnino tenetur ire ad Synodum Diœcesanam, etiamsi sit exemptus. Trid. *sess.* 28. *c.* 2. (*e*)

(*e*) „ Et S. C. Concilii in causa Mantuana a. „ 1727. *T.* 4. *Thes. Resol. p.* 109. *seqq.* Vide „ etiam Benedictum XIV. *de Syn. Diœc. l.* 3. „ *c.* 1. *§.* 3. *seqq.*

39 Abbas Regularis, Parochiæ Rector, tenetur ire ad Diœcesanam Synodum. Tamb. *disp.* 24. *q.* 2. *n.* 5. Decisum refert Franc. Leo *in Thes. fori par.* 1. *c.* 9. *n.* 13. (*f*)

(*f*) „ Et Benedictus XIV. *de Syn. Diœc. l.* „ 3. *c.* 1. *num.* 10. quod & intellige etiam de „ Abbatibus, & ceteris Regularibus Prælatis, „ qui capitulis generalibus non subduntur. S. „ C. Conc. 19. *Novembr.* 1604. Si tamen cura „ animarum Monasterio adnexa exerceatur per „ Vicarium sæcularem, prævia approbatione „ Episcopi in perpetuum deputatum, aut per „ Regularem non ab ipso Abbate, sed a Capitulo electum, designatumque, quem Prælatus non possit ex arbitrio a curæ exercitio „ dimovere, non Abbas, sed Vicarius sæcularis, & Curatus Regularis tenebitur Synodum „ adire. Benedictus XIV. *l. c. n.* 11. & 13.

40 Præcedit Canonicos, & dignitates Cathedralis singulariter incedentes. Tamb. *disp.* 24. *quæst.* 5. *n.* 3.

41 Item præcedit non habentes usum Mitræ, & Commendatarios. Decisum refert Leo. *d. c.* 9. *n.* 4.

42 In Synodo Diœcesana sedet a latere sinistro juxta Canonicos a latere dextro, Cærem. Episc. *l.* 1. *c. ult.*

43 Potest uti in Synodo Diœcesana, & Provin-

vinciali, si exemptus est, mitra auri phrygiata, sine laminis aureis, vel argenteis. Tamb. *disp.* 4. *q.* 6. *n.* 1. & 3.

44 Si non est exemptus, utatur simplici, & plana. Id. *ib. n.* 2. Cær. Epis. *l.* 1. *c. ult.*

45 Cum mitra pluviale induit coloris rubei. Cær. Episc. *l.* 1. *c. ult.*

46 Non tenetur Abbas exemptus ire ad Syn. Provincialem, nisi de jure, vel consuetudine interesse debet; & votum habet decisivum, ex Trid. *l. c.* & Cær. Pap. *l.* 1. *sect.* 14. *c.* 3.

47 In Concilio Provinciali sedet post Episcopos. Cær. Episc. *l. c.*

48 Procuratores Abbatum habent vocem consultivam tantum, decisum refert Leo in *Thes. p.* 1. *c.* 9. *n.* 7. & sedebunt post Procuratores Episcoporum. Idem *ib.*

49 Habens jura Episcopalia potest dare licentiam alieno Episcopo in suo districtu exercendi Pontificalia. Riccius *in praxi resol.* 300.

50 Potest unire beneficia, concursum facere in Parochialibus, modo elegerit Examinatores in Synodo. Idem *resol.* 361.

51 Et ea omnia facere, quæ sunt jurisdictionis cum suis subditis, ut Episc. in Diœc. Nav. *cons.* 2. *de cland. desp. ad fin. p.* 2. *l.* 4. *edit.* 2.

52 Nomine Episc. venit Abb. jurisdictionem quasi Episc. habens, & Vicarius ejus. Suar. *de cens. disp.* 7. *sect.* 3. *n.* 5. *vers. præterea*. Vide *Archiep. n.* 32. *Conc. Prov. n.* 7. 8. 53. *Juspatr. n.* 6. 18. *Præcedentia n.* 16. 17. 18. 19. 35.

ADDITIO.

1. Debet incedere in Ecclesia in habitu decenti, & non camerali. Congr. Rit. *9. Maji* 1609.

2 Non debet associari ex sua domo, nec excipi, cum ad Pontificaliter celebrandum vadit: quia Cær. non comprehendit in hoc casu Abb. *ead.* 11. *Dec.* 1613. (*a*)

„ (*a*) Abbates tamen Cassinenses divina per„ acturi in accessu & recessu possunt associari „ more Episcoporum, modo non extra, sed in„ tra septa Monasterii se se ad Ecclesiam con„ ferant. S. R. C. a. 1660. Alexandro VII. „ approbante.

3 Abbates Montis Cassini, S. Trin. Cavensis, S. Michaelis de Valvenere, Vallis Umbrosæ, Generalis cælestinorum, possunt gestare mozzettam, mantelletum, & biretum clericale, & pileum more Prælatorum, ex constit. Pauli V. *9. Dec.* 1606. (*b*)

„ (*b*) Iisdem Abbatibus Montis Cassini a S. „ C. Rit. a. 1660. approbante Alexandro VII. „ præter taxatum a. 1659. numerum Ministro„ rum alii quatuor Ministri cotta induti fuere „ concessi; item ut circa Mitram, servent dis„ positionem Capitis *Ut Apostolica* de privile„ giis, datum est; item ut possint uti mitra, „ & aliis insignibus Pontificalibus in actu Ordi„ nationum, & Benedictionem cum Oleo Sancto.

Item Generalis Montis Virginis, Congr. Rit. *19. Maii 1606.*

Item Abbas S. Andreæ Vercellen. ubique, etiam præsente Episcopo, potest deferre mozzettam. *Ead.* 30. *Mart.* 1621.

4 Abbas Canon. Regul. Lateran. potest deferre Baculum in processionibus suarum Ecclesiarum, extra easdem in lib. priv. eorumdem. *pag.* 214. *ab Urb. VIII.*

5 Possunt Abbates insignia Pontificalia deferre in Ecclesia exempta, licet privilegium dicat in suo Monasterio. Pacian. de probat. *l.* 2. *c.* 28. *n.* 40. quando usus eorum fuit simpliciter concessus. *ib. n.* 41. non autem extra Monasterium sine licentia Ordinarii. *ib. n.* 42.

6 Omnino sine licentia Ordinarii non possunt extra proprias Ecclesias uti Mitra, & Baculo. Congr. Rit. 17. *Jul.* 1604. 2. *Aug.* 1631. ubi, neque cum licentia Ordinarii. *Al.* 6. *Dec.* 1631. usum eorum concessit de licentia Ordinarii. V. *Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 17. *n.* 59.

7 Negatur Abbatibus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem absolutio, & dispensatio concessa Episcopis a Conc. Trid. *sess.* 14. *c.* 6. Decis. refert Garz. de benef. *p.* 7. *c.* 11. *n.* 13. & 17. cum DD. apud *Barb. de jure Eccl. l.* 2. *c.* 17. *n.* 98.

8 Abbati exempto collegiatæ sæcularis habenti jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, non licet ad pauciorem numerum, etiam ex justa causa, reducere canonicos, sed hoc spectat ad Episcopum, cum consensu tamen Capituli, si illa collegiata est insignis. Decis. refert Garz. *de benef. p.* 12. *c.* 1. *n.* 75.

9 Abbas commendatarius habens jurisdictionem quasi Episcopalem in suo territorio separato potest dispensare super illegitimitate ad quatuor minores ordines. Congr. Conc. 18. *Nov.* 1628. *ap. Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 17. *n.* 111.

10 Abbas alicujus Abbatiæ exemptæ non potest in ea ordines conferre, licet sit Episcopus; secus, si Abbatia est nullius, quia habet populum. *Ead.* 8. *Aug.* 1621. *apud eumdem ib.*

11 Abbates quando plures sunt in eodem loco habentes clerum distinctum, debent in processionibus incedere, quisque cum suo clero, & in suo loco. Cong. Rit. 19. *Jan.* 1613.

12 Abbas Ecclesiæ sæcularis exemptæ potest assumere suos canonicos ad sibi assistendum. *Ead.* 7. *Febr.* 1604. dum scilicet divinis interest, & absente Episcopo.

13 Non potest Synodum celebrare, nisi habeat Diæces. *Congr. Conc.* 17. *Aug.* 1626.

Additio nova Editoris.

„ 1 Abbas semel benedictus cum usu bireti, „ si transferatur ad aliam Abbatiam cum usu „ mitræ, non indiget alia benedictione, sed „ potest per se ipsum mitram capere. Congr. „ Rit. 25. *Febr.* 1606.

„ 2 Abbates Regulares perpetui intra annum „ a die eorum electionis Episcopalem suscipere

 „ de-

„ debent Benedictionem. Benedictus XIII. in
„ Constit. *Commissi nobis*.

„ 3. Abbates non possunt indicere concursum
„ ad Parochiales Ecclesias, nisi prius & privi-
„ legio, & privilegii usu ostenderint, se esse in
„ quasi possessione Synodum cogendi. S. Conc.
„ Cong. a. 1615. Confer Benedictum XIV. *de*
„ *S. D. l.* 2. *c.* 11. *§.* 6.

„ 4. Abbatibus Pontificaliter indutis uti coab-
„ solventibus, juxta decretum 12. Julii 1727.
„ debetur praecedentia super Canonicos Cathe-
„ dralis in Processionibus funerum. Item Ab-
„ bates Pontificaliter induti, invitati pro assi-
„ stentia in solemnibus Vesperis, Processione,
„ & Missa, debent sedere in loco decenti se-
„ paratim a canonicis in choro post Episcopos.
„ Pariter Abbatibus Pontificaliter indutis, &
„ genua flectentibus in actu receptionis, & re-
„ stitutionis Sacrarum Reliquiarum, quae per
„ eosdem in Processione deferuntur, debet per-
„ mitti usus ejusdem pulvini, quo in eodem
„ actu utuntur tam Archiepiscopi, quam Epi-
„ scopi suffraganei; & in Processionibus secum
„ ducere possunt duos tantum Clericos, seu
„ Monachos cotta indutos, in utroque latere
„ assistentes pro servitio, & usu mitrae, & ba-
„ culi Pastoralis S. R. C. 24. Novembr. 1731.

Abbatissa.

1 DE electione Abbatissae, *Vide V. Monialium Officiales*.

2 Benedici debet ab Episcopo, si intra annum a die electionis petierit benedici, & solitum sit, eam benedici; Barb. *de pot. Episc. alleg.* 27. *num.* 51.

3 Explicat Tambur. de non exemptis, *de jure Abb. tom.* 1. *disp.* 21. *q.* 8. *n.* 2.

4 Potest fieri benedictio qualibet die. Idem *ibid. num.* 8.

5 Neque potest iterari. Idem *ibid. num.* 9.

6 Nec minor annis quadraginta: qua in aetate Episcopus non potest dispensare. Decisum refert Armendar. *in addit. ad recomp. legum. Navarrae l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Episcop. num.* 102.

7 Quae ad tempus eliguntur, non sunt ad tempus benedicendae, nisi Papa concedente. Quar. *in summ. Bullar. Abbatissa, circa finem*.

8 Non potest benedicere in signum superioritatis in loco publico, nec aquam, neque vestes, in forma Ecclesiae. Majol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 26.

9 Neque potest praedicare, & in hoc neque potest Episcopus dispensare. Idem *ibid. num.* 27.

10 Potest irritare vota Monialium, non potest dispensare in eis. Nald. *Vot. n.* 64.

Additio Editoris;

„ 1. Potest Episcopus una cum Praelatis Re-
„ gularibus praesidere electionibus Abbatissa-
„ rum, quae Monasterio iisdem Regularibus
„ praeficiendae sint. Greg. XV. Const. 18.

„ 2. Regulares debent futuram Abbatissae ele-
„ ctionem Episcopo denuntiare; etsi Episcopus
„ dixerit, velle se sive per alium, sive per se
„ eidem electioni interesse, tenentur usque ad
„ praefinitum tempus Episcopi adventum expe-
„ ctare. Bened. XIV. *de S. D. l.* 5. *c.* 12. *§.* 4.

„ 3 Constitutio Innocentii XII. vetans, *ne*
„ *occurrente Ecclesiarum, sive monasteriorum quo-*
„ *rumvis vacatione, pactiones ullae, sive capitu-*
„ *lationes, aut concordata, aut statuta, adver-*
„ *sus sacrorum Canonum, & Apostolicarum Con-*
„ *stitutionum dispositionem, ab iis, ad quos per-*
„ *sonarum perficiendarum electio pertinet, ante*
„ *electionem, vel postulationem fiant, extendi-*
„ *tur etiam ad Monasteria, vel capitula, seu*
„ *Collegia mixta ex utriusque sexus personis,*
„ *regimini, vel jurisdictioni unius Abbatissae,*
„ *sive Praepositae, sive Priorissae subjectis; atque*
„ *ad eas etiam pactiones ante electionem vel po-*
„ *stulationem initas, quae caeteroquin Ecclesiis ip-*
„ *sis, vel monasteriis utiles sint, vel quae in-*
„ *trinsecus, & per se considerata, nullam mali*
„ *suspicionem redoleant*. Benedictus XIV. in
„ litteris Apostolicis a. 1754. Confer eumdem
„ *de S. D. l.* 13. *c.* 13. *§.* 23.

Abortus.

1 QUicumque, & quocumque modo abortum foetus animati procuravit secuto effectu, homicidii poenis puniatur. Sixtus V. *in Bulla* 1588.

2 Clerici beneficiis priventur, inhabilesque sint ad beneficia, & ad ordines, ordinumque ministeria. *ibid.*

3 Omnes praeterea sunt ipso facto excommunicati. *ibid.*

4 Absolutio non est reservata Papae Gregorius XIV. *in Bulla* 1591.

Vide *Absolutio num.* 36.

Degradatio num. 13.

Absolutio.

1 POtest Episcopus absolvere ab omnibus casibus, & censuris non reservatis Papae. DD. communiter apud Barb. *de pot. Episcopi alleg.* 50. *n.* 181.

2 Et quoscumque sibi subditos, saltem ratione habitationis pro majore anni parte. *ibidem num.* 182.

3 Potest Episcopus in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, delinquentes quoscumque subditos in Dioecesi sua per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiae absolvere. Trid. *sess.* 24. *c.* 6.

4 Ex-

4 Excipe casus Bullæ Cœnæ Domini, ut patet, & alios reservatos post Concilium, *ut infra n.* 15. & decisum refert Suar. *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 2. *n.* 12. qui tamen de reservatis post Concilium occultis non intelligi decisionem docet, *ib. n.* 14. & necessariam esse derogationem Concilii, uti fit in Bulla Cœnæ. *ib.* (*a*)

(*a*) ,, Quod præsertim intellige de hæresi ,, externæ, nec tamen publicæ crimine, uti ,, pluribus docet Benedictus XIV. *de S. D. l.* ,, 9. *c.* 4. §. 5. *seqq.*

5 Quæ conceduntur Episcopo *in d. c. liceat* a Trid. *sess.* 24. *c.* 6. negantur inferioribus, licet habeant quasi Episcopalem jurisdictionem. Decis. refert Garz. *de benef. par.* 7. *cap.* 11. *n.* 13. 17.

6 Negantur etiam iis Episcopis, in quorum regione non est receptum Conc. Trid. Decisum refert Barb. *alleg.* 39. *n.* 3.

7 Conceduntur Confessario Episcopi, si Episcopus egeat. Barbos. *ib. n.* 15. Decisum refert Suar. *l. c. n.* 15.

8 Absolutio vero hæc sacramentalis est, Dec. refert Garz. *p.* 11. *c.* 10. *n.* 139. *in* 3. *decl.*

9 Non tamen Episcopus tenetur audire confessionem, ut a prædictis absolvat. Navar. *cons.* 11. *de priv. p.* 2. *l.* 5. *edit.* 2.

10 Controversum est: an Episcopus possit eam committere aliis, affirmant de Vicario specialiter deputato, Nav. & Sanch. limitat Henriq. quando casus occurrat, & singillarim; alii facultatem hanc absolvendi communicabilem dicunt, dispensandi, ut *in d. c.* incommunicabilem. Vide Barbos. *l. c. n.*11.

11 Occultum *in d. c. dicitur*, quod non est notorium, licet sciatur ab aliquibus. Barbos. *n.* 21. 25.

12 Deductum ad forum contentiosum est illud, quod est denunciatum, seu post litis contestationem. Barb. *n.* 29.

13 Non probatum in fine causæ, erit occultum. Idem *ib. n.* 32.

14 Forensis potest absolvi in casibus *cap. liceat*, ab Episcopo, in cujus Diœcesi commoratur, non autem a suo Episcopo absente. Decisum refert Garz. *par.* 11. *c.* 10. *n.* 139. *in* 3. *declar.*

15 Non potest Episcopus absolvere a censuris reservatis, incursis propter ingressum in Monasterium Monialium, etiamsi sit occultus. Decisum refert Riccius *in praxi resol.* 544. *n.* 5. *in* 2. *edit.*

16 Potest absolvere Episcopus percussorem clerici ob levem injuriam. Sylv. *Absol.* 4. *numer.* 1.

17 Non ob levem notoriam. Idem *ib. n.* 2.

18 Potest absolvere privilegiatos ob mediocrem injuriam, hoc est, si regularis verberet regularem; in mortis articulo constitutum; mulierem: habentem capitales inimicitias; puerum impuberem; officialem arcentem turbam casu percutientem clericum; valde delicatum; pauperem: ægrotantem; senem, & valetudinarium; sodales clericos in communi viventes: janitorem: servum conditione: dubium: impeditum legitime ad iter: debilem membris. Sylv. *ib. n.* 3.

Ge..ut. Man. Episc.

19 Potest item ob enormem injuriam absolvere ex prædictis eos, qui habent perpetuum impedimentum. Idem *ibid.*

20 Item & eos, qui temporalem impedimentum habent; cum conditione tamen, ut cessante impedimento se præsentent sedi Apostolicæ. Idem *ibid.*

21 Inferior Episcopo habens quasi Episcopalem auctoritatem non potest absolvere, neque ob levem injuriam. Idem *ib. n.* 5.

22 Prædictos etiam potest Episcopus absolvere ab excommunicatione lata ob alias causas. Idem *ib. n.* 6. Nav. *c.* 27. *n.* 89. *in Man.*

23 Etiam in casibus Bullæ Cœnæ. Nav. *ib.* & Suar. *l. c. sect.* 3. *n.* 9. *contra Sylv. l. c.*

24 Potest Episcopus absolvere regularem percussorem Collegæ, ob mediocrem injuriam excommunicatum, si Prælatus non est Sacerdos, vel aliter impeditus. Idem Sylv. *ibidem quint. n.* 1.

25 Item & eum regularem, qui percusserit clericum secularem, ex quadam æquitate. Idem *ib. n.* 3. deficiente Prælato.

26 Potest etiam absolvere Moniales exemptas, etiam pro enormi. Idem *n.* 4.

27 Et potest etiam Abbatem, nisi injuria sit enormis. Idem *ib.*

28 Item potest Episcopus absolvere eos regulares, qui se percutiunt extra claustra, secundum Hostien. *ib. n.* 5.

29 Potest Episcopus, & eum, qui uxorem habet, & filios, quos in extrema necessitate relictos agnoscit, vel qui curam animarum habet cum earum periculo, sine Vicario. Barbos. *de pot. Episc. alleg.* 41. *n.* 8.

30 Si prædicti possunt adire legatum, vel Nuncium habentem facultatem Pontificiam, non potest Episcopus absolvere. Idem *n.* 31.

31 Excommunicatus in foro exteriori ob percussionem Clerici, a Pœnitentiario Papæ, secreto absolutus, satisfacta parte, potest haberi ab Episcopo (si velit, & nisi urgeat pars adversa rationabiliter) tanquam absolutus, neque molestari. Nav. *de pœnit. & remiss. cons.* 23. *n.* 4.

32 Quæ sit levis, mediocris, enormis percussio, vide infra. *Violenta manus in Clericum.*

33 Potest Episcopus absolvere subditum suum ab excommunicatione, etiamsi sint ambo, vel alter extra Diœcesim. Praxis Episc. *V. absolutio ad* 7.

34 A sententiis latis ab homine non possunt confessarii absolvere. Leo X. *Anno* 1518.

35 Tempore Jubilei excommunicatus ab homine, si parti satisfecerit, poterit absolvi, & communicare in divinis in foro exteriori, ad effectum tantum consequendi Jubileum: & dein-

& deinde reincidit in excommunicationem. Pius V. *Anno* 1568. *in Declar. perpetua pro Jubilais, relata a Gutier. canon. quaest. l. 1. c. 2. n.* 18.

36 Qui facultatem generalem habent absolvendi a casibus reservatis, non possunt tamen in casu abotti animati foetus procurati effectu secuto, nisi per loci ordinarium fuerit specialiter deputatus, ex Gregor. XIV. Prov. 7.

37 Absolutio Medicorum, qui aegrotos inconfessos visitare perseveraverint, Episcopo reservatur, nisi secus alicubi judicetur. Prov. 7.

Vide Confessarius n. 20. 47.

Regularium jura sub Episcopis n. 75. 76. 79.

Agni cerei.

1 NE minio, vel auro inficiantur, sed albi deferantur. Greg. XIII. A. 1572.

2 Poena imposita est excommunicationis ipso facto, non tamen est reservata Papae. *ibid.*

3 Neque venales proponantur sub eadem poena. *ibid.*

4 Domi recondantur decenti loculo, a collo pendentes theca decenti includantur. Prov. 5.

5 Neque laici eos tangant, neque forcipe, neque chirothecis, sed Clerici in sacris. *ib.*

6 Unde non placet Sanch. *sum. mor. l.* 2. *c.* 43. *n.* 27. qui eos tangi a foeminis concedit.

7 Non gestentur in anulis, neque suspendantur e ramis arborum, neque projiciantur in agrum, sed eorum cera adoleatur ad suffumigationem contra tempestates. Prov. 5.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum.

1 DUo copulative requiruntur, causa justa in casu licito, & solemnitas legitima. Paul. II. *in Bulla* 1468.

2 Causae justae sunt quatuor, necessitas, utilitas, incommoditas, pietas. Quar. *V. alienatio n.* 3. *& ibi fusius, & optime.*

3 Solemnitas legitima non est, inconsulto Papa Paul. II. *supra.*

4 Assensus Apostolicus praecedat contractum, & multo magis, traditionem rei. Quar. *loco cit. n.* 8. 9.

5 Prohibentur locationes, & conductiones ultra triennium. *Paul. supra.*

6 Item emphyteuses, quae non sunt a jure permissae, neque de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, neque cum evidenti Ecclesiae utilitate. Idem. *ibid.*

7 Item omne pactum, per quod dominium transfertur, concessio, hypotheca, infeudatio. Idem *ibid.*

8 Prohibita censetur permutatio etiam inter Ecclesiasticos. Barb. *de pot. Ep. alleg.* 95. *n.* 57.

9 Prohibetur transactio, & compromissum de re Ecclesiae incorporata. Quar. *l. c. n.* 20.

10 Prohibetur impositio servitutis, cessio jurium, actionum, litis, & causae. Idem. *loco cit.* 21. 22.

11 Item alienatio mobilium pretiosorum. Idem *n.* 24.

12. Neque possunt pignorari. Idem *ib. n.* 27.

13 Conceditur alienatio fructuum, & bonorum, quae servando servari non possunt pro instantis temporis existentia. *Paul. supra.*

14 Non prohibetur locatio ultra triennium, si adest consuetudo. Paris. *cons.* 98. *l.* 4.

15 Non prohibentur bona confraternitatum, & locorum piorum sine Episcopi auctoritate fundatorum, Barbos. *alleg.* 75. *n* 32. & Quar. *n.* 28.

16 Non valet conditio dantis, ut alienari possit res data sine solemnitatibus. Quar. *n.* 31.

17 Bona relicta Ecclesiae incapaci, alienari possunt sine solemnitatibus. Idem *n.* 32.

18 Arbores, solo cohaerentes prohibitae censentur alienari. Idem *n.* 33.

19 De re nondum incorporata transactio fieri potest sine solemnitate, Barbos. *alleg.* 95. *num.* 63. Quar. *n.* 43.

20 Potest etiam repudiari legatum, vel haereditas nondum incorporata Ecclesiae. Barbos. *n.* 52. Negant alii. *ib. n.* 54. & apud Quar. *loco cit. n.* 23.

21 Duae concessiones in emphyteusim sufficiunt, ut dicatur solitum concedi. Quar. *n.* 40.

22 Cap. *Terrulas* non fuit derogatum a Paul. II. neque a Tridentin. decisum refert a Sacr. Congreg. Quar. *n.* 41.

23 Sed tria concurrunt, rei exiguitas, inutilitas Ecclesiae, & necessitas alienationis. *ib.*

24 Explicatur cap. *Terrulas*, de valore scutorum 25. auri a Congreg. Episcop. 22. *Maji* 1601.

25 Summa necessitas, & celeritas negotii, quod non possit adiri Papa, potest excusare a solemnitatibus. Idem Quar. *n.* 42.

26 Remissio caducitatis potest fieri a solo Praelato seu rectore. Idem. *n.* 44.

27 Poenae a Paulo II. sunt nullitas contractus, excommunicatio tam contra alienantes, quam recipientes; interdictus ingressus Ecclesiae ipso jure quoad Pontifices, & Abbates, & post sex menses suspensio eo ipso a regimine; & privatio, ipso facto, illius Beneficii, cujus bona sunt alienata *in dicta Bulla.*

28 Absolutio non est reservata, ibid. & Quar. *n.* 49.

29. Delegatus male consentiens alienationi, inferior Episcopo est excommunicatus; Episcopus est suspensus ab executione officii per annum, & fit irregularitatis reus reservatae Papae cum obligatione damni resarciendi. Paul. II. *A.* 1465.

30 Qui dolo, fraude, scienter in damnum Ecclesiae Decretum a Delegato extorserit, incurrit excommunicationem Papae reservatam, & ad restitutionem damni dati tenetur. Idem. *ibid.*

31 Potest Episcopus alienare, urgente summa necessitate pauperum, captivorum redemptione, & Papa

& Papa non potest adiri . Barbos. *d. alleg.* 95. *n.* 59.

32 Bona quæcunque jurisdictionalia ad Ecclesias inferiores spectantia prohibentur investiri denuo, inconsulto Papa in descriptis. Urban. VIII. *A.* 1625. *

33 Sub pœnis Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, suspensionis, interdicti a divinis, excommunicationis, privationis dignitatum, beneficiorum, officiorum, vocis activæ &c. correspective contra varios delinquentes. *ibid.*

34 Regularibus omnibus interdicta est alienatio, inconsulta sede Apost. ab Urban. VIII. 1724. sub gravibus pœnis. *ibid.* *

35 Item iisdem prohibetur acceptio pecuniæ ad cambium, vel mutuo, cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis. Congreg. Conc. *die* 21. *Martii* 1626.

36 Si contingat alienari bona, quæ onus annexum habent perpetuum Missarum, in alia stabilia cum ejusdem oneris repetitione, & annexione convertantur. Congreg. Conc. *de celebr. Miss.* 21. *Junii* 1625.

37 Sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda. *ibid.*

38 Non licet vendere stabilia pro fabrica Monasterii. Congr. Episc. 12. *Martii* 1619.

39 Neque vendere stabilia, ut ematur census, eadem. *ibid.*

40 Neque alienari debet census pro solutione æris alieni, eadem 19. *April.* 1619.

41 Neque potest alienari pecunia Ecclesiæ deputata ad emenda immobilia. Sylv. *v. Alienatio* 7. §. 8.

42 Quæ vero bona sunt difficilis recuperationis, seu incerta, vel incognita, alienari possunt sine solemnitate, eo pacto, quod laicus emptor suis expensis, & periculo ea reciperet. Nald.

V. Bona n. 9.

V. Bona Eccles. n. 1. 2. 5. 6. 23. 25.

Additio Editoris.

„ 1 Ne ipsi quidem Beneficiorum fructus alienari possunt, sub prætextu cedendi commodum, seu utilitatem eorumdem percipiendorum, ut declaravit Benedictus XIV. a. 1741. in Constitutione *Universalis Ecclesiæ cura*.

Altare .

1 IN consecrata Ecclesia non possunt erigi altaria, nisi de licentia Episcopi, neque destrui. Sylv. *v. Altare n.* 2. in non consecrata possunt. Azor. *pag.* 1. *l.* 10. *c.* 7. *quæst.* 6.

2 Ne altaria construantur, nisi cum censibus, qui satis sint ad Sacerdotes, & clericos sustentandos eorum ministerio idoneos. Prov. 7.

3 Constructa dotentur, aut destruantur. *ib.*

4 Quæ sub diu sunt, neque septa, neque sepienda demoliantur. Prov. 7.

5 Nullum foramen habeant. Acta Mediol. Eccl.

6 Altaria portatilia debent esse capacia pedis calicis, & hostiæ consecratæ. Sylv. *l. c. n.* 1.

7 Altaria majora Parochialium Ecclesiarum consecrari debent. Prov. 4.

8 Et incidatur memoria, consecrationis eorum in lapide. *ibid.*

9 Non sunt consecranda ea sub quibus recondita sunt cadavera mortuorum. Congr. Episc. 8. *Nov.* 1599.

10 Possunt eodem die plura altaria consecrari. Sylv. *n.* 4.

11 Pro reliquiis ne ponatur Corpus Christi. Sylv. *ibid.*

12 Reliquiæ locandæ in altari sint sanctorum ab Ecclesia approbatorum. Congr. Episc. 13. *Septemb.* 1593.

13 Si enormiter lædatur altare, aut sigillum reliquiarum frangatur, vel mota sit junctura, qua mensa stipiti adhæret, eget nova consecratione. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 27. *n.* 26.

14 Execrata Ecclesia, non execratur Altare. Sylv. *l. c. n.* 7.

15 Polluta Ecclesia, polluitur Altare, & non potest ibi celebrari. Idem. *n. eod.*

16 Umbraculum convenit appendi super Altare, forma quadrata, nisi adsit ciborium ex lapide. Cærem. Episc. *l. c.*

17 Tribus mappis vestiatur, vel altera ex duabus duplicata. Miss. Rom. *Rubr.* 20.

18 Et iis benedictis. *ibid.*

19 Coronides ligneæ circum Altare prohibentur in Cærem. Episc. *l.* 1. *c.* 12.

20 Collocetur in eo crux inter candelabra, Miss. Rom. *ubi supra.*

21 Etiam ubi asservatur Eucharistia. Gavant. *in Thesauro Sac. Rit.* r. 1. *p.* 1. *tit.* 20.

22 Et etiamsi in Icone pictus sit Crucifixus. Idem. *ibid.*

23 Tabella secretorum in eo ponenda est. Miss. Rom. *supra.*

24 Nihil in eo omnino ponatur, quod ad Missæ sacrificium, vel altaris ornatum non pertineat. Idem. *ibid.*

25 Tegantur altaria omnia telis stragulis. Acta Med. Eccl.

26 Mensuram altarium, graduum, mapparum, & ornamentorum collegit, & describit Gavantus. *l. c. par.* 5.

27 Lampadem ardere convenit ante unumquodque altare, plures ante altare majus. Cærem. Episc. *l. c.*

28 Ubi celebravit Episcopus proprius, ab alio ne celebretur ibi eodem die, sine licentia saltem tacita. Conc. Antiod. *c.* 10.

29 A fortiori, ubi celebravit Legatus, vel Papa. Gavantus *l. c.*

30 De Titulis Altarium, nisi sint in Calendario Romano, nullum recitatur officium. Congr. Rit. 28. *Augusti* 1628.

V. Ecclesia n. 10. 29. 30. 31. 32. 33. *Sepultura n.* 6.

A D D I T I O.

1 Altaria de jure patronatus sine dote, paramentis, &c. statuto brevi termino dotentur, ornenturque a patronis, alioquin jure suo priventur hi, & ea demoliantur. *Congreg. Episc.* 16. *Jan.* 1604.

2 In Ecclesia non consecrata non est Altare consecrandum sine Papæ auctoritate. *Barbos. de jure Eccles. l.* 2. *c.* 7. *n.* 12.

3 Episcopo requisito bis aut ter a Mendicantibus pro consecratione suorum Altarium, & renuente, possunt ii adire quemcumque Episcopum, ex concess. Sixt. IV. quæ non est revocata in Trid. *Emm. Rodr. in add. summa t.* 3. *c.* 19. *n.* 1.

4 Sede vacante Episcopali potest vicinior Episcopus consecrare dicta Altaria. *Idem ib.*

Additio nova Editoris.

„ 1 Altare erigere, aut consecrare simplici „ Presbytero non licet. *Conc. Hispal. a.* 619. „ Adi etiam Bened. XIV. *de S. D. l.* 13. *c.* „ 15. §. 2.

„ 2 Imo ne Vicario quidem Generali Episco- „ pi, licet Episcopus esset. Bened. XIV. *de* „ *S. D. l.* 2. *c.* 8. §. 2.

„ 3 Altare portatile extra Ecclesiam adhibere „ sacrificanti minime licet; contravenientes au- „ tem potest Episcopus etiam Censurarum infli- „ ctione coercere. S. C. Congr. 4. *Jun.* 1672. „ Vide Benedictum XIV. *de S. D. l.* 9. *c.* 15. „ §. 5.

„ 4 Altare portatile ligneum cum ara lapidea „ permitti debet, non obstante Synodali Con- „ stitutione, dummodo habeat solitum Reliquia- „ rum Repositorium juxta reformationem Ru- „ bricar. Miss. Rom. S. R. C. 10. *Nov.* 1612.

„ 5 Habens indultum a Sede Apostolica eri- „ gendi Oratorium privatum in propria domo, „ siquis voluerit ibi ædificare Altare ligneum „ non indiget facultate Apostolica, dummodo „ Altare ligneum cum sacro lapide colligatum „ amovibile non sit, & Altaris portatilis ima- „ ginem non præseferat. S. R. C. 3. *Dec.* 1661.

„ 6 In Ecclesiis permittuntur Altaria tantum „ antiqua, Sanctis Veteris Testamenti Prophe- „ tis dicata, S. R. C. 3. *Aug.* 1661.

„ 7 Si Altare non habest planitiem, sed mul- „ tos gradus, vel si ipsam haberet nimis latam, „ debet in eo apponi prædella, quæ dividat Al- „ tare a planitie, ut Sacerdos incipiat Missam „ ante ipsam prædellam. S. R. C. 16. *Jun.* 1683.

„ 8 Quoad Altare portatile, licentiæ, seu pri- „ vilegia concessa nonnullis Regularibus in capi- „ te: *In his* de privilegiis, & per aliquos sum- „ mos Pontifices aliis Regularibus communica- „ ta, utendi dicto Altari portatili, in eoque ce- „ lebrandi absque Ordinariorum licentia in locis, „ in quibus degunt, omnino revocata sunt per „ Sacrum Concilium Tridentinum; & propte- „ rea iisdem Regularibus prohibetur, ne illis „ utantur; ac mandatur Episcopis, aliisque lo- „ corum Ordinariis, ut contra quoscumque con- „ travenientes, quamvis Regulares, procedant, „ etiam tamquam Sedis Apostolicæ Legati, ad „ pœnas præscriptas per idem Sacrum Concil. „ in Decr. sess. 22. cap. unico, usque ad cen- „ suras latæ sententiæ; tributa etiam iisdem fa- „ cultate per hoc decretum ita procedendi, per- „ inde ac si per Sanctam Sedem specialiter con- „ cessa fuisset. Eadem S. R. C. 15. *Dec.* 1703. „ approbante, & mandante eodem Clem. XI.

„ 9 Super Altare, in quo est expositum SS. „ Eucharistiæ Sacramentum, Crux de more col- „ locari debet cum imagine Crucifixi apposita. „ S. R. C. 14. *Maji* 1707. Intellige tempore „ Missæ, quæ in eo Altari canitur.

„ 10 Quando Altare fuit consecratum ad mo- „ dum Altaris fixi cum Sacris sigillis, & unctio- „ nibus inter stipitem, & Altare; si motus fue- „ rit lapis superior, qui format mensam Alta- „ ris, a suo stipite, tunc execratur Altare; si „ vero fuit consecratum ad modum Altaris por- „ tatilis, non execratur in quavis remotione, „ sed tantum quando frangitur Sepulcrum Re- „ liquiarum. S. R. C. 21. *Jan.* 1710.

Alternativa Beneficialis.

1 Alternativæ acceptatione recepta in Dataria in aliquo mense Apostolico, non incipit illius usus, nisi toto mense peracto, secus, si in mense Ordinarii. Barb. de potestate Episc. *alleg.* 53. *n.* 38.

2 Menses Aprilis, & Octobris semel facti Apostolici ob absentiam Ordinarii semper remanent Apostolici licet ipse redeat de novo. *Idem ibid.*

3 Menses Februarii, & Augusti, licet semel per absentiam Ordinarii sint facti Apostolici, desinunt esse Apostolici redeunte Ord. ad Episcopatum. Idem. *ibid.*

4 Menses Junii, & Decembris, nunquam sunt Apostolici, licet Ordinarius non resideat. Idem *ibid.*

5 Episcopus non residens in Diœcesi non gaudet alternativa. Decisum refert Riccius *in praxi decis.* 540. *in prima edit. vel resolut.* 462. *in secunda.*

6 Neque item, si abest ex causa a Concilio approbata. Decis. a Papa refert. Grac. *de benef. par.* 5. *c.* 1. *in add. n.* 463.

7 Neque quando abest in obsequium summi Pontificis. Congr. Episc. 11. *Sept.* 1584.

Additio Editoris.

„ 1. Post solutum Episcopi in Consistorio vin- „ culum spiritualis conjugii cum sua Ecclesia, „ si beneficia vacare contigerit, non possunt ab „ Episcopo conferri, sed perinde censeri debent, „ sc

„ ac si vacasset ipsa Episcopali Sede vacante.
„ Rigantius *ad Reg.* 2. *Cancell.* & Benedictus
„ XIV. *de S. D. l.* 13. *c.* 16. *S.* 9.

Anulus.

1 ANuli usus in Missa prohibetur Protonotariis non participantibus, & Doct. Con. Rit. 11. *Febr.* 1623.

2 Et Canonicis Cathedralium, eadem 20. *Nov.* 1628. in quibus Dignitates intellige.

3 Ab Episcopo gestandus est in indice dextræ manus. Steph. Durand. *l.* 2. *de Rit. c.* 9.

4 Sed in Missæ celebratione in digito anulari ejusdem dextræ manus. Cær. Episc. *l.* 1. *c.* 7.

5 In gemma nihil sculptum esse debet. Duran. *l. c.* & Prov. 3. *de sacra supell.*

ADDITIO.

Ab Episcopo gestandus in indice dexteræ manus. *Isid. Moscon. de maj. mil. Eccl. l.* 1. *par.* 1. *c.* 8.

Appellatio.

1 REus appellans in criminalibus acta primæ instantiæ producat, sine quibus non procedat Judex ad quem. Judex autem a quo intra dies 30. exhibeat acta gratis; alioquin sine his terminetur causa. Conc. Trident. *sess.* 13. *cap.* 3.

2 Non habet locum appellatio elapso biennio, quando ob gravitatem causæ, vel partium cavillationes, non sit definita causa a foro Episcopali. Decisum refert Fr. Leo *in Thes. par.* 2. *c.* 1. *n.* 72.

3 Inhibitio numquam fit Episcopis a Judice ad quem sub pœna excommunicat. Zerol. *V. Appell. ad septimum.*

4 Non admittitur appellatio, nisi in tribus casibus Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 20. *de reform.* Ita Greg. XIII. *in constit.* 24.

5 In censuris, lata sententia cum affixione cedularum non impeditur per appellationem. Zerol. *l. c. ad* 14.

6 Ad expensas actorum transferendorum tenetur appellans si per Notarium acta sint scripta. Trid. *sess.* 24. *c.* 20. secus si per Cancellarium Episcopi, de quo *sess.* 13. *c.* 3.

7 Extat decretum de hac materia Sacr. Congreg. Episcoporum 16. *Octob.* 1600. apud Quar. *supra n.* 20.

8 Et aliud item Congr. Conc. de gravamine indebitæ carcerationis, quod ab eo appellari possit. *ib.*

9 Plura de appellatione. Quar.
V. Archiepiscopus n. 13. *ad* 21.
V. Vicarius Foraneus n. 4.
Vicarius Generalis n. 24.
Visitatio circa canonicos exemptos n. 18. 19.

* *Additio Editoris.*

„ 1 A sententia Vicarii Generalis non ad Episcopum, nec ab eodem ad eumdem, sed ad Metropolitanum, cui Episcopus subest, interponitur appellatio. *C.* 2. *de consuet.* & *Cap. Romana, in principio, de appellationib. in* 6.

„ 2 A Vicariis, quos *Foraneos* dicimus, liberum est ad Episcopum appellare, juxta *Gloss. in Clem.* 2. *verb. Foraneo.* Vide Sbrozzium *de Vicario Episc. l.* 1. *q.* 3. & qui contra communiter receptam opinionem sensit, Anastasium Germonium *Animadv. l.* 1. *c.* 7.

Aqua Benedicta.

1 EST certi ordinis ejus benedictio: unde fieret irregularis, qui censuratus eam benediceret. Sylv. *n.* 4. *v. Aqua bened.*

2 Singulis Dominicis Missam Parochialem facturus aquam benedictam renovet & aspergat populum. Prov. 3.

3 In die sancto Paschatis, & Pentecostes non benedicitur, sed aspergitur Clerus; & populus cum aqua pridie benedicta, & reservata. Miss. Romanum.

4 Non aspergatur Altare, in quo publice apparet Eucharistia. Miss. Ambrosianum. 1618.

5 Aspersio domorum fiat in Sabbato Sancto, & in Vigilia Nativitatis Domini pro more locorum. Prov. 6.

6 Neque ideo quidquam petatur, neque nutu exigatur. *ib.*

7 Aqua non benedicta addita benedictæ in minori quantitate, quam benedicta, efficitur benedicta. Sylv. *l. c. n.* 3.

Additio Editoris.

„ 1 Aquæ benedictæ aspersio in Dominicis debet fieri per ipsum Celebrantem, etiam quod sit prima vel alia Dignitas, non obstante contraria consuetudine, quæ potius corruptela dici debet. S. R. C. 27. *Nov.* 1632.

„ 2 Aspersio die Dominico semper facienda est a Celebrante, etiam quando Superior celebrat. S. R. C. 16. *Nov.* 1649.

„ 3 In aspersione aquæ benedictæ, quæ diebus Dominicis fit a Sacerdote, alba, & stola induto, vel etiam pluviali, immediate celebraturo Missam Conventualem, stola apranda est ante pectus ad modum Crucis, non vero pendens a collo ad utrumque latus. S. R. C. 30. *Sept.* 1679.

Archidiaconus

1 NOn tenetur esse Doctor, Magister, vel licentiatus, nisi curam habeat animarum, vel annexam jurisdictionem. Decis. refert Garz. *part.* 6. *c.* 7. *n.* 40. 41. *& alii apud Barb. de pot. Episc. alleg.* 60. *n.* 60.

2 Duos

2 Duos habens Archidiaconatus dignitate pares poterit reſidere, in quo ſibi magis placuerit. Deciſum refert Garz. *de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 185.

3 Si aliter eſt dignior, tenetur in eo reſidere. Deciſum refertur. *ib.*

4 Sede vacante per octo dies, qui dantur pro creatione Vicarii capitularis, Archidiaconus eſt de jure Vicarius, donec electus fuerit capitularis. Zerola *in praxi Epiſc. parte* 1. *Archid.*

5 Poteſt ratione Viſitationis ei incumbentis, abeſſe ultra tres menſes, & lucrari fructus ſi dari conſueverint abſentibus ex legitima cauſa, non tamen diſtributiones mere quotidianas. Deciſ. refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 332.

V. Viſitatio inferiorum Epiſcopo. n. 14. 7.

ADDITIO.

1 Si eſt prima dignitas, debet facere Officium præsbyteri Aſſiſtentis, ſi eſt Sacerdos. *Congr. Rit.* 10. *Januar.* 1609. & recuſans eſt cogendus pœnis, & cenſuris. *Eadem ibidem*, & 28. *Maji* 1616.

2 Non poteſt aſſiſtere Epiſcopo in habitu prælatitio, non chorali, licet ſit. Protonotarius. *Eadem* 6. *Martji* 1610.

3 Archidiaconus, qui ſuſtinet baculum Epiſcopi, debet incenſari poſt Diaconos aſſiſtentes. *Ead.* 28. *April.* 1607. quamvis ſit primus. *Ead.* 19. *Januar.* 1608.

4 Dum eſt in Aſſiſtentia apud Epiſcopum, etiam extra Eccleſiam Cathedralem, cenſetur præſens in choro. *Ead.* 14. *Mart.* 1608.

5 Viſitans jura ſuæ præbendæ non ammittit diſtributiones, deciſum referunt DD. *apud Barboſ. de Canonicis, c.* 5. *n.* 15.

6 Viſitans aliam Eccleſiam non ſuam, in Diœceſi ammittit. DD. *ibid.*

7 In funeribus cædit locum Archipræsbytero.

Archiepiſcopus.

1 Sedit. Primati ubique. Lotter. *de re benef. tit.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 33.

2 Epiſcopus non ordinatus in civitate Metropolitana debet infra duos, vel tres menſes accedere, vel impeditus ſcribere ad ſuum Archiepiſcopum. Quar. V. *Archiep. n.* 5.

3 Abſentia Epiſcopi eſt approbanda a Metropolitano. *Ibid. ex Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 3. *ſeſſ.* 21. *c.* 1.

4 Epiſcopo non reſidente ſine cauſa poteſt applicare fructus Fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus loci, & creſcente contumacia, denuntiare Papæ. Trid. ſup. & Pius IV. Anno 1560.

5 Poteſt ſuſpendere, interdicere, & excommunicare Epiſcopum. Quar. *loco cit. n.* 8.

6 Epiſcopum negligentem in eo, quod facere debet, poteſt compellere. *ibid.* & præſertim in erectione Seminarii, ejuſque conſervatione. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 18.

7 Eſt Ordinarius Judex Epiſcoporum ſuæ Provinciæ. Quar. *n.* 10.

8 Eſt item judex Vicariorum generalium Epiſc. Id. *n.* 11. ſi delinquant in officio. *ib.*

9 Habet juriſdictionem in ſubditos ſuffraganei per appellationem in appellantem, & appellatum, illoſque, qui ſe ſponte offerunt liti ſuper illa re, de qua eſt quæſtio. Idem. *n.* 13.

10 Non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, in civilibus, & criminalibus. *ib.*

11 Poteſt abſolvere ad cautelam a cenſuris aliquando. Vide Quar. *ib. d. n.* 14. *ubi fuſe.*

12. Papa mandante Epiſcopo, id, quod poteſtate ordinaria facere poteſt, non impeditur appellatio ad Metropolitanum. Idem. *n.* 18.

13 Et in caſibus illis, in quibus ante Conc. Trident. tamquam Ordinarius poterat Epiſcopus jure, & poteſtate, quæ traditur ei, etiam uti delegato Papæ. *ſeſſ.* 24. *cap.* 10. non poteſt declinare juriſdictionem Metropolitani. Deciſum refertur *in addit. ad Quar. ib. n.* 18. *litt. E.*

14 Quomodo procedat Archiepiſc. in cauſa appellationis, fuſe, & optime. Quar. *loco cit. n.* 13. & *ſeqq.*

15 Propter negligentiam Epiſcopi devolvitur poteſtas ad Archiepiſcopum. Idem. *n.* 21. & in quibus. *ib.*

16 Niſi Epiſcopus ſit exemptus. Idem. *ib.*

17. Idem dic de negligentia Capituli Sede vacante. *ibid.*

18. Poteſt deputare Vicarium Capitularem Eccleſiæ ſuffraganeæ vacanti, ſi infra octo dies a morte Epiſcopi non eligatur. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18.

19 Ad querelam Epiſcopi tamquam delegatus Papæ procedit contra Canonicos ſui ſuffraganei ceſſantes a divinis ſine cauſa. Quar. *ibid. auctor.* 23.

20 Poteſt Archiepiſcopus injungere ſuffraganeis, ut per eorum Diœceſes ſervetur quod ſervatur in Diœceſi Metropolitani. Idem. *numero* 7.

21 In concernentibus totam provinciam poteſt exercere juriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum. Idem. *n.* 23.

22 Cum in Provincia ſuam juriſdictionem exequitur, poteſt punire ſubditos ſuffraganei notorios injuriantes ſibi, nunciis, & familiæ ſuæ. Idem. *ibid.*

23 Non poteſt concedere litteras dimiſſorias, neque exercere juriſdictionem fori contentioſi in ſubditos ſuffraganei, niſi in criminibus notoriis, & contra impedientes ejus juriſdictionem. Quar. *auct.* 33.

24 Poteſt mittere quæſtores eleemoſynarum per totam Provinciam pro fabrica Eccleſiæ Metropolit. Idem. *auctor.* 26. ſed cum litteris exhortatoriis, non compulſoriis, quæ offerri debent ſuffraganeis. *ib.*

25 Poteſt mittere edictum in caſibus ad ſuam juriſdictionem pertinentibus, ſed congruit ſcribere

bere Episcopis, ut illud publicent. Idem. *Auctor.* 27.

26 Potest visitare Provinciam, & procurationem exigere, & eo casu absolvere poenitentes, etiam a casibus Episcopo reservatis, & a censuris, & dispensare in foro conscientiæ, sed causa cognita visitationis in Conc. Provinciali. Trident. *sess.* 24. *c.* 3. & Quar. *auctor.* 33.

27. Potest in Visitatione cum subditis suffraganeorum uti facultate. Trid. *sess.* 24. *c.* 6. *liceat*. Doctores apud Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 39. *n.* 19.

28 Non potest in Visitatione Provinciæ sine licentia Episcopi ordinare, chrismare, degradare, vel similia facere. Quar. *loco citato auctor.* 30.

29 Neque circa subditum suum, neque in loco exempto. *ibid.*

30 Potest aliquibus prædicationis officium interdicere. Idem *auctor.* 34.

31 Potest cum duobus antiquioribus suffraganeis in Provincia erigere unum, aut plura Collegia Seminarii, juxta Decretum Trident. *sess.* 23. *c.* 18.

32 Potest compellere Abbates, & Prælatos regulares negligentes, ut prædicatio Evangelii fiat in Ecclesiis Parochialibus, in nulla Dioecesi existentibus intra suam Provinciam. Trident. *sess.* 5. *c.* 2.

33 Item convocare Regulares, in cujus Provincia Monasteria sub immed. Sede Apostolica protectione sita sunt, negligentes exequi Decr. Trid. *sess.* 25. *cap.* 8. *de regul.*

34 Non potest ante receptionem Pallii, licet sit consecratus, nominari Archiepiscopus, neque consecrare Episcopos, neque convocare Concilium, neque Chrisma conficere, nec Ecclesias dedicare, neque Clericos ordinare. Quar. *V. Archiepiscopus auctor.* 32. (*a*).

„ (*a*) Quod ait supra Gavantus, non posse „ *Archiepiscopum* nominari, qui pallium nondum „ acceperit, ex Innocentii III. Sanctione sumptum est, *Cap. nisi specialis*, *de auctoritate*, „ *& usu pallii*. Ceterum Latinis Patriarchis „ titularibus, Constantinopolitano, Alexandri„no, Antiocheno, & Hierosolymitano, & Ar„chiepiscopis *in partibus* solent indulgere Pon„tifices, ut absque honore pallii *Patriarchæ*, *&* „ *Archiepiscopi* possint appellari.

35 Neque recipere proventus Ecclesiæ. Idem *ibid. in Addition.*

36 Neque ante Crucem deferre. *ibid.*

37 Recepto Pallio, eo non potest uti, nisi diebus notatis in Cærem. Episc. *lib.* 1. *c.* 16.

38 Uti Pallio potest, etiam in loco exempto. Quar. *auctor.* 32.

39 Et in Missa solemni Pontificali tantum. *ibid.* (*b*).

„ (*b*) Non in omnibus tamen Missarum so„lemniis, sed diebus tantum, quos Glossa re„censet *cap. ad honorem de auctoritate*, *& usu* „ *pallii*, quibus additur dies, qua Archiepisco„pus Provincialem Synodum celebrans sacra „ mysteria solemniter agit. *Carem. Episcop. l.* 1. „ *c.* 31. *n.* 13. Hinc non licet Archiepiscopo Mis„sam solemniter celebranti in Synodo dioece„sana pallium gestare. Benedictus XIV. *de S.* „ *D. l.* 3. *c.* 11. §. 7.

40 Honorifice Pallium debet asservari, serico obvolutum, & in capsula intus, & extra pulchre ornata, vel serico obducta inclusum. Cærem. *ibid.*

41. Translatus Archiepiscopus ad aliam Ecclesiam non potest uti Pallio sui prædecessoris, nec translati. *ibid.* si perdatur, petatur aliud a Papa.

42 Neque in Ecclesia renunciata potest uti, etiam de consensu Archiepisc. vel suffraganeorum. Addit. ad Quar. *loc. cit. auct.* 32.

43 Debet autem sepeliri cum eo, in Provincia quidem circa humeros supra planetam, extra vero, ea plicata, sub ejus capite. Cærem. Episcopo *loco citato*.

44 Potest ante se deferri facere Crucem per totam Provinciam, etiam si locus sit exemptus. Quar. *auctor.* 28. (*c*).

„ (*c*) S. R. C. 13. *Julii* 1613. in cujus de„creto *Monasteriorum* quoque expressa fit mentio.

45 Nisi sit præsens Legatus Papæ, aut Cardinalis non Legatus. Cærem. Episc. *lib.* 1. *c.* 4.

46 Archiepiscopus Titularis, ubi est tantum Episcopus non potest deferre Crucem. Congr. Episc. 12. *Decembr.* 1595.

47 Potest in tota Provincia benedicere populo, etiam in loco exempto, & solemniter, & privatim per viam. Quar. *auct.* 29.

48 Imo eodem præsente, cessabit Episcopus suffraganeus a privatis benedictionibus. Cærem. Episc. *lib.* 1. *c.* 4.

49 Potest indulgentias in tota Provincia concedere non in loco exempto. Quar. *auctor.* 31. *V. Indulgentiæ*, *n.* 4. 13.

50 Potest divina quoque officia in Pontificalibus celebrare, etiam in loco exempto. Quar. *auctor.* 30.

51 Et habere sedem pro celebratione in Pontificalibus in cornu Epistolæ, cum baldachino. Cærem. Episc. *lib.* 1. *c.* 13.

52. Non cum Diaconis Assistentibus. Idem *ibid. cap.* 8.

53 Sed cum Diacono, Subdiacono, Assistente ex Canonicis; quia hi dantur coadjutori suffraganeo a Sacra Rit. Cong. die 31. Januar. 1581. ut refert Quar. in addit. *V. Archiep. n.* 11. *ad* 5.

54 Potest assistere Missæ solemni, sed sine circulis Canonicorum suffraganei. Cær. Episc. *lib.* 1. *c.* 21.

55 Item omittuntur coram eo circuli Canonicorum ante Episc. Idem. *ibid. c.* 21.

56 Præsente Archiepiscopo proprio, ministrantes Episcopos non genuflexi, sed inclinati ministrent. Cær. Episc. *lib.* 1. *c.* 18. *V. Subsidium charitativum*, *num.* 1. *Vicarius Generalis. num.* 3. 34.

AD-

ADDITIO.

1 Non defert Crucem in visitatione Nuncii Apostolici. *Cong. Rit.* 9. Mart. 1593.

2 Debet rogare Nuncium, ut suo populo benedicat, qui hoc remittat deinde Archiepiscopo. *eadem ibid.*

3 Archiepiscopus translatus ad Episcopalem Ecclesiam potest retinere nomen, seu titulum Archiepiscopi non Crucem, neque pallium. *ead.* 16. *Octob.* 1604.

Nova additio Editoris.

„ 1. Episcopi, quod pallio interdum donen-
„ tur, neque Metropolitani sui jurisdictione
„ subduntur, neque Archiepiscopi nomen ar-
„ rogare sibi possunt.

„ 2. Archiepiscopus.

Archivium.

1 Teneutur Prælati facere Archivium bonorum Ecclesiasticorum in suis Diœcesibus. Sixtus V. *Anno* 1587. *relatus a Quaranta, V. Archivium.*

2 Omnino in statu Eccles. Urbe, & Bononia exceptis. Id. Anno 1588. *in Bullar.*

3 Constituatur in Cathedrali cum duabus clavibus, quarum altera penes Episcopum. Prov. 1.

4 In Archivio Episcopali locus constituatur, ubi causarum, & judiciorum acta fori Episcopalis singulis annis confecta recordantur. Prov. 3.

5 Duabus ille locus claudatur clavibus, altera apud Episcopum, altera apud Cancellarium. *ibid.*

6 Notario Instrumentorum, quæ confecit, exemplum suis sumptibus habere liceat. *ibid.*

7 Notario mortuo, aut privato officio suo, quæcumque scripta confecit in eumdem locum referantur: causa non finita, deferri potest relatio. *ibid.*

8 Defuncto Episcopo, clavis ejusdem detur Vicario Capitoli. Prov. 2.

9 In Archiviis Capitulorum duo Canonici præficiantur cum diversis clavibus, & ad biennium, ita tamen, ut alter tantum per vices mutetur, & novus sit cum antiquiore. Prov. 3.

10 Periculo suo asservando recipiant per instrumentum, & successoribus scripta consigneut coram Deputato a Capitulo. *ibid.*

11 Inventarium ideo fiat in libro. *ibid.*

12 Ea, quæ ad præbendas singulorum Canonicorum attinent, in illud inferantur, vel saltem exempla authentica. *ibid.*

13 Nec auferri, neque describi quidquam liceat sine consensu Capituli. *ibid.*

14 Si concedatur exscribi, fiat in loco Archivii, seu Capituli coram Præfectis Archivii. *ib.*

ADDITIO.

In Archivio Episcopali hæc asservanda, ex Decreto *S. Cong. Conc. Trid.*

Processus & acta civilia, criminalia, & mixta facta in foro Episcopali.

Sententiæ in iisdem causis latæ, compositiones cum reis inquisitis.

Præcepta, & Decreta quæcumque inter personas Ecclesiasticas, aut etiam laicas in causis spiritualibus, vel alias ad forum Ecclesiæ pertinentes.

Edicta cujusvis generis.

Statuta, & ordinationes Ecclesiarum.

Mandata procuræ pro negotiis Episcopalibus.

Scripturæ mulctarum, & pœnarum.

Item supplicationum, & Absolutionum. Acta synodi.

Visitationes Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum cum Decretis.

Registra Bullarum Apostolicarum ad eandem curiam directarum.

Collationes, & institutiones beneficiorum, eorumque concursus, & renuntiationes, ac permutationes, & scripturæ omnes beneficiales.

Instrumenta traditionis possessionis eorumdem, erectiones Parochialium, beneficiorum, cappellaniarum, & fontis baptismalis.

Acta cognitionum, canonizationum personarum, tam Ecclesiasticarum, quam laicarum, seu mixtarum.

Scripturæ concernentes executionem dispensationum matrimonialium, & aliarum litterarum Apostolicarum.

Remissiones denuntiationum, divortia, & aliæ scripturæ matrimoniales.

Explorationes voluntatum Noviiiarum, licentiæ profitendi, & aliæ hujus generis scripturæ ad Moniales spectantes.

Interpositiones auctoritatis, & decreti in renunciatione novitiorum, & alienationibus aliarum personarum fori Episcopalis, & instrumenta dotis monialium.

Licentiæ accedendi ad monialium Monasteria, aut in ea ingrediendi.

Scripturæ consecrationis Ecclesiarum, altarium, cœmeteriorum, campanarum, &c.

Item professionis Fidei.

Item visitationis liminum.

Scripturæ ordinationum, & collationis chrismatis.

Monitoria ad finem revelationis.

Approbationes confessariorum, & curatorum.

Dimissoriæ, & commendatitiæ.

Licentiæ pro Parochis, canonicis, & aliis clericis abscedendi a Diœcesi cum litteris testimonialibus.

Erectionis seminarii.

Locationis in emphyteusim bonorum Episcopatus, feudalium ejusdem mensæ, & aliorum beneficiorum.

Hic

Hæc ex litteris ad Episcopum Comen. 18. *Dec.* 1626.

Adde Inventaria bonorum Ecclesiasticorum immobilium, & mobilium totius Diœcesis.

Additio nova Editoris.

„ Confer Benedicti XIII. hac de re Consti-„ tutionem.

Astrologia.

1 Prohibetur judiciaria, præterquam circa agriculturam, navigationem, & artem medicam. Sixtus V. A. 1585. Ordinarii arbitrio severius puniantur Astrologi judiciarii. *ib.*

2 Libri de eadem prohibentur retineri. *ib.*

3 Innovavit prædictam constitutionem Urbanus VIII. *die* 1. *April.* 1631. *

4 Addidit contra eos, qui de statu Reip. Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte Papæ, ejusque consanguineorum usque ad 3. gradum inclusive, consulunt Astrologos judiciarios, &c. seu eorum judicia etiam sibi oblata recipiunt, vel utuntur, vel scienter retinent, vel alicui ostendunt. *ib.*

5 Item contra eosdem Astrologos, qui judicia faciunt, aut a se, vel ab aliis facta scienter retinent, vel dant alicui, seu ostendunt, aut de iis quovis modo tractant. *ib.*

6 Pœnas infligit excommunicationis latæ sententiæ (non reservatæ) ultimi supplicii, & Confiscationis bonorum; Ecclesiasticis vero, excommunicationis prædictæ, privationis beneficiorum, officiorum, inhabilitatis perpetuæ, privationis, & ultimi supplicii. *ib.* Episcopis autem, & majoribus Prælatis easdem citra ultimum supplicium. *ib.*

7 Et Ordinarii locorum etiam respectu vicinorum locorum exemptorum, item Inquisitores sunt Judices in prædictis, extra Provincias Sedi Apostolicæ subjectas. *ib.*

Auditores Rotæ Romanæ.

Vide Exempti. n. 7. 8. Functiones Episcopales n. 25.

Baldachinum.

1 Potest Episcopus in Ecclesiis Regularium Pontificalia exercens erigere Baldachinum. Cong. Episc. 10. *Junii* 1603. *apud Quar. Vide Privil. Regularium.*

2 Sine auro ter in anno ad summum, Pontificaliter celebrantibus Abbatibus Cassinensibus concessit Sac. Congr. Rit. 29. *Jan.* 1628. *

3 Idem Monachis Olivetanis. Eadem 17. *Martii* 1629.

4 Idem pro Monasteriis tantum S. Trinitatis, & Sancti Pancratii civitatis Florentiæ. Eadem 31. *Maji* 1629.

5 Idem pro Monasteriis Cœlestinorum. Ead. 30. *Junii* 1629.

6 Marchiones locorum prohibentur uti Baldachino in Ecclesia. Cong. Epis. 11. *Jan.* 1618. (*a*)

„ Huc facit ejusdem S. R. C. Decr. 9. *Julii*
„ 1657. Baldachinum in Ecclesiis, & locus in
„ Presbyterio non debetur domino loci, & ad-
„ moneantur Ordinarii, ne permittant hujusmo-
„ di usurpationem, & non licitam detentio-
„ nem.

Baptismus.

1 Ante nonum diem baptizentur infantes sub pœna excommunicationis: & item si domi baptizentur, deferantur in Ecclesiam ad Cathechismum. Prov. 1.

2 Nemo, nisi Parochus, solemniter baptizet, sine consensu ejusdem, neque ante ortum, neque post solis occasum sine necessitate. Prov. 5.

3 Ne administretur extra Ecclesiam, neque in privatis Oratoriis sine licentia Episcopi. Conc. 6. Constantinop. *c.* 31.

4 Ad Cathedralem deferantur ii, qui a Sabbato Sancto ad Sabbatum in Albis, & a Vigilia Pentecostes ad Sabbatum sequens fuerint baptizandi in civitate. Prov. 4.

5 Ad aquam fundendam vas proprium, seu cochleare adhibeatur, & item ad excipiendam eamdem, & eam qua manus sacerdotis oleo inunctæ lavantur. *ib.*

6 Aqua infusa capiti ne recidat in fontem, sed in vicinum sacrarium. Prov. 4.

7 Ne adhibeantur ornamenta ad pompam circa infantes baptizandos. *ib.*

8 Nomina Sanctorum tantum imponantur. *ib.*

9 Unus tantum sive vir, sive mulier, vel ad summum unus, & una baptizatum de fonte suscipiant, & Parochus eum, vel eos notabit in libro. Trid. *sess.* 24. *c.* 2.

10 Si fiat secus Parochi culpa, hic puniatur arbitrio Ordinarii. *ib.*

11 Non potest Episcopus concedere, ut duo viri loco viri, & mulieris, aliquem de fonte levent. Decisum refertur Doct. apud Barbos. *de pot. Epis. alleg.* 30. *n.* 41.

12 Duo Procuratores admitti possunt, viri, & mulieris. Decisum refertur. *ib. n.* 42.

13 Si plures suscipiunt, omnes contrahunt cognationem, nisi constet, qui primus tetigit, aut quis fuerit electus. Decisum refertur. *ib. n.* 48.

14 Procurator non contrahit cognationem sibi, sed mandanti. Decisum refertur. *ibidem n.* 50.

15 Non oritur cognatio spiritualis in Baptismo privato. Sanch. *l.* 7. *disp.* 2. *n.* 11.

16 Ne fiant Compatres ii, qui fidei Symbolum ignorant. Prov. 4.

17 Neque ii qui non sunt confirmati. Prov. 1.

18 Ne-

18 Neque minores natu annis 14. Prov. 5.

19 Neque excommunicati, vel qui in Paschate non communicarunt. Prov. 1.

20 Ne a laicis eo casu tangatur Chrisma. *ib.*

21 Neque plures simul baptizentur, & masculus ante fœminam. Prov. 5.

22 Neque collocentur infantes in altari, ut inde redimantur. *ibid.*

23 Non adsit Judæus, neque alius a fide alienus. Prov. 5.

24 Liber a Parocho ad præscriptum Ritualis Romani conficiatur, baptizatorum. Rit. Rom.

25 Reseratur tandem in Archivium Episcopale. Prov. 1.

26 Obstetrices, nisi edoctæ de forma Baptismi, non admittantur ad ejusmodi munus. Prov. 5.

27 Cautio Episcopi judicio adhibeatur, ne infantes primo anno suffocentur. Prov. 6.

28 Ad preces pro puerpera dici consuetas in Ecclesia ne domum mulieris Parochus adeat. Prov. 3.

29 Neque illi præbeatur benedictus panis sub hostiæ forma. *ibid.*

30 Pia precatione inducantur pueri prima vice in Ecclesiam ex Rit. Prov. 4.

31 Recolendus est quotannis Baptismi dies piis operibus. Prov. 6.

32 Fons autem Baptismalis e lapide sit, sine rima. Prov. 4.

33 Bene muniatur aqua a pulvere, & tegatur albi coloris conopæo; sepiatur concellis. Adsit imago Sancti Joannis Christum baptizantis. *ibid.*

34 Clavis fontis sit apud Parochum tantum. *ib.*

35 Mantilia duo munda ad abstergenda eapita, si afferantur, nova sint, & in Ecclesiæ convertantur usum. *ibid.*

36 Nullum sepulchrum sit prope fontem, Prov. 6.

37 In Sabbato sancto, & Pentecostes ad fontis benedictionem conveniant ii, qui de more solent, debentve. Prov. 4.

38 Tres saltem ibi sint Sacerdotes. *ibid.*

39 De oleis *vide Olea sacra.*

V. Interdictum n. 28. *Irregularitat.* 33. 36. *Sacramenta. num.* 3.

Additio Editoris.

„ 1. Ne sub conditione quidem iterandus est „ Baptismus, cum nulla occurrit prudens ratio „ dubitandi de prioris Baptismi validitate. Vi„ de Benedictum XIV. *de S. D. l.* 7. *c.* 6. §. „ 3. & *Instit.* 84.

„ 2. Hæretici rebaptizandi non sunt, *nisi du*„ *bium adsit probabile invaliditatis Baptismi.* „ S. C. C. 27. *Martii* 1683.

„ 3. Baptizandi sunt Infantes vulgo *expositi*, „ licet habeant collo appensam schedulam atte„ stantem, eos fuisse Baptismate allutos, nisi „ certa habeatur notitia personæ, a qua schedu„ la sit exarata, aut aliunde indubitatum suma„ tur collati rite Baptismatis argumentum. S. „ C. C. 15. *Jan.* 1724.

„ 4. Non est, stante dispositione Clementi„ næ primæ de Baptismo, in arbitrio Episcopi „ concedere licentiam baptizandi domi extra „ casum necessitatis. S. C. C. in causa Moti„ nensi *Baptismi* 10. *Martii* 1674.

„ 5. Hebræorum infantes baptizandi non sunt „ invitis parentibus, nisi ex circumstantiæ oc„ currant, quas S. Thomas recenset 2. 2. *q.* 10. „ *a.* 12. & 3. *p. q.* 68. *a.* 10. Benedictus XIV. „ *a.* 1747. in epistola ad Archiepiscopum Tar„ sensem suum in Urbe Vicesgerentem.

Beatorum, & Patronorum cultus.

1 IN Sanctorum invocatione, Reliquiarum, & Imaginum veneratione, & sacro usu tollatur omnis superstitio, turpis quæstus, lascivia, commessationes, & luxus, nihil prophanum, aut inhonestum appareat. Trident. *sess.* 25. *de Invoc. sanct.*

2 Non debent admitti nova miracula, neque Reliquiæ recipi, non approbante Episcopo. *ib.*

3 Ad hæc approbanda adhibendi sunt in consilium Theologi, & alii pii viri. *ibid.*

4 Nemo, quicumque ille sit, audeat per se, vel per alios capere informationes super sanctitate, & miraculis alicujus defuncti, neque ullo modo exquirere, neque obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes, aut subscriptiones sub pœnis arbitrio Sac. Rituum Congregat. eadem, *Decreto publicato* 12. *Martii* 1631.

5 Potest superior, Sacrista, vel officialis cujusque Ecclesiæ recipere revelata miracula, sive prophetiæ dona, sub sigillo secreti, ab ipsis tantum, in quorum gratiam contigisse narrabitur. *ibid.*

6 Et teneatur quamprimum eadem deferre, vel obsignata transmittere ad Episcopum loci cum expressa declaratione, quod ex revelationes non faciunt aliquem probationis gradum, etiam cujusvis longissimi temporis cursus. *ibid.*

7 Antequam declarentur Beati, nihil in locis publicis, seu privatis admittatur, indicans venerationem. Urb. VIII. *in Decret. S. Inquisit.* 13. *Martii* 1625.

8 Neque libri imprimantur de eorum gestis, miraculisque sine recognitione Ordinarii, & Theologorum, & re prius communicata cum Sede Apostolica. *ibid.*

9 Ad eorum sepulchra non ardeant lampades, neque tabellæ affigantur sine licentia Sedis Apostolicæ. *ibid.*

10 Si deferantur tabellæ, seu alia indicia gratiarum, de consensu Ordinarii possunt acceptari eum attestationibus de re opportunis, & in loco seorsum ab Ecclesia custodiantur. Idem Urb. VIII. *in alio decreto eodem ann.*

11 Excipiuntur ii, qui per immemorabile tempus, vel Patrum testimoniis, vel longissimi tem-

temporis scientia, vel tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur. *Ubi supra* 13. *Martii*.

12 Pœnæ Clero sæculari imponuntur arbitrio Ordinarii, etiam privationis officiorum, & suspensionis Ordinum. *ibid.*

13 Regularibus autem privationis officiorum, vocis activæ, & passivæ, & suspensionis a divinis. *ibid.*

14 Impressores librorum, pictores Imaginum, seu cultores, aliique artifices pœnis pecuniariis, & aliis arbitrio Ordinarii, seu Inquisitoris, puniantur. *ibid.*

15 In Patronos locorum eligi non possunt ii, qui dumtaxat sunt Beatificati, nondum Canonizati. Congr. Rit. 23. *Martii* 1630.

16 De Patrono civitatis electio fieri debet per secreta suffragia a populo, mediante consilio generali civitatis, vel loci, & cum consensu Episcopi, & Cleri loci. *ibid.*

17 Idem servetur in Patrono Regni, qui pariter eligi debet per secreta suffragia singularum civitatum. Prov. *ibid.*

18 Repræsentantibus Regnum, Civitatem, Provinciam, nulla competit facultas eligendi Patronos, nisi habeant speciale mandatum, & adsit consensus Episcopi, & Cleri dictarum civitatum. *ibid.*

19 Causæ electionis novorum Patronorum debent in sacra Congregatione deduci, & causa cognita ab eadem approbari. *ibid.*

20 Patronus principalis unicus esto, ex Rubr. Brev. *tit.* 7. *n.* 1. & est primæ classis.

21 Patroni minus principales possunt esse plures. *ibid. tit.* 1. *num.* 1.

22 Horum Festum duplex quidem, sed majus per annum tantum. *In Tabellis Breviar. Rom.*

23 Ad Festum Patroni, hoc est principalis, tenentur etiam Regulares, non autem ad octavam, Gregor. XIII. 30. *Decembr.* 1573. Congreg. Rit. 27. *Mart.* 1628.

24 Officia Sanctorum Patronorum propria, inconsulto ipsomet summo Pontifice, non possunt approbari. Sixtus V. *Constit.* 74. *in Bullar.*

25 Sancti Titulares Capellarum, Altariumve, nisi sint in Calendario Romano, nullum habeant officium sine licentia Sedis Apostolicæ. Congr. Rit. 1628.

26 Solet concedere Sac. Rit. Congregatio Sanctis locorum Episcopis officium duplex in tota Diœcesi; Martyribus locorum propriis idem; Civibus, probata eorum origine, duplex in civitate tantum; SS. Archiepiscopis non ultra Diœcesim; ut in Decretis pluribus. 1628. 1629. 1630.

27 De Sancto Titulari Ecclesiæ Cathedralis solet etiam concedere officium duplex primæ classis in civitate tantum, sine Octava extra Cathedralem *ibid.*

28 Translationum unicum Festum admittere solet, nimirum ultimæ, in testimonium præsentiæ Corporum. *ibid.*

29 Et Patroni quidem principalis sub ritu duplicis, aliorum vero semiduplici. *ibid.*

V. Festi dies n. 1. *Imagines Sacræ n.* 3. 4. 9. *Libri prohibiti. n.* 14. *Reliquiæ SS. per totum.*

ADDITIO.

1 Non prius inquirat Episcop. generaliter super vitæ sanctitate alicujus, quam particulariter de illius virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo præcedat famæ comprobatio, prout prudentiæ Episc. magis expedire videbitur; *ex Decret. Congreg. Rit.* 12. *Mart.* 1632.

2 Impedito vere Episcopo, cujus oneratur in hac re conscientia, potest delegari Vicarius Generalis, vel alius in dignitate Ecclesiastica constitutus, qui cum aliis ad minimum duobus doctis viris, uno Theologo, & altero graduato, vel licentiato in jure Canonico, rem totam peragere debet, ita ut omnia sua nomina subnotent post subscriptionem cujusque testis, antequam discedant a loco examinis. *ibid.*

3 Testes omnes quæcumque habent, explanate, & per extensum deponant, nec se referant ad attestationes redditas; neque eis recitentur, quæ alias ipsi deposuerunt. *ib.*

4 Secreto retineantur acta completa, præstito etiam juramento Notariis, & testibus, se nemini promulgaturos quicquid ipsi scripserint, seu deposuerint, vel de quibus interrogati fuerint *ibid.*

5 De his actis certior reddatur summus Pontif. & ea authentica transcripta, sigilloque obsignata quamprimum mittantur ad S. Rituum Congregat.

6 Originalia eodem modo consignata, & in capsa clausa pluribus clavibus, quæ diversis arbitrio Episcopi custodiendæ tradantur, in Archivio Episcopali conserventur. *ibid.* (*a*).

„ (*a*) Confer de his omnino Benedicti XIV. „ de Beatif. & Canon. Sanct. doctissimos libros.

Nova additio Editoris.

„ 1 Tam Sæculares, quam Regulares cujuscumque Instituti, etiam Societatis Jesu non possunt excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicæ super Beatificationibus, præsertim in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis, nisi hoc expresse Sedes Apostolica indulserit. S. R. C. 5. Octobris 1652. approbante Innocentio X. 16. Septembris ejusdem anni.

„ 2 Si concessa fuerit per Sedem Apostolicam Altarium erectio, non tamen ob id Missam, & Officium de Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præsumatur; etenim specifica, & expressa concessio super his præcedere debet. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Septemb. 1659.

„ 3 Ubi in uno loco cultus Beatis fuerit con-

„ concessus, non extendatur inconsulto Pontifi-
„ ce ad alium locum, quavis alia concorrente
„ auctoritate. S. R. C. coram Alexandro VII.
„ 27. Sept. 1659.

„ 4 In locis, ubi Beatos ab omnibus coli permissum fuerit, non inde publica Officii recitatio permissa censeatur, sed tantummodo privata, nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quoad illos, quibus Sedes Apostolica de hoc indulserit. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sempt. 1659.

„ 5 Missæ de Beatis, quæ fuerint indultæ certis personis, nempe Presbyteris Regularibus, vel Sæcularibus alicujus loci, vel Monasterii, seu Presbyteris alicujus Ecclesiæ servitio præcipue addictis, a confluentibus Sacerdotibus quavis dignitate, etiam Cardinalatus, insignitis, minime celebrari possunt. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 6 Dies Festi in Beatorum memoriam non celebrentur, nisi speciali Indulto Apostolico permissum fuerit. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 7 Beatorum nomina in Kalendariis non apponantur, nisi illius tantum loci, earumque personarum, in quo, & a quibus cultus cum Officio, & Missa celebratur. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 8 In quibusvis Ecclesiasticis precibus, etiam in Oratoriis privatis recitandis, particularia Beatorum Suffragia non apponantur, nec recitentur, S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Septemb. 1659.

„ 9 In publicis precibus, præter indultas, & a Sede Apostolica approbatas, Beati non invocentur. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 10 Beatorum Reliquiæ in Processionibus minime circumferantur. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 11 Non removetur cultus Beatis, qui per communem consensum Ecclesiæ, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis, scientiam, & tolerantiam Sedis Apostolicæ, aut Ordinariorum, hactenus præstitus, ac certis modo, & forma ab eo tempore eis exhibitus fuit; verum si a centum annis citra cultus hujusmodi aliqua ex parte constiterit auctus, & extensus, eo casu in pristinum reducatur, prout quivis cultus, extra casus prædictos, ad expressa tantum verbaliter in Apostolicis Indultis omnino revocetur. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 12 Beati in Patronos non eligantur, nec eorum natalitia cum Octavis celebrentur. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 13 Locorum Ordinarii, auctoritate Sedis Apostolicæ possunt, imo debent Sæculares, & Regulares quoscumque, quantumvis exemptos, & speciali expressione indigentes, etiam sub censuris, compellere ad omnimodam omnium Decretorum, circa Beatos, observationem. Cumque aliqui nullo modo subdantur Episcopo, qui eos, si excesserint, coercere valeat, eo casu a Sedis Apostolicæ Nunciis, si adsint, sin minus ab Archiepiscopis in eorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano tantum Pontifici subjectis, intra vel prope quorum Diœcesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sita fuerint, tamquam a Sede Apostolica delegatis, ad hujusmodi decretorum observationem prædicti omnes cogi debent, S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 14 Beatorum imagines etiam non principaliter, & uti supplices appositæ, simulacra, picturæ, tabellæ, aut scripturæ, eorum præclara gesta repræsentantes, aut referentes, in Ecclesiis, Sacrariis, & Oratoriis quibuscumque, & præsertim, in quibus Missæ Sacrificium, vel alia divina Officia peraguntur, inconsulta Sede Apostolica nullo modo exponi debent. S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659.

„ 15 Ubi Indultum fuit per Sedem Apostolicam, Beatorum imagines, simulacra, pictasque tabellas in Ecclesiis poni, & coli posse, in pariete tantum, non tamen super Altare collocandi facultas tributa censetur. S. R. C. coram Alex. VII. 27. Sept. 1659.

„ 16 In Ecclesiis, in quibus Officium, & Missa de Beatis recitari, ac respective celebrari possunt, licitum est eorum Reliquias exponere. S. R. C. 17. Aprilis 1660.

„ 17 Episcopi Regulares, qui ex Indulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegiis suæ Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatis suæ Religionis recitare Officium, & in propriis Cathedralibus Missam celebrare, & Altare Beatis prædictis erigere. S. R. C. 17. Apr. 1660.

„ 18. Ubi Indultum fuerit, ut Missa de aliquo Beato celebretur, licitum est ejus imaginem, & simulacrum super Altari exponere, necnon votivas tabellas illi appendere. S. R. C. 17. Aprilis 1660. *Neque huic Decreto derogatur per illud editum 27. Sept. 1660.*

„ 19 Dies Festi in Beatorum honorem non celebrandi, non extenduntur ad Festa devotionis. S. R. C. 17. Aprilis 1660.

„ 20 Indulta recitandi Officium cum Octava, vel sine octava, & celebrandi Missam de Beatis, non fuerunt revocata per decretum emanatum anno 1659. 27. Sept. S. R. C. 17. Aug. 1660.

„ 21 In Missis de Beatis, quæ sub ritu duplici majori celebrantur, non debet dici *Credo*. S. R. C. 12. Julii 1664.

„ 22 Absque Pontificio indulto non licet assumere in Titulum Ecclesiæ Beatum nondum canonizatum: Titulus autem sic assumptus debet supprimi, & alius pro eo de San-

„ cto

„ cto canonizato substitui. S. R. C. 23. Janua„ rii 1740.

Benedictio.

1 Benedictio lapidis primarii pro ædificanda Ecclesia potest delegari Sacerdoti ab Episcopo. Rit. Rom. Pauli V.

2 Benedictio novæ Ecclesiæ, seu Oratorii, ut in eo dicatur Missa, si publicum est, committi potest Sacerdoti ab Episcopo. *ib.*

3 Item & novi Cæmeterii. *ib.*

4 Simplex reconciliatio Ecclesiæ, seu Cæmeterii non consecrati potest committi presbytero in Dignitate constituto. Congregatio. Rit. 9. Febr. 1608. immo & simplici Sacerdoti. Rit. Rom. Pauli V.

5 Non potest Episcopus delegare benedictionem paramentorum aliis. S. Rit. Congr. 14. Nov. 1615. & *sæpius*, Sylv. *V. Benedict. n.* 2.

6 Abbates non possunt ea benedicere, quæ non sunt suarum Ecclesiarum. *supra V. Abbas n.* 29. 30.

7 Neque Protonotarii paramenta quæcumque. Congr. Rit. 17. Julii 1527.

8 Benedicenda sunt, amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, casula, corporale, mappæ altaris (nisi a laicis mutuo accipiantur) non alia de necessitate. Sylv. *V. Benedictio n.* 5. (*a*)

(*a*) „ Sic etiam Pixis, & Ostensorium de„ bent benedici. S. R. C. 16. *Nov.* 1649.

9 Amissa rerum forma, iterum benedicantur. *ib. n.* 6.

10 Benedictio Monialium Virginum est tollenda. Congr. Episc. 5. Dec. 1597. *apud praxim novam Episc. p.* 1. *c.* 2. *n.* 3.

11 Virgo in matrimonium data viro, qui aliam duxit uxorem, potest benedici, si ita viget consuetudo. Ead. 8. Maji 1602.

12 In Festo Purificationis B. M. ne benedicantur eæ candelæ, quas quisque tunc ante distributionem gestat in manu. Prov. 3.

13 Neque distribuantur, nisi præsentibus in Ecclesia, candelæ benedictæ, & ad ægrotos tantum mittantur, ibidem, & Congr. Episc. Anno 1581.

14 Cinerum benedictio, & distributio fiat etiam in Parochialibus Ecclesiis. Prov. 5. (*b*)

(*b*) „ Regulariter tamen fieri potest in o„ mnibus Ecclesiis tam Collegiatis, quam Pa„ rochialibus, tam Sæcularibus, quam Regulari„ bus, uti & benedictio, ac distributio Pal„ marum. S. R. C. 28. Apr. 1607.

15 Tabernaculum ligneum, in quo asservanda est Eucharistia, stata prece prius benedicatur. Prov. 6.

16 Benedictiones Cæmeteriorum, Ecclesiarum, Altarium, & Campanarum, scribentur in libro, reponendo tandem in Archivio Episcopali. Prov. 4.

17 Antiquus ritus benedictionis ædium, quæ recenter ædificantur, vel ob alias causas, restituatur. *ibidem*.

18 Non eæ ædes, in quibus habitant excommunicati, seu criminosi publici. Prov. 5.

19 Pro hac benedictione neque ultro datum quid accipiatur. *ib.*

20 Benedictio frequens manu data ab Episcopo excommunicato, dum per vias incedit, inducit irregularitatem. Suar. *de censur. disp.* 12. *Sect.* 2. *n.* 11.

21 Benedictio a Sacerdote coram suo Episcopo non datur sine licentia ejusdem. Rubr. Miss. *tit.* 12. *n.* 3. ubi neque coram majoribus Episcopo, idem jubetur.

22 Habens usum Mitræ, & insignium Pontificalium, & nullius Diœcesis existens, imo habens jurisdictionem, & cognitionem omnium causarum, & jus visitandi privative ad quemcumque Ordinarium, & qui in Missis etiam privatis benedicit cum Versu, Sit nomen Domini, &c. ad instar Episcoporum: non potest tamen benedicere populo extra actum celebrationis. Congr. Rit. 25. Maji 1624.

V. Confraternitates n. 18. 28. *Eucharistia n.* 14. *Matrimonii celebratio n.* 47.

Additio Editoris.

„ 1 Dignior Sacerdos, ad quem spectat Can„ delam, Cineres, & Palmam Sacerdoti cele„ branti in die Purificationis, in feria IV. Ci„ nerum, & in Dominica Palmarum ministra„ re, debet ab eodemmet Celebrante supradi„ cta accipere stans, non vero flexis genibus. „ S. R. C. 30. Aug. 1664. *Quod tamen, inhæ„ rendo Cæremoniali Episcoporum l.* 2. *c.* 17. *n.* „ 2. *intelligitur de Canonicis.*

„ 2 In benedicendo populum cum SS. Sacra„ mento iste modus approbatur, nimirum: Cum „ Sacerdos stat ante populum, Ostensorium an„ te pectus tenet, tum elevat illud decenti mo„ ra non supra caput, sed tantum usque ad o„ culos, & eodem modo illud demittit infra „ pectus, mox iterum recta linea illud tollit „ usque ad pectus, & exinde ad sinistrum hu„ merum ducit, & reducit ad dexterum, & „ rursus ante pectus reducit, ibique aliquantu„ lum sistit, quasi peracta ad omnes Mundi par„ tes Cruce, Sacramentum etiam venerandum „ omnibus præbeat; tum gyrum perficiens, col„ locat Ostensorium super altare. Servari etiam „ potest alius modus descriptus in Cæremonia„ li Episcoporum l. 2. c. 33. ubi requiritur tan„ tummodo, ut cum eodem Sacramento Cele„ brans producat signum Crucis. S. R. C. 21. „ Martii 1676. *Hujusmodi autem Crucis signum „ non erit undequaque completum æqualiter, nisi „ Sacerdos ducto Ostensorio ad humerum dexte„ rum, illud ante pectus ut supra reducat, priusquam gyrum perficiat.*

3 Modus benedicendi alios, vel rem aliquam, „ debet esse cum manu recta, & digitis simul „ junctis, & extensis. S. R. C. 24. Julii 1683.

„ 4 Be-

„ 4 Benedictio aquæ in Sabbato sancto, etiam sine infusione Olei sancti, fieri non potest in Ecclesiis non habentibus Fontem Baptismalem, quamvis usus sit in hujusmodi Ecclesiis talem benedictionem fieri. S. R. C. 13. Julii 1607.

„ 5 Potest permitti, quod hebdomadarius, aut alius Canonicus, post Processionem in Festo alicujus Sancti stans ad altare majus benedicat populum, habens tantum superpelliceum, & stolam, sicut in aliis Processionibus, in quibus circumferuntur aliquæ Reliquiæ cum alba, stola, & pluviali. S. R. C. 5. Julii 1698.

„ 6 Diaconus ministrans thus Canonico celebranti, ut benedicat, debet dicere *Benedicite, Pater Reverende*, & non *Pater Reverendissime*. S. R. C. 4. Apr. 1699.

„ 7 Benedictio publica sacrorum Cinerum, facienda in feria IV. post Dominicam Quinquagesimæ, non potest fieri post Tertiam, sed servandæ sunt Rubricæ, in quibus præscribitur post Nonam. S. R. C. 22. Jan. 1710.

Beneficiorum Collatio.

1 Intra sex menses Episcopus conferat beneficia. Doctores apud Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 58. *n.* 1.

2 A tempore scientiæ vacationis numerentur. *n.* 5.

3 Hoc est, quo scire potuit, vel debuit. *n.* 6.

4 Mensis dies 30. continet, & secundum Calendarium computari debent. *n.* 8. 9.

5 Elapsis sex mensibus collatio devolvitur ad Superiorem Metropolitanum, & item ad Papam. *n.* 11.

6 Habilibus tantum personis conferantur. Trid. *sess.* 7. *c.* 3.

7 Nepoti suo digno, omisso digniore, potest Episcopus conferre beneficium ob merita propria in Ecclesiam. Philiarch. *de off. Sacer. par.* 2. *l.* 4. *c.* 23.

8 Nullus initiatus prima Tonsura ante annum 14. possit obtinere beneficium simplex. Trid. *sess.* 23. *c.* 6.

9 Aliter collatio est nulla. Decisum 14. Aug. 1586. refert Riccius *in prax. resol.* 331. *n.* 3.

10 Sufficit annus 14. inceptus. Decisum referunt DD. apud Barb. *supra alleg.* 60. *n.* 76.

11 Nisi in fundatione aliud statuatur. Decisum refertur. *ib. n.* 77.

12 Collatio facta penitus illiterato, est nulla. DD. apud Barb. *alleg.* 63. *n.* 1.

13 Scholasteria nonnisi Doctoribus, vel Magistris, aut licentiatis in sacra pagina, vel Jure Canonico, aut aliis idoneis, qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur, sub pœna nullitatis, Trid. *sess.* 23. *c.* 18.

14 Notus Episcopo, quod sit idoneus, potest absens institui. Decisum refert Garz. *p.* 4. *c.* 1. *n.* 22.

15 Probatio facienda in beneficio ab Episcop. *juxta c.* 9. *sess.* 25. & *c.* 13. *sess.* 17. non habet locum in beneficiis simplicibus, quorum collatio libera ad inferiores spectat. Decisum refert Garz. *par.* 9. *c.* 3. *n.* 19. *decl.* 4.

16 Examen non est necessarium in semel approbato in simili beneficio. DD. apud Barbos. *alleg.* 60. *n.* 89.

17 Secus, si promoveatur ad beneficium superius, vel simile in ampliori loco. *ib. n.* 90.

18 Vel si dubitetur, quod dedicerit, aut oblitus sit eorum, quæ sciebat. *ib. n.* 91.

19 Qui ambitiosis, & multis precibus per se, vel per alios beneficium petit, eo facto sit inhabilis ad omne beneficium per triennium. Provinc. 1.

20 Eamdem pœnam luat ille, qui nondum vacans postulaverit, *ib.*

V. Excommunicatio n. 38.

21 Ante collationem juret beneficiatus, neque se, neque alium pro se quidquam promisisse, dedisse, deposuisse daudum cuiquam pro ipso beneficio, *ib.*

22 In ipsa collatione onera injuncta beneficiis ex erectione, fundatione, aut aliis Constitutionibus, ne minuantur, nihilque detrahatur, aliter provisio surreptitia censeatur. Trid. *sess.* 25. *c.* 5.

23 Neque item imponatur onus contribuendi, præstandive ad Ecclesiæ reparationem, ministrorumque sustentationem; sed his in visitatione deinde provideatur. Prov. 7.

24 In quacumque collatione, electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, admissione ad possessionem beneficii, vel distributionum, nullæ deductiones ex fructibus, solutiones, promissionesve fiant, nisi in usus pios, approbante Episcop. Trid. *sess.* 24. *c.* 14. (*a*)

(*a*) „ Fructus tamen primi anni absque ulla „ Simonia defuncti Beneficiarii hæredibus obvenire possunt. Vide Benedictum XIV. de *S. D. l.* 12. *c.* 7. §. 3.

25 Qui se facit institui in beneficium viventis, est infamis. Sylv.

V. Beneficium. 3. *q.* 18.

26 An beneficia tenuissima, quæ non excedunt valorem 4. ducatorum, vel devoluta ad superiorem, vel vacantia in mense Papæ possint ab Episcopo conferri affirmat, & probat Zerol. *in prax. V. Beneficia. ad* 3.

27 Commendare vero beneficia perpetuo, nemo potest inferior Papa. Barb. *supra alleg.* 29. *n.* 6.

28 Episcopus existens extra Diœcesim potest conferre beneficia vacantia in Diœcesi, etiam si sit in Curia: sed congruit, ut Urbe exeat, & extra eam conferat: communis est. *in praxi Episc. cit. V. Beneficia ad nonum.*

29 Conficiatur liber, in quo describatur vacationes beneficiorum, & collationes, & a quo; qui in Archivio asservandus erit. Prov. 4.

30 In

30 In expediendis litteris beneficiorum Episcopalibus accipere aliquid simonia est. Sà *V. Simonia n.* 3.

V. Alternativa per totum. Illegitimi n. 3. *& seqq. Simonia n.* 2. 3. 4. 6. 7. 9.

ADDITIO.

1 Prælato, qui habet jus conferendi beneficia, negligente collationem, ea devolvitur ad Episcopum tanquam ad proximum superiorem. *DD. apud Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 12. *n.* 109.

2 Non tamen sede vacante, ad Capit. *ib.*

3 Eadem devolutio accidit, si Regulares negligentes sint in conferendis suis beneficiis, nimirum ad Episcopum loci, ubi sunt beneficia. *ibid.*

4 Item si Capitulum negligat, *ib. n.* 110.

5 Si Episcopus negligat ea beneficia conferre, quæ ad eum spectant proprio quodam jure, non autem jure speciali, aut devoluto, tunc ad Capitulum fit devolutio & in secundo casu, ad superiorem Episcopi. *ib. n.* 111.

6 Nisi Episcopus sit exemptus, & Romano Pontifici immediate subjectus: quo casu ad Papam devolvitur collatio. *ib. n.* 112.

7 Potest Episcopus dispensare, ut quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, quia non est reservata Papæ hæc dispensatio: nisi Episcopus scienter illi contulerit. *ib. n.* 143.

8 Excluduntur ab obtinendis beneficiis suspensi ab officio, vel beneficio. *ib. n.* 144.

9 Interdicti personaliter, irregulares, sodomitæ, aleatores, bigami, & alii, *ib. a n.* 145. *ad* 163.

10 Filius legitimus clerici non potest obtinere beneficium immediate, quod habuit Pater sine dispensatione. Decisum referunt *DD. ib. n.* 181.

Beneficiorum possessio.

1 Qui provisus a Sede Apostolica possessionem beneficii apprehendit, non expeditis litteris, & amittit beneficium, sive jus ad illud, & fit inhabilis. Paul. III. *Anno* 1534.

2 Liberum sit cuique possessionem capere sui beneficii, vel in Ecclesia, ubi est titulus, vel in prædiis, quæ maluerit ipse, Notario præsente. Provinc. 4.

3 Qui beneficii possessionem acquirit, titulum Episcopo ostendat intra mensem, sub pœna dimidiæ partis fructuum unius anni. Provinc. 2.

4 De fructibus beneficiorum respectu prædecessoris, & successoris. *Vide infra Bona Ecclesiastica n.* 18. 19. 21. *& seq.*

Beneficiorum Parochialium provisio.

1 Ordinarii collatores intra sex menses beneficia parochialia rite conferant. Pius V. *Anno* 1567.

2 Vel intra quatuor menses Papæ, aut collatoribus, ad quos spectant, personas idoneas electas significent. *ib.*

3 Sub pœna, quod omnimoda dispositio eorum sit reservata Papæ. *ib.*

4 Patronis autem datur optio, ut post semestre recurrant, vel ad Metropolitanum, vel ad viciniorem Ordinarium, vel ad Papam. *ib.*

5 Vacante igitur Parochiali, Episcopus constituat Vicarium, si opus est, cum portione congrua fructuum. Trid. *sess.* 24. *c.* 18.

6 Hoc est: quando non adsunt alii in Ecclesia, seu Parochi vicini, qui animarum curam gerant. Decisum refert Garz. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 15.

7 Neque potest amplius commendari Ecclesia Parochialis. Trid. *sess.* 24. *c.* 18.

8 Quæ deputatio Vicarii semper attinet ad Episcopum, licet collatio ad quemcumque alium. Decisum referunt DD. cit. a Barbos. *alleg.* 60. *n.* 3.

9 Edictum promulgetur, quo vocentur ad concursum, ut intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, nomina scribantur. Trid. *l. c.*

10 Quod edictum fiat semper ab Episcopo loci, ubi est beneficium; quicumque sit collator beneficii. Decisum referunt DD. cit. a Barb. *alleg.* 60. *n.* 15. *&* 44.

11 Etiamsi Parochialis sit nullius Diœcesis; & tunc ad Episcopum viciniorem spectat. Loter. *tom.* 1. *l.* 2. *q.* 31. *n.* 64.

12 Nisi collator habeat jus cogendi Synodum. Decisum refertur a Barb. *l. c. n.* 42. *V. Abbas n.* 50.

13 Decem Dies a Tridentino concessi pro examine, ne ultra alios decem prorogentur. Pius V. *supra*.

14 Potest admitti ad concursum, qui jam habet beneficium curatum, qui si obtineat secundum, fiat concursus pro primo tunc vacante. Congr. Episc. 26. Aug. 1592.

15 Doctor, sive licentiatus, & graduatus non excusatur ab hoc examine. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg. cit. n.* 86.

16 In Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastici præter nominatum a Patrono, potest Episcopus admittere alios ad concursum. Decisum refertur. *ib. n.* 16.

17 Qui transacto edicti tempore comparet, & res est integra, est admittendus. Decisum refert Garz. *par.* 9. *c.* 2. *n.* 106.

18 Si unus tantum concurrat, poterit solus examinari. Decisum refert Ugolin. *de pot. Episc. c.* 50. §. 10. *n.* 4. *V. Canonici Regulares n.* 1. *Familiaris Episcopi. n.* 16.

19 Tres adsint examinatores Synodales. Trid. *l. c.*

20 Non pauciores scilicet, quam tres. *ib.*

21 Etiam in Parochialibus modici valoris. Decisum referunt DD. cit. a Barb. *alleg. cit. n.* 38.

22 Fit examen circa ætatem, mores, do-

ctrinam, prudentiam, & alia opportuna. Trid. *l. c.*

23 Non sufficit circa doctrinam tantum. Decisum refert Garz. *par.* 5. *c.* 7. *n.* 11. *vers. ad* 3.

24 Ætas debet esse 25. annorum inchoatorum, ut intra annum promoveatur ad sacerdotium, DD. apud Barbos. *alleg. cit. n.* 82. 83. *V. Legatus n.* 3.

25 Fiat in examine experimentum de cantus peritia, & Rubricis Divini Officii. Prov. 5.

26 Examen per concursum si finiri nequit uno die, perficiatur altero, si timeatur, de revelatione interrogationum, possunt hæ mutari die sequenti. Congr. Episc. 20. Julii 1592.

27 Expedit deinde, ut examinatores palam inter se vota sua conferant, & deinde Notario dicant, ut simpliciter scribat approbatorum nomina. Decisum refert Garz. *par.* 9. *c.* 2. *n.* 107.

28 Præferri debet in concursu, qui nullum obtinet beneficium, obtinenti, Rota 20. Febr. 1587. *decis.* 768.

29 Item minus doctus, idoneus tamen, doctiori, si ille moribus excellat. Decisum referunt DD. cit. a Barbos. *alleg. cit. n.* 102.

30 Electio semper est Epis. Decisum refert Garz. *loco ante cit.* 108. 109.

31 Quando plures sunt præsentati a laicis, fiat examen inter eos tantum, Episcopus eligat magis idoneum. Decisum refert Garz. *par.* 9. *c.* 2. *n.* 256.

32 Magis idoneis conferri debent Parochiales Ecclesiæ, alias hi possunt appellare ad Metropolitanum, seu viciniorem Episcopum, & tandem ad Papam. Pius V. *supra*.

33 Eadem serventur in jurepatronatus mixto, & in mere Ecclesiastico. Trid. *l. c.*

34 Quod si Juspatronatus ex duabus partibus spectet ad laicum, & pro una ad ecclesiasticum, idem fiat ut in Ecclesiastico. Decisum refert Garz. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 278.

35 Si vacet in mense Papæ, Patroni Ecclesiastici nihil habent: sed Episcopus eligit, & Romam mittit nomen, ut alias Decisum refert Barbos. *alleg.* 60. *cit. n.* 16.

36 Devoluto Jurepatronatus ad Ordinarium, ea vice fiat concursus. Decisum referunt DD. cit. a Barbos. *l. c. n.* 18.

37 Concursu juxta formam Concilii aliqua de causa effectum non habente, Episcopus debet novo concursu providere. Navar. *cons.* 11. *de Rescript. n.* 3. *&* 5. *par.* 1. *l.* 1. *ed.* 2.

38 Si electus desistat, novus concursus est faciendus; non autem potest eligi alter ex iis qui concurrerunt. Garz. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 221. 222.

39 Cæterum non fit concursus in beneficiis Regularium, quæ Regularibus conferri solent. Decisum refert Garz. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 167.

40 Et Regulari Parocho minus digno potest alter subrogari, & debet si Episcopus velit. Congr. Episc. 11. Dec. 1584.

41 Neque in Parochialibus Regularibus habentibus curam animarum solitis commendari sæcularibus. Decisum refert Garz. *dec. c.* 2. *n.* 199.

42 Neque in vacatione Dignitatis, & Canonicatus, cui est annexa animarum cura accessorie. Decisum refertur *ib. n.* 193. & apud Barbos. *l. c. n.* 16.

43 Neque quando animarum cura incumbit Canonicis cathedralis, seu Collegiatæ Ecclesiæ, & per eosdem cura exercetur. Decisum referunt DD. cit. a Barbos. *ib. n.* 30.

44 Neque in resignationibus factis in manibus Papæ in favorem certæ personæ. Decisum referunt DD. apud Barbos. *n.* 22.

45 Neque in permutationibus veris, nec de simplici ad Curatum. Decisum refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 165.

46 Examen est tamen necessarium in eo, qui non fuit alias examinatus. *ib.*

47 Neque in Parochialibus acquisitis per regressum, si eam possederit. Decisum refert. *ib. n.* 168.

48 Neque in Parochialibus litigiosis. Doctores apud Barbos. *l. c. n.* 38.

49 Neque in Parochialibus de jurepatronatus laicorum. Trid. *l. c.* & Decisum referunt DD. cit. a Barbos. *l. c. n.* 18.

50 Neque in jurepatronatus mixto requiritur concursus. Decisum refert 5. Febr. 1628. Vivian. *de jurepatronatus in Appendice ad cap.* 1. *lib.* 10.

51 Vicariæ perpetuæ Parochialium unitarum non conferuntur concursu, sed ad eorum nominationem tantum, ad quos attinet deputare. Decisum referunt DD. apud Barbos. *supra numer.* 32.

52 Nisi in Vicarium cura ipsa transferatur, & tunc fiet concursus. Idem *ib.*

53 Si Parochiales ita tenues sint, ut totius prædictæ examinationis operam non ferant, aut nemo sit, qui concurrat, aut ob apertas factiones possint excitari graviores rixæ, Ordinarius, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita judicet expedire, privatum aliud examen poterit adhibere. Tridentin. *sess.* 21. *c.* 1.

54 Provisi de Parochiali Ecclesia per Papam tenentur ad juratoriam fidejussionem de residendo. Pius IV. *in Bulla sua* 87.

55 Confirmans indignum ætate, scientia, moribus ad beneficium Curatum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, & a perceptione proprii beneficii suspenditur, quousque restitutus fuerit. Barbos. *alleg.* 111. *n.* 20.

56 Quæ summam ducatorum centum non excedunt, nulla pensione graventur. Trid. *sess.* 24. *c.* 13.

57 Non comprehenduntur in emolumentis, quæ proveniunt ab exercitio curæ animarum, si forte funeralia assignentur alicui. Congreg. Episc. 11. Sept. 1615.

58 Valor

58 Valor centum ducatorum requisitus a concilio intelligitur juxta morum cujusque regionis. Decisum refert Riccius *in Collect. decis. par.* 4. *Collectan.* 745. *in fine*, Cong. Conc. 13. Julii 1630.

ADDITIO.

1 Congrua portio Vicario Assignanda *ex Trid. sess.* 24. *cap.* 18. intelligitur arbitrio Episcopi. Decisum refert *Garz. de ben. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 15.

2 Duorum aureorum, ajunt, singulis mensibus *DD. apud Barbos. de off. Parochi p.* 1. *c.* 2. *n.* 35.

3 Et n. 36. docet, casu, quo Vicarius concurrat, & eligatur ut magis idoneus, debet statim cessare ab exercitio curæ animarum.

4 Onera deducenda in Parochiali, ut centum scuta remaneant libera pro Rectore, sunt onera necessaria, & ordinaria, cappellani, clerici, candelarum in festo Purific. B. V. manutentiones sacristiæ, cathedratici, Prædicator. Visitationis Episcopi, organi, ceræ, hostiarum, vini, olei, judicis ordinarii. Rota sæpius apud eundem *Barbos. loc. cit. p.* 3. *c.* 29. *n.* 18. 19.

Nova additio Editoris.

„ Confer Bullam Benedicti XIV. quam in„ fra dabimus in secunda hujus tomi parte.

Beneficiorum Reservatio.

1 QUæ curam animarum habent, Sede Papali vacante, possunt ab Episcopo conferri. DD. apud Barb. *alleg.* 57. *n.* 30.

2 Sede Episcopali vacante, reservantur omnia Papæ. Pius V. *Anno* 1568.

3 Vacantia item ob crimen hæresis. Idem *Anno* 1566.

4 Item collata personis contaminatis ob genus, hæresim, apostasiam a fide. Greg. XIII. *Anno* 1580.

5 Item recepta in confidentiam. Pius IV. *Anno* 1564.

6 Item Parochi alia collata, non servata forma. Pius V. *Anno* 1567.

7 Vacantia per privationem. Paul. III. *const.* 67.

8 Vacantia per negligentiam Ordinarii, elapso semestri, culpa sua. Doct. apud Barbos. *loc. cit. n.* 44.

9 Vacantia ob non publicationem resignationum. Greg. XIII. *Anno* 1583.

10 Eorum, qui se ipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis, aut beneficia impetrant pro aliis, ut ab eis aliquid consequantur; vel quando impetrant pro se ipsis cum intentione illa resignandi. Paulus IV. *Anno* 1557.

11 Vacantia ob non delationem habitus, & tonsuræ clericalis. Sixtus V. *An.* 1589.

12 Quæ item reservantur in regulis Cancellariæ, & solent esse hujusmodi: nimirum.

13 Beneficia Officialium Sedis Apostolicæ.

14 Monasteria virorum valorem annuum 200. Florenorum auri excedentia.

15 Dignitates, & beneficia omnia post obitum quorumcumque collatorum usque ad promotionem successorum.

16 Omnes dignitates in Cathedralibus majores post Pontificalem, & principales in Collegiatis excedentes valorem 10. Florenorum auri.

17 Prioratus, Præpositura, Dignitates conventuales, & Præceptoriæ generales Ordinum quorumcumque, sed non militiarum.

18 Familiarium Papæ, & Cardinalium, & continuorum commensalium eorumdem.

19 Qui sint familiares hi: Vide Barbos. *ad leg. cit. d. n.* 106. *& deinceps*.

20 Collectorum, & Subcollectorum Cam. Apostolicæ.

21 Curialium quorumcumque, Cubiculariorum, & Cursorum Papæ. Cubiculariorum honoris. Pauli V. *Anno* 1617.

22 Beneficia Canonicalia Urbis Patriarchalium, & vacantia in Episcopatibus, Titulis, & Diaconis Cardinalium e Romana Curia absentium.

23 Vacanti per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum Episcopatum, vel Monasteriorum regimina.

24 Vacantia, per æxecrabilitatem; nempe, quando retinetur beneficium secundum incompatibile cum primo.

25 Beneficia resignata, dimissa, cessa ante assecutionem novorum beneficiorum, quæ in ipsa assecutione erant vacatura.

26 Vacantia quæcumque, & ubicumque in mensibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris, præterquam per resignationem.

27 Nisi Ordinarii acceptarint gratiam oblatam a Papa conferendi beneficia (aliis titulis non reservata) in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, quæ conceditur vere, & personaliter residentibus, mutuis hinc inde datis litteris.

28 Addunt Doctores alia reservata: nimirum in Curia vacantia. Apud Barbos. *alleg.* 57. *numer.* 19.

29 Omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum, auctoritate Apostolica conferuntur cum decreto, quod provisus beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus resignare teneatur. *ibidem numer.* 45.

30 Vacantia per violationem sequestri lite pendente in Curia Rom. *ibid. num.* 47.

31 Beneficia litigiosa per obitum vacantia. *num.* 49.

32 Et item, quæ sunt collata a Cardinalibus vigore indultorum quando provisi intra sex menses a die factæ provisionis non impetraverint novas provisiones a Papa. *ibid. n.* 52.

33 Vacantia per delictum offendentis, litigantes in Curia Rom. eorumque Judices, Advocatos, Testes, vel Notarios *ibid. n.* 55.

34 Mensis reservatus Papæ incipit in media nocte primi diei, & durat usque ad dimidiam noctem ultimi diei. Barbos. *loc. cit. n.* 183.

35 Media nox attenditur ex Galli cantu in horologiorum varietate. Garz. *p.* 5. *c.* 1. *n.* 526.

36 Beneficium Jurispatronatus mixti, in quo laici æqualem saltem habeat partem vocum, non est reservatum. *Apud Barbos. supra num.* 144.

37 Neque beneficium manuale. *n.* 152.

38 Neque Commenda. *n.* 154.

39 Neque de mensa Episcopali, Capitulari, Abbatiali. *n.* 155.

40 Neque Coadjutoria. *n.* 156.

41 Neque ea, quæ ex creatione seu fundatione, aut aliis constitutionibus aliquas qualitates, seu certa onera habent injuncta, ut in præbendis Theologalibus, & similibus. Trid. *sess.* 25. *c.* 5.

Beneficiorum Pluralitas.

1 UNum uni conferatur; si minus sufficit ad vitam honeste sustentandam, liceat aliud simplex conferri, dummodo utrumque non requirat personalem residentiam. Trid. *sess.* 24. *cap.* 17.

2 Plura beneficia curata, aut incompatibilia teneri non possunt sub pœna privationis ipso jure. Idem *sess.* 7. *cap.* 4.

3 Duo Canonicatus sunt incompatibiles. Decisum refert Garz. *part.* 11. *cap.* 5. *n.* 381. *in* 3. *declar.*

4 Dignitas, cui additur Canonicatus, non potest obtinere alium Canonicatum, cui annexum est munus Pœnitentiarii. Decisum refert Garz. *in add. ad suum tract. de benef. loc. cit. num.* 249.

5 Canonicus obtinens dignitatem sine Apost. dispensatione perdit Canonicatum. Decisum refert idem *d. c.* 5. *n.* 244.

6 Habenti beneficium sufficiens potest aliud conferri, sed habita possessione secundi, vacat primum. Decisum refert idem *ibid. n.* 283. *in* 2. *declar.*

7 Duo beneficia simplicia sub eodem tecto, quæ non requirunt personalem residentiam, & non sunt sufficientia, possunt conferri ab Ordinario. *prax. Episc. part.* 1. *V. Benefic.* §. 7. *concl.* 6. Negant plures DD. apud Barbos. *allegat.* 62. *num.* 12.

8 Episcopus ex causa potest dispensare, ut quis habeat duo beneficia difformia sub eodem tecto, si quodlibet eorum sit insufficiens ad ejus sustentationem. Decisum refert Garz. *d. c.* 5. *num.* 377.

9 Dispensatus ad duo beneficia non intelligitur sub eodem tecto. Flam. *lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 125.

10 Beneficium situm in Capella, Claustro, Cœmeterio, seu ambitu, contiguis Ecclesiæ, censetur esse in eadem Eccles. Garz. *d. cap.* 5. *num.* 259.

11 Cum Parochiali obtineri potest Monasterium commendatum cum cura. Decisum referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. Gloss.* 5. §. 8. *num.* 65. & Garz. *p.* 4. *c.* 4. *n.* 35.

12 Consuetudo valet, quod quis duplici officio in una Ecclesia fungatur, puta Thesaurarii, & Canonici. Decisum refert Garz. *d. cap.* 5. *num.* 245.

13 Si duo beneficia non sufficiunt ad sustentationem, non potest Episcopus conferre tertium. Garz. *d. c.* 5. *n.* 249.

14 Habenti pensionem sufficientem potest Ordinarius conferre beneficium. Decisum refert Garz. *d. c.* 5. *n.* 371.

15 In judicanda beneficii insufficientia nulla debet haberi ratio bonorum patrimonialium. Barb. *alleg.* 62. *n.* 11.

16 Qui exegerit fructus prioris beneficii retenti sine dispensatione, duplum restituat. Prov. 4.

ADDITIO.

1 Capellæ plures in eodem Altari sub eadem invocatione cum diversis oneribus Missarum, quæ antiquitus conferebantur pluribus clericis, non possunt retineri hodie ab uno sine dispensatione Apostolica. *Cong. Conc.* 17. *Aug.* 1639.

2 Incompatibilitas plurium beneficiorum sequitur ex retentione, non ex consequutione; & ideo valet collatio tertii beneficii ab Episcopo ultra duo insufficientia; non autem retentio sine facultate Apostolica, decisum refert *Barb. de jur. Eccl. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 189.

3 Si retineantur per triennium, vacant omnia. *ibid. num.* 190.

4 Immo, si ultra sex menses, vacant omnia. *ibid. n.* 191.

5 Neque regula de triennali possessione juvat; decisum refertur *ibid. n.* 194.

Beneficiorum Resignatio.

1 PRocurans Episcopus, ut Clerici beneficia renuncient, suspenditur a perceptione fructuum suæ Ecclesiæ per triennium. Barbos. *allegat.* 211. *num.* 29. hoc est secuta renunciatione.

2 Resignari possunt beneficia in manu Episcopi a senibus Impotentibus servire.

Valetudinariis.	Obtinentibus plura beneficia.
Corpore vitiatis.	Ingressuris Religionem.
Crimini obnoxiis.	Matrimonium contracturis.
Censuris irretitis.	Capitales inimicitias habentibus.

Pius V. *A.* 1568.

3 Ne

3 Ne tamen ullo modo significetur successor, *ibid.*

4 Potest autem resignans rogare Episcopum, ut conferat a se nominato. Barbos. *de potest. Episcop. allegat.* 65. *n.* 50.

5 Probanda quoque est resignationis causa. Garz. *part.* 11. *c.* 4. *num.* 52.

6 Et potest resignari ante adeptam possessionem, Barbos. *loc. cit. n.* 16.

7 Non potest resignari beneficium litigiosum super quo lis pendet. *ibid. n.* 19.

8 Nisi lis esset super privatione beneficiati, non autem, ut adjudicetur alteri. *ibid.*

9 Beneficium quoque de Jurepatronatus resignari potest cum consensu Patroni. *ib. n.* 20.

10 Potest autem Episcopus acceptare resignationes beneficiorum suæ Diœcesis extra suam Diœcesim existens. *ibid. n.* 22.

11 Et item beneficiorum reservatorum, seu collationis Cardinalium, non tamen hæc conferre. *ibid. num.* 23. 24.

12 Porro non ante triennium a possessione beneficiati resignantis. Innocen. IX. relatus a Moscon. *de Majest. milit. Eccl. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 2 *rub. de benefic.*

13 Si beneficium est titulus ordinationis, fiat de titulo in resignatione mentio, alias nulla est. Naldus V. *Renunciare n.* 21.

14 Fallit, si resignans assecutus est aliud beneficium sufficiens ad congruam sui sustentationem. Decisum refert idem *ibid.*

15 Unico contextu præstetur consensus Ordinarii, cum fit resignatio. Flam. *l.* 8. *q.* 9. *a n.* 127.

16 Non conferatur consanguineis, affinibus, familiaribus resignantium, aut recipientis resignationes. Pius V. *ubi supra* (*a*).

„ (*a*) Quod etiam locum habet in Ecclesiis „ Parochialibus, & Beneficiis curam animarum „ habentibus, quæ per concursum magis ido- „ neis conferri debent; ita ut si familiaris ali- „ quis Episcopi, vel consanguineus Resignan- „ tis comparuerit, & in concursu ad hujusmo- „ di Beneficium curatum cum aliis se exami- „ nari peticrit, admitti non possit. S. C. C. „ approbante Gregorio XIII. Vide Benedictum „ XIV. *Instit.* 91.

17 Sub pœnis nullitatis, suspensionis a beneficiorum collatione, electione, &c. & reservatur, *ibid.*

18 Si suspensi ausi fuerint conferre ipso facto sunt excommunicati, reservata Papæ absolutione. *ibid.*

19 Male resignantes, & lites hujusmodi prosequentes tenentur ad restitutionem, & ad omnia damna. Pius V. Anno 1560.

20 Publicatio fieri debet quarumcumque resignationum etiam ex permutatione intra sex menses citra montes intra novem ultra, Greg. XIII. Anno 1583.

21 Hoc est, a die Datæ concessionis gratiæ, quæ postremo facta fuerit ex obtinentibus eamdem. *ibid.*

22 Fiat in Cathedrali, & in Ecclesia beneficii, seu Ecclesiis, si in pluribus sit beneficium, & inter Missarum solemnia, lectis litteris Apostolicis. *ibid.*

23 Si rurale est beneficium, fiat in Parochiali, intra cujus fines illud est, & Cathedrali. *ibid.*

24 Si non est aditus ad illas in viciniori Cathedrali, vel Parochiali fiat. *ibid.*

25 Sub pœnis nullitatis, inhabilitatis, &c. *ib.*

26 In resignationibus, quæ fiunt in manibus inferiorum Papæ intra mensem negotium expediatur, & intra alios tres publicetur. *ibid.*

27 Sub pœnis prædictis. *ibid.*

V. Capitulum sede vac. n. 32.

33. *Ordines maiores num.* 3. 4. 5.

Pestis num. 2.

ADDITIO.

1 Intra mensem resignatio debet expediri, hoc est, admissio, seu rejectio ejusdem; collatio vero fiat prout de jure communi. *Barbos. de jure Eccl. l.* 3. *c.* 15. *n.* 113.

2 Publicatio Resignationis fit brevibus verbis, non legendo totam Bullam, nec ejus datam. *DD. cum Barbos. ibid. n.* 195.

3 Facta in choro, non in Ecclesia, est nulla. *ibid.*

4 Ad valvas sufficit simplex charta, in qua significetur totum negotium Resignationis. *ib.*

5 Sufficit ad unam portam Ecclesiæ fieri. *ib.*

6 Et Notarius referat, se fecisse juxta formam Constit. *Greg. XIII. ibid. n.* 196.

7 Non publicanti regula de triennali possessione non prodest, imo nec decennalis possessio. *ibid. num.* 197.

8 Probatio de non facta publicatione ad effectum, ut vacet beneficium, incumbit impetranti, ut vacet. *ibid. n.* 199.

Beneficiorum Permutatio

1 Conceditur Ordinariis juxta Sacros Canones. Pius V. Anno 1568.

2 Dubitat Megalius 3. *p. Instit. Confess. l.* 4. *c.* 5. *n.* 43. ex verbis prædictæ Bullæ. An possint Episcopi permutare: & ad summum concedit, standum esse consuetudini.

3 In permutatione beneficii, quod est titulus ordinationis, fiat mentio de titulo, alias est nulla, Nald. V. *renunciare. n.* 21. *V. Ordines majores n.* 6.

4 Et fiat publicatio, ut in præced. tit. *n.* 20. *& seqq.*

5 In mense Apostolico fieri possunt ab Episcopo permutationes. Cong. Episc. 24. *Maji* 1583.

6 Possunt etiam permutari beneficia jurispatronatus de consensu patronorum. Azor. *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 6.

7 In permutatione duorum diversæ Diœcesis requiritur utriusque Episcopi consensus, & auctoritas. Azor. *loco cit. q.* 8.

8 Ne sit permutatio triangularis, sed simplex inter duos. Nav. *conf.* 43. *sub titul. de Simon. num.* 3.

9 Si inæqualia sunt, cessante pacto; potest Episcopus mandare quod recipiens beneficium pinguius solvat aliquam pensionem alteri duraturam usque ad coæquandos fructus. Idem *ibid. num.* 4.

10 Forma permutationis: 1. quod probentur causæ.

2 Examinentur permutatnri ab Episcopo. Trident. *sess.* 24. *cap.* 18.

3 Fiat collatio idoneis repertis.

4 Litteræ simul expediantur.

5 Publicatio fiat, ut supra.

6 In possessionem eant cum fidei professione. Ita Ugol. de potest. Episc. *c.* 50. *n.* 3.

11 Dum expeditur permutatio administrare possunt in suis Ecclesiis, quas resignarunt. Flam. *lib.* 1. *q.* 7. *n.* 9.

V. Capitulum de sede vac. n. 38.

ADDITIO.

1 Non potest fieri permutatio beneficii cum pensione, quam habet alter super alio beneficio. *DD. cum. Barbos. de jur. Eccl. l.* 3. *c.* 15. *n.* 179.

2 Neque cum pacto coram Episcopo, ut alter solvat omnes expensas ad utramque Bullam necessarias. *ibid. n.* 180.

3 Neque beneficia inæqualia, addita pensione, aut alia re pretio æstimabili, permutari possunt, probabilius, & tutius *DD. apud Barbos. ibid. n.* 181. Vide Manuale nostrum in hoc titulo, *n.* 9.

Beneficiorum Privatio.

1 QUi Matrimonium contrahit per verba de præsenti validum, etiam ante copulam perdit beneficium. DD. apud Barbos. *de potest. ep. alleg.* 57. *n.* 202.

2 Judices privationum, affines eorum, & familiares non possunt impetrare beneficia, quibus illi beneficiatos privant. Pius IV. Anno 1560.

3 Neque item Procuratores, & Solicitatores in eorum causa. *ibid.*

4 Sub pœna nullitatis. *ibid. Vide Cap. Sede vac. num.* 41.

5 Suspensio a beneficio. *V. Suspensio n.* 8. 22.

Beneficiorum vacatio.

1 VAcant beneficia varias ob causas, apud Barbos. *alleg.* 57.

2 Per obitum. *n.* 199.

3 Per resignationem. *n.* 200.

4 Per assecutionem alterius incompatibilis *n.* 201.

5 Per contractum matrimonii. *n.* 201.

6 Per ingressum Religionis. *n.* 202.

7 Per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam. *num.* 211.

8 Per promotionem ad Episcopatum, post adeptam possessionem, & facta consecratione. *num.* 215.

9 Per militiam sæcularem. *n.* 216.

10 Per pœnam, nimirum.

11 Per omissionem habitus, & tonsuræ. Sixt. V. Anno 1589.

12 Per non promotionem Parochi intra annum ad Sacerdotium. Barbos. *sup. n.* 209.

13 Per violentam ingressionem in possessionem beneficii. *n.* 220.

14 Per violationem sequestri impositi vigore sententiæ definitivæ in Rom. Curia prolatæ in causa beneficiali. *n.* 221.

15 Per non ostensionem Tituli, cum monitus fuerit. *n.* 222.

16 Per non publicationem resignationis. Greg. XIII. *A.* 1583.

17 Per non servatam formam Pii V. in provisione parochialium. *Barb. cit. n.* 245.

18 Per suppositionem sui pro alio ad examen, aut oblationem pensionis, aut intentionem resignandi contra Bullam Pauli IV. Anno 1557.

19 Per apprehensionem possessionis ante litterarum Papæ expeditionem Jul. III. An. 1553.

20 Per confidentiam. Pius IV. Anno 1569.

21 Per retentionem indebitam scripturarum Cameræ Apostolicæ, seu non revelationem earumdem. Jul. III. An. 1552.

22 Per alienationem rerum Ecclesiasticarum sine solemnitate. Paul. II. A. 1468.

23 Per offensionem litigantium in Rom. Curia, eorumque Judicum, Advocatorum, Procur. Testium, Notariorum, Alex. VI.

24 Propter crimen hæresis; *ubi supra Barbos. num.* 228.

25 Obtenta per preces hæreticorum. *numer.* 230.

26 Per crimen realis simoniæ. *n.* 231.

27 Per crimen læsæ majestatis. *n.* 233.

28 Per crimen falsitatis litt. Apost. *n.* 234.

29 Propter sodomiam. *n.* 242.

30 Per carcerationem clerici, ut resignet beneficium. *n.* 241.

31 Per occisionem Rectoris suæ Ecclesiæ. *num.* 239.

32 Ob percussionem Episcopi vacant beneficia in ejus Diœcesi. *n.* 237.

33 Ob percussionem Cardinalis, *n.* 235.

34 Ob Assassinium. *n.* 238.

ADDITIO.

1 Vacat beneficium, si electus intra mensem a tempore electionis ei præsentatæ, vel a tempore sibi præstituto, non consenserit electioni de se factæ, *DD. cum Barbos. de jure Eccl. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 26.

2 Item si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem, *ibid. n.* 27.

3 Item quando electus, vel præsentatus ante con-

confirmationem, vel institutionem per se, vel alium se injecerit, vel administraverit. *ibid. n.* 28.

4 Item per repulsionem postulationis, vel electionis cassationem. *ib. n.* 29. 30.

5 Item si beneficium habeatur pro derelicto per decennium. *ib. n.* 33.

Beneficiorum unio.

1 UNiones factæ a 40. annis citra confirmationem Trid. Conc. examinari possunt ab Ordinario. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6.

2 Ne fiant uniones beneficiorum diversæ Diœcesis. Idem *sess.* 24. *cap.* 9.

3 Non possunt uniri plura beneficia simplicia. Riccius *in praxi resol.* 610. *in* 2. *edit.*

4 Neque possunt uniri beneficia de Jurepatronatus. Decisum refert Garz. *par.* 12. *c.* 1. *n.* 210.

5 Et irritæ omnino sunt uniones factæ de beneficiis liberis ad Ecclesias Jurispatronatus. Trident. *sess.* 25. *cap.* 9.

6 Quæ vero a 40. annis citra plenam incorporationem sunt consecutæ, nihilominus ab Ordinariis revideantur, & si opus est separentur. *ibid.*

7 Potest Episcopus ex causa legitima unire beneficia non exempta. DD. apud Barb. *alleg.* 66. *n.* 3.

8 Etiamsi eorum collatio vigore concordiæ spectet ad Capitulum. Idem *ib.*

9 Potest unire etiam non perpetuo reservata beneficia. Garz. *d. c.* 2. *n.* 93.

10 Etiam devoluta Papæ per negligentiam, ignorantiam, seu absentiam Prædecessoris. Rebuff. *de devolut. n.* 31.

11 Parochiæ quæ certos fines non habent, sed certum populum, & per certas familias distinguuntur, uniri possunt. Decis. refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 88.

12 Possunt fieri uniones perpetuæ ab Episcopo Ecclesiarum Parochialium, & beneficialium propter Ecclesiarum paupertatem sine præjudicio obtinentium. Tridentin. *session.* 25. *cap.* 5.

13 Ne uniantur Parochiales Ecclesiæ Monasteriis, Abbatiis, Dignitatibus, præbendis Ecclesiæ Cathedralis, seu Collegiatæ, nec aliis beneficiis, simplicibus, aut Hospitalibus, seu Militiis, & quæ sunt unitæ revideantur. Idem *sess.* 24. *cap.* 13.

14 Neque pars fructuum Parochialis Ecclesiæ potest uniri alteri. Decisum refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 87.

15 Debent autem fieri uniones ob evidentem necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ. Garz. *ib. n.* 108.

16 Et in perpetuum, non ad vitam. Barbos. *l. c. n.* 8.

17. Cum consensu Capituli, Garz. *d. c.* 2. *n.* 145.

18 Et sufficit post unionem. Id. *ib. n.* 147.

19 Nisi adsit contraria consuetudo, quæ excludat Capituli consensum. Idem *n.* 152.

20 Si Episcopus unit ut Delegatus Sedis Apostolicæ, negant hunc consensum Nav. & alii; affirmant alii, & decisum refert Garz. *citat. n.* 158.

21 In unione facta ipsi Capitulo requiritur auctoritas Papæ. Idem *n.* 168.

22 Secus si fiat singulis præbendis singillatim. *n.* 170.

23 Sed verius potest Episcopus unire omnibus simul. Decisum refert idem *n.* 171.

24 Eorum denique, quorum interest, consensus est requirendus. Trid. *sess.* 7. *c.* 6.

25 Unitum assumit deinde naturam, & privilegia, cui est annexum. Barbos. *loco citato n.* 41.

V. Abbas, *n.* 50. *Cap. Sede vac. n.* 39. *Seminarium clericorum an n.* 38. *ad* 44.

ADDITIO.

1 Non potest Episcopus unire beneficia affecta sedi Apostolicæ. *DD. cum Barbos. de jur. Eccles. l.* 3. *c.* 16. *n.* 39.

2 Neque beneficia litigiosa. *ib.*

3 Potest unire beneficium suæ Diœcesis non curatum alicui Religioni, & Monasterio suæ Diœcesis. *ib. n.* 36.

4 Potest unionem dissolvere Episcopus, & revocare, cessante causa, ob quam facta est, vel quia redundat majus damnum Ecclesiæ. *ib. in fine.*

5 Sed necessarius est Capituli consensus, & vocatio defensoris cum causæ cognitione. *ib.*

Beneficiorum mutatio.

1 NE convertantur curata in beneficia simplicia. Trid. *sess.* 25. *c.* 16.

2 Neque possunt erigi simplicia in Canonicatus. Cong. Episc. 17. Aprilis 1584.

3 Potest autem ex causa converti Ecclesia simplex in curatam ab Episcopo. Garz. *part.* 12. *c.* 5. *n.* 2.

4 Non potest Episcopus derogare qualitatibus in beneficii fundatione appositis. Garz. *part.* 11. *c.* 5. *n.* 344. & 371. concedunt alii posse, apud Monet. *de comm. ultim. vol. cap.* 10. *n.* 352.

5 Ex causa necessitatis, aut magnæ utilitatis Ecclesiæ, potest Episcopus derogare, invitis etiam patronis. Lambert. *de Jurep. l.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 30. *n.* 3. 7. 8. 12. & 15.

6 Novem regulas a derogante observandas ponit Monet. *supra n.* 533. *ad* 542.

7 Fundator Ecclesiæ, seu beneficii, seu hæres, vel successor fundatoris, seu executor testamentarius ab eo deputatus cum consensu Episcopi mutare potest statum Ecclesiæ. Vivian. *de Jurep. p.* 3. *l.* 14. *c.* 4. *n.* 14.

8 For-

8 Formam mutationis. Vide apud Monet. *ubi ſupra*, *c.* 11. *a n.* 451. *ad* 493.

ADDITIO.

Verius non poteſt Epiſcopus mutare Parochialem in collegiatam. *DD. cum Barb. de jure Eccl.* 32. 2. 27. *c.* 6. *n.* 1. *& deciſum refert*. 2. *Jun.* 1626. *Loter. de re benef. l.* 1. *quaeſt.* 14. *n.* 49.

Bibliotheca Canonicorum.

1 COnſtituatur cum Indice librorum. Provinc. 4.

2 Praefectus eligatur ab Epiſcopo de Conſilio Capituli. *ib.*

3 Duret ejus officium arbitrio Epiſcopi. *ib.* ſi alia ſit eligendi conſuetudo, ſervetur. *ib.*

4 Ineatur ratio eam augendi. *ib.*

Blaſphemia.

1 CLericus Deum, vel B. V. expreſſe blaſphemans, prima vice privetur fructibus beneficiorum unius anni. Pius V. Anno 1566.

2 Pro altera vice beneficiis privetur. *ib.*

3 Pro tertia vice omnibus dignitatibus, & in exilium mittatur. *ib.*

4 Si caret beneficio, luat poenam pecuniariam, vel corporalem pro prima vice; carceri detur pro altera; pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. *ib.*

5 Pro blaſphemia in Sanctos, arbitrio judicis, habita ratione qualitatis blaſphemiae, & perſonae. *ib.*

Bona Eccleſiaſtica.

1 EA quovis modo uſurpantes, ſeu impedientes, anathemati ſubjaceant, donec fiat reſtitutio, & abſolutio Papae reſervatur. Trid. *ſeſſ.* 22. *c.* 11.

2 Patronus autem privetur etiam Jurepatronatus, & Clericus, etiam beneficiis, & ab ordinum executione ſit ſuſpenſus, etiam poſt abſolutionem praedictam, arbitrio Ordinarii, *ib.*

3 Et haec Decreta, quotannis evulgentur. Prov. 5.

4 Bona confraternitatum, & Hoſpitalium erectorum ſine auctoritate Epiſcopi ſunt laicalia: ſi vero illius auctoritate, ſunt eccleſiaſtica. Bar. *de pot. Ep. alleg.* 75. *n.* 32.

5 Locationes anticipatis ſolutionibus factae in praejudicium ſucceſſorum ſunt invalidae. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 11.

6 Neque licet locare Juriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus, neque licet conductoribus per ſe, aut alios exercere. *ib.*

7 Locationes ad longum tempus, ſeu, ad 19. annos, aut bis 29. annos, irritae ſunt, & nullae. *ib.*

8 Nemini liceat locare bona Eccleſiae propinquis, intra tertium gradum in emphyteuſim; aut ad tempus, etiam per ſuppoſitas perſonas ſine magna utilitate Eccleſiae, judicio Epiſcopi, ſub poena nullitatis, & aliis arbitrio Epiſcopi. Prov. 1.

9 Neque item Patronis, neque iis, quorum ceſſione ea beneficia obtenta ſunt, niſi ut ſupra, alias mulctetur beneficiarius fructibus unius anni, quos inde capit. Prov. 2.

10 Solutio, quae ſit quotannis titulo emphytheuſis, vel ad longum tempus locationis, fiat per ſcripturam Notarii, addita cauſa, & quantitate pecuniae. *ib.*

11 Et inſtrumenta ejuſmodi ſpatio menſis tradantur Epiſcopo in Archivio ſervanda, *ib.*

12 Inveſtiturae feudorum renoventur a ſucceſſoribus cum juramento fidelitatis. Prov. 1.

13 In his renovationibus, omnia bona, & eorum fines nominatim in inſtrumento deſcribantur. *ib.*

14 Emphyteuta, vel colonus jurans ſolvere Canonem ſingulis annis, non ſoluto Canone poterit ante biennium expelli. Nald. Emphyteuſis, *n.* 2.

15 Poteſt vice caducitatis duplicari Canon, ſeu fictus conſuetus. Mar. Anton. *l.* 1. *reſol.* 30. *in fine.*

16 Poena caducitatis ne remittatur alicui, niſi ſervatis, quae de jure. Prov. 1.

17 Beneficiatus aetate minor ne tradat adminiſtrationem ſui beneficii cuicumque ſibi ſanguine conjuncto, ſine licentia Epiſcopi in ſcriptis. Prov. 4.

18 Fructus inexacti ad cameram non ſpectantes, ſunt ſucceſſorum in beneficiis, etiamſi maturati fuerint ante mortem. Jul. III. *A.* 1550. & Urban. VIII. 5. *Aprilis* 1628. idem confirmavit.

19 Ubi vero eſt facta concordia cum Camera Apoſtolica, fructus maturi non exacti ſunt haeredum beneficiati. Vrvian. *de jurepatr. par.* 3. *l.* 14. *c.* 8. *n.* 17.

20 Beneficiati ſine licentia Epiſcopi quovis praetextu non alienent pendentes beneficiorum fructus, niſi venditionis, aut locationis nomine, & tunc dilata ſolutione in id tempus, quo fructus eorum erunt a ſolo ſeparati, ſub poena nullitatis. Prov. 1.

21 Pendentes fructus beneficiorum adjudicantur ſucceſſoribus in beneficiis excepta parte colonica. Prov. 7.

22 Mortuo igitur beneficiato, conſtituatur Oeconomus opulentus ab Epiſcopo, apud quem deponantur omnes fructus, ad onera imprimis adimplenda beneficii. *ib.*

23 Ne invadantur bona clerici defuncti, beneficiati pertinentia ad Eccleſiam, ejuſve miniſtros, ſub poena excommunicationis latae ſententiae. Prov. 2.

24 Et hoc Decretum ſemel in anno evulgetur. *ib.*

25 Ea-

25 Eadem pœna extenditur ad eos qui nulla invasione asportant suppellectilem, & scripta ad Ecclesiam spectantia, ex ædibus beneficiati defuncti, antequam fiat Inventarium a Deputato Episc. Prov. 3.

26 Et hoc quoque quotannis semel publicetur. *ib.*

27 Successori in beneficio prædicta dentur gratis, etiamsi clericus mortuus in iis aliquid expenderit. *ib.*

28 Hæredes autem ne immaturos fructus a solo separent, neque ligna cædant, aliud damnum successori afferant; alias ab Episcopo resarciri jubeantur, & graviter puniantur. Prov. 7.

29 Fructus a solo separati, etiamsi nondum exacti aut reconditi, maturi tamen, hæredibus dentur. *ib.*

30 Si omnes sunt separati, hæredum quidem sint, ii tamen oneribus beneficii faciant satis. *ib.*

31 Si Parochialis Ecclesia sit, vel beneficium cum residentia personali, ea pars successori detur, quæ Ordinario videbitur ad ejus victum, & onera usque ad novos fructus. *ib.*

32 Fructus locationum, censuum, & similium ad ratam temporis dividantur. *ib.*

33 Pensiones debitæ pro fructibus simplici locatione, & loco fructuum solvendæ ad eum pertineant, ad quem fructus, ut supra, pertinebunt. *ib.*

34 Æs alienum ratione beneficii contractum per beneficiatum, cujusmodi sunt decimæ, pensiones non solutæ, salarium ministrorum, reparationes, & ornamenta Ecclesiæ, si appareat contractum superioribus annis, hæredes dissolvant. *ibid.*

35 Si eo anno, quo obiit, pro rata fructuum, & temporis judicet Episcopus, ut una cum novis fructibus persolvatur. *ib.*

36 Inventaria fiant bonorum omnium, & jurium Ecclesiarum, coram testibus, & per Notarios. Prov. 1.

37 Mobilium item, & immobilium etiam Jurispatronatus, & quovis nomine administrentur. Prov. 4.

38 Duo exempla illorum fiant, alterum pro Ecclesia propria, alterum pro Archivio Episcopali. Prov. 1.

39 Renoventur, quando est opus, additis, quæ de novo acciduut. *ib.*

40 Ad utilitatem Cleri communem in Synodo Diœcesana eligantur aliqui a Clero Foraneo, qui cum Urbano agant de iis, quæ ad univer. si Cleri bona spectant. Prov. 1.

41 Et antequam Clerus Urbanus in hanc causam convocetur, moneantur ii electi, ut adesse possint, alias acta non possint esse detrimento Clero Foraneo. *ib.*

V. Alienatio rerum Eccles. per totum Canon. Distributiones n. 63. Capitulum n. 29. 30. Episcopus a n. 26. ad 38. Locorum piorum cura num. 4. Ordines majores, n. 14. Seminarium Clericorum n. 45.

ADDITIO.

1 Possunt Canonici mutare paramenta sine consensu Episcopi, & de mobilibus non pretiosioribus disponere. *Congregat. Conc. 23. Augusti* 1631.

2 Triennium in locationibus computandum est ex tribus fructuum collectionibus, ita ut si ex quolibet triennio unus tantum fructus percipiatur, tunc triennium pro uno anno computari debebit, & locatio fieri potest usque ad novennium. *DD. cum Barb. de jure Eccles. l. 3. c. 17. n. 73.*

Cœmeteria.

1 Restituatur, ubi non sunt. Prov. 1.

2 Nullæ ibi sint arbores, nec herba pabulo danda. Prov. 4.

3 Bene claudantur, & Cruce alta in medio posita. Prov. 1.

4 Ubi potest extruatur ibi Cappella, & adsit vas cum aqua benedicta. Prov. 4.

5 Stabula jumentorum inde distent. *ib.*

6 Neque ibi tritura fiat, neque telæ extendantur, neque fabrile quid elaboretur. *ib.*

7 Ecclesia polluta, censetur pollutum contiguum Cœmeterium, non e contra. Barbos. *de pot. Episc. alleg. 27. n. 29.*

Calix.

1 Non ex ære, neque auricalcho sit; potius ex stamno. Conc. Rhem. *c. 6.*

2 Negatur contactus illius iis, qui non sunt in sacris. Conc. Rom. 2. *c. 9.*

3 Potest Episcopus ex causa dare licentiam clerico, non in sacris, tangendi vasa sacra. Ugol. *de pot. Episc. c.* 4. §. 11. *n.* 1.

4 Execratur, quando deauratur, nisi deauratio cadat propter usum. Sylv. *V. Calix q.* 2.

5 Item si scyphus a pede ex toto separetur, licet non sit fractus, quia junctura est tornatilis, sive ad vitem. Idem. *ib.* Negat Suarez.

6 Et quando amittit formam Calicis. Sylv. *loc. cit.*

Campanæ.

1 In Sabbato Sancto ne pulsentur Campanæ a quovis, antequam Cathedralis Ecclesia vel matrix pulsaverit, sub pœna 100. ducatorum. Leo X. *Anno* 1518.

2 Per Matricem intellige quoque Parochialem in Diœcesi, antequam non possunt Regulares, neque contrariæ suas Campanas pulsare. Congr. Rit. *9. Febr.* 1608. *V. Ecclesia, n.* 40. *Exequiæ n.* 37. *Interdictum, n.* 21. 27. *Oratio publica, n.* 16. 23. 26. 27. *Processio, n.* 21. 22. *Regularium jura sub Episcopis n.* 50.

ADD-

ADDITIO.

1 Potest Episcopus prohibere, ne campanæ nondum benedictæ pulsentur. *Congreg. Rit.* 5. *Jul.* 1614.

2 Etiamsi collegiata habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, non tamen potest pulsare campanas prius in Sabbato Sancto. *Congreg. ead.* 23. *Febr.* 1629. Si adest consuetudo pulsandi campanas nonnisi post Cathedralem, seu Matricem, observanda est. *Ead.* 21. *Aug.* 1601. (*a*)

(*a*) „ Idque locum habet, etiam ubi agitur „ de sola salutatione Angelica. S. R. C. 24. „ Sept. 1605.

3 Alias liberum est neque ante, vel post. *Eadem* 11. *Apr.* 1601.

Canonicatuum Collatio.

1 UBi præbendæ cum distributionibus sunt ita tenues in insignibus Collegiatis, ut non respondeant decentiæ loci, & personarum, licet Episcopo cum Capituli consensu, vel beneficia simplicia non regularia iis unire, vel aliquibus suppressis cum patronorum consensu ad minorem numerum Canonicatus reducere. Trident. *sess.* 24. *cap.* 15.

2 Provisio Canonicatuum ne fiat, nisi iis, qui ætatem, & alias habent qualitates, sub pœna nullitatis. Idem *sess.* 22. *c.* 3.

3 Nemo ad Dignitates, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi saltem 25. ætatis annum attigerit, & in clericali ordine laudabiliter vixerit. Id. *sess.* 24. *c.* 12.

4 Ad Dignitates infra Archidiaconum, vel Personatus sine animarum cura clerici idonei, & 22. annis non minores assumantur. *ib.*

5 Decanatus non habet annexam obligationem Doctoratus, neque Magisterii. Decisum refert Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 7. *n.* 43.

6 Neque statui potest in Conc. Provinc. quod dignitates, & Canonicatus in Cathedralibus dentur tantum graduatis. Decisum refert idem. *ib. n.* 45.

7 Principalis Dignitas in Ecclesia Collegiata exempta, cui Ordinaria jurisdictio cum omnibus juribus Episcopalibus competit, non debet necessario, sed congruit, ut conferatur Doctori. Decisum refert idem, *ibidem numer.* 33.

8 In Dignitatibus Collegiatarum Ecclesiarum requiritur ætas 22. annorum. Decisum refert Garz. *par.* 7. *c.* 4. *n.* 59. 62. Negant alii apud Barb. *alleg.* 60. *n.* 67.

9 Sit ætas 22. annorum completa in prædictis. Decis. refert Garz. *d. c.* 4. *n.* 70.

10 Scholastria conferenda est Doctori, vel Magistro, vel licentiato in Theologia, seu Jure Canonico. Trid. *sess.* 25. *c.* 18.

11 Nemo ad Dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui eo ordine, quem requirit Dignitas, &c. aut sit initiatus, aut ea sit ætate, ut initiari possit. Trid. *sess.* 24. *c.* 12.

12 Omnes autem Canonicatus, ac portiones in Cathedralibus habeant annexum ordinem Presbyterii, vel Diaconatus, vel Subdiaconatus. *ib.*

13 Quæ designatio fiat ab Episcopo cum consilio Capituli, ita tamen, ut dimidia pars saltem sint presbyteri. *ib.*

14 Ubi laudabilior consuetudo est quod plures, vel omnes sint presbyteri, omnino servetur. *ib.*

15 Ubi nulla est ordinum distributio, ætas 22. annorum requiritur ad Canonicatum in Cathedralibus. Decisum refert Barbos. *alleg.* 60. *num.* 78.

16 In Collegiatis sufficiat ætas 14. Annorum, Decisum refert idem, *ib. n.* 71.

17 Canonicatus de Jurepatronatus laicorum ante Conc. Trid. fundatus, cum pacto, quod descendentes a fundatore possint illum obtinere, licet non sint in sacris, tenet. Decis. fuit 29. *Nov.* 1592.

18 In vacatione Pœnitentiariæ, seu Præbendæ Theologalis fiat concursus, nisi ad Papam spectent. Prov. 1.

19 Ne creetur Canonicus supernumerarius ille, qui ministerium navare debet, quod præstare nequit cum officio Canonicali. *ib.*

20 Canonicus per collationem liberam Capituli non debet ab Episcopo examinari. Decisum refert Garz. *par.* 9. *c.* 3. *n.* 19. *V. Benef. Paroch. Provisio n.* 42. *Benef. Pluralitas num.* 3. 4. 5. *Illegitimi n.* 10. 11. 12. 13. *Legatus num.* 4.

ADDITIO.

1 Dignitas nova in collegiatis, quæ alias non reperitur in Ecclesia, non potest creari sine licentia Papæ: Archidiaconatus, & similes jam usitatæ possunt creari cum consensu capituli ab Episcopo. *DD. apud Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 12. *n.* 5.

2 Canonicatus supernumerarius non potest erigi ad futuram præbendam. Decis. refert Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 2. *n.* 5.

3 Ætas in canonico incipit a die Nativitatis ejus, non Baptismi. *Cong. Conc.* 4. *Dec.* 1627.

4 Ætas 22. annorum in dignitatibus Cathedralis an debeat esse completa? Ajunt, Negant *DD. apud Barb. de Can. c.* 13. *n.* 22.

5 Nemo potest habere duos canonicatus. Decisum referunt *DD. apud Barb. loc. cit. c.* 41. *n.* 16.

6 Si perseveret cum duobus, amittit ambos. Decisum referunt iidem, *ib.*

7 Eodem modo obtinens Dignitatem perdit canonicatum, si utrumque requirit residentiam. Decisum refert *Garz. de benef. par.* 11. *c.* 5. *n.* 244.

8 Non

8 Non potest Episcopus concedere Canonicis Cathedralis habitum proprium, neque mutare. *Cong. Rit.* 1. *Sept.* 1612.

9 Neque almutiam dare. *Eadem* 25. *Januar.* 1601. 16. *Januar.* 1620.

10 Neque Cappam. *Ead.* 10. *Januar.* 1604.

Canonicatuum Possessio.

1 IN possessione danda, neque fructus, neque distributiones, nec eorum pars retineantur ab Episcopo, Capitulo, Collegio, & aliis. Pius V. *Anno* 1570.

2 Neque nuper provisi inducantur ad jurandum pro observandis hujusmodi statutis, & consuetudinibus. *ibid.*

3 Sub pœnis Episcopo suspensionis ab officio Pontificali, reservatæ Papæ, & aliis interdicti; & singularibus personis excommunicationis similiter reservatæ. *ibid.*

4 Jurantes autem non ligantur, nisi pœna ejusdem reservatæ excommunicationis. *ibid.*

5 Ubi vero fructus, vel distributiones piis usibus ultra semestre tempus sunt concessi, horum dumtaxat dimidia pars pio usui tribuatur. *ibid.*

6 Non tamen derogatur privilegio, statuto, consuetudini, circa fructus, & distributiones inter vacationem beneficii, & collationem, sive possessionem provenientes, si prædictis debeantur. *ibid.*

7 Prohibentur munera, esculenta, etiam nomine urbanitatis, seu honorarii extorta, & coacta. Prov. 7.

8 Item dulciaria multa. Decis. refert Zorola *in prax. Episc. p.* 2. *V. Possessio benef.* §. 5.

9 Proventus autem in hoc casu ad Sacristiam debiti, vere in eadem insumantur; quæ, si non egeat, in fabricam Ecclesiæ, vel aliud commodum transferantur ab Episcopo cum consilio Capituli. Prov. 2.

10 Emittatur professio fidei non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali: verum etiam in Capitulo, ut quisque faciat fructus suos. Trid. *sess.* 24. *c.* 12. *intellige in Cathedralibus.*

V. Fidei Professio n. 2. *ad* 10. *a* 35. *ad* 39. *Pensio n.* 4. 13.

A D D I T I O.

1 Valet constitutio Episcopi, & Capituli solvendæ certæ pecuniæ ratione novæ possessionis Canonicatuum in fabricam Ecclesiæ, non in Notarios, campanarios, & ejusmodi. Decisum refert *Garz. de benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 198. *declar.* 9.

2 Valet consuetudo, stante dispositione, sess. 24. c. 14. Trid. de Ref. ut fructus primi anni reserventur hæredibus beneficiarii. *Rot. decis.* 660. *part.* 4. *divers.*

3 Item consuetudo, quod fructus spectent ad Capitulum, donec canonicus sit Sacerdos. *Cong. Conc.* 6. *Maji* 1617.

4 Non censetur laudabilis consuetudo, quæ est pro reparatione bonorum mensæ capitularis in possessione capienda a canonicis. Decisum refert *Garz. supra p.* 8. *cap.* 1. *num.* 90.

Canonicatuum optio.

1 CONsuetudo optandi in præbendis distinctis non valet nisi potest 40. annos. Monet. *de Option. c.* 2. *q.* 2. *n.* 18.

2 Potest Episcopus eam inducere in Beneficiis suæ collationis. idem *q.* 3. *n.* 50.

3 Domus Canonicales cadunt sub optione. *cap.* 3. *quæst.* 2.

4 Non datur optio in beneficiis in Curia vacantibus, aut reservatis, aut devolutis ad Papam, aut de jurepatronatus. *ibid. q.* 3. & 4.

5 Nec in resignatione, seu permutatione, nisi illa sit libera, non ad favorem alicujus. *q.* 5.

6 Nec in habentibus annexum onus Pœnitentiariæ, & ejusmodi. *quæst.* 6.

7 Possunt indistincte optari majores, & minores præbendæ. *quæst.* 7.

8 Descensus a majori præbenda ad minorem in dignitate negatur. *ibid. c.* 4. *q.* 1.

9 Pœnitentiarium optare posse, & alios habentes onus proprium, affirmant alii: alii negant. *ib. n.* 11. affirmat Monet. *concl.* 3.

10 Antiquiores in receptione primo optant. *cap.* 5. *quæst.* 1.

11 Excommunicatus optare potest; communior sententia. *cap.* 4. *quæst.* 2.

12 Absens justa de causa, etiam studii, potest. *quæst.* 3.

13 Per Procuratorem, seu conjunctam personam. *quæst.* 4.

14 Canonicus nondum subdiaconus optare potest. *quæst.* 5.

15 Dispensatus ad beneficia in Collegiata, potest. *quæst.* 6.

16 Cæcus factus postquam Canonicus, potest. *ibid. concl.* 4.

17 Coadjutus optare potest. *q.* 8. *concl.* 1. & 3.

18 Coadjutor non potest. *ibid. concl.* 2. & 4.

19 Vitiatus corpore, & inhabilis ad ordines annexos præbendis non potest. *quæst.* 6. *concl.* 1. & 2.

20 Irregularitas præcedens receptionem ordinis, aut beneficii impedit optionem. *quæst.* 7. *concl.* 2.

21 Irregularitas sequens eadem non impedit. *concl.* 3.

22 Ubi est distinctio ordinum, intra suum quisque ordinem Dignitatum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum potest optare, non ultra suum. *cap.* 5. *q.* 3. *concl.* 2.

23 Ubi non est distinctio, potest dari optio ad digniorem. *ibid.*

24 Indultum Cardinalium non derogat optioni. *c.* 8. *q.* 1. *concl.* 6.

25 Fieri debet optio intra 20. dies a die scientiæ. *cap.* 6. *quæst.* 1. & 4.

26 Idem

26 Idem tempus currit omnibus ea vice optantibus, *ibid. quæst.* 3.

27 Et vacat præbenda optantis *q. 6. concl.* 2.

28 Qui optionis jure præbendam assequitur meliorem, moneat Episcopum intra mensem, sub pœna dimidiæ partis fructuum unius anni, Prov. 6.

29 Male optans sine sua culpa, redire potest ad suam præbendam. Monet. *sup. c.* 5. *quæst.* 5. *concl.* 2.

V. Pœnitentiarius, *n.* 19.

Theologalis Præbenda, *n.* 5.

Canonicorum Residentia.

1 OBtinentibus Dignitates, Canonicatus, &c. non licet vigore statuti, aut consuetudinis ultra tres menses a suis Ecclesiis quolibet anno abesse; salvis tamen iis statutis, quæ longius servitium requirunt. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12.

2 Alioquin primo anno priventur dimidia parte fructuum quos fecerunt suos: si iterum; priventur omnibus fructibus; crescente contumacia, juxta sacros Canones procedatur. Idem *ibid.*

3 Residere debent omnes Canonici, etiam Collegiatarum non insignium. Decisum refert Garz. *par.* 3. *c.* 2. *n.* 197.

4 Exceptis ruralibus prorsus destitutis, & in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum est residere, cui adeo tenues sunt redditus, ut Canonicos aliunde non habentes unde vivant, alere non possint. Decisum refert. Idem. *ibid.*

5 Consuetudo immemorabilis non excusat Canonicos a residentia in Collegiatis insignibus. Decisum refert idem. *ibid.*

6 Consuetudo contraria absentiæ trium mensium est magis attendenda. Decisum refert idem. *ibid.*

7 Obtinens Canonicatum, & Monasterium in commendam sine cura animarum, residere debet in Canonicatu. Decisum refert idem *ibid. numero* 183.

8 Docentes jus Canonicum in publica universitate de licentia ejusdem, gaudet privilegio de percipiendis fructibus præbendarum suarum in absentia, quamvis præbendæ sint in cathedrali loci, in quo docent. Decisum refert idem *ib. n.* 59. 60. & sine licentia Episcopi *n.* 559. *ad* 4.

9 Et docentes Sacram Scripturam. Decisum 27. *Februarii* 1597.

10 Excusatur item habens facultatem absentiæ pro studiis, si vere studeat in publico gymnasio. DD. apud Barbos. *de potest. Epis. alleg.* 56. *numero* 24.

11. Sed minor sit 30. annis cum cœpit studere. Decisum refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 82. 86.

12 Et intra annum ad Subdiaconatum saltem promoveatur. Prov. 1.

13 Qui ad gymnasium extra diœcesim iverit, tenetur consignare facultatem Episcopo loci, a quo de moribus, & a Doctore de litteris testimonia transmittat, alias dimissoriæ sint nullæ. Prov. 3.

14 Singulo semestri scriptum Doctoris sui exhibeat Episcopo de studiorum progressu. Prov. 1.

15 Ad quinquennium tantum conceditur facultas absentiæ pro studiis. Decisum, referunt DD. apud Barb. *alleg.* 56. *num.* 31.

16 Ab eo die numerandum, quo cœpit studere in gymnasio publico. Prov. 1.

17 Hoc est, erecto per Papam, Regem, Principem. Barbos. *l. c. n.* 22.

18 Et prædicta sub pœna nullitatis licentiæ. Pr. 1.

19 Quam certe a suo Prælato obtinere debet. Pius IV. An. 1564.

20 Neganda est Parochis. Decisum referunt Doct. cit. a Barbos. *l. c. n.* 30.

21 Si obtineatur licentia a Sede Apostolica, accedat etiam consensus Ordinarii. Monet. de distributionibus. *p.* 2. *q.* 10. *n.* 9.

22 Qui redierit a studiis, mensis saltem spatio Episcopum de reditu moneat, sub pœna absentiæ. Prov. 1.

23 Coadjutus, & Coadjutor possunt abesse his tribus mensibus. *Navar. cons.* 1. *n.* 6. *de Cler. ægrot.*

24 Habens Canonicatum, & Parochialem, in qua non potest ob inimicitias sine discrimine vitæ residere, non est cogendus, sed in Canonicatu resideat. Decisum referunt DD. apud Barbos. supra. *n.* 130.

25 Non excusatur a residentia ille, de cujus titulo Canonicatus litigatur. Prov. 5.

26 Nec ille qui nondum ordine debito est initiatus. *ibid.*

27 Neque ille, qui justam habet causam ne initietur. *ibid.*

28. Neque ille, qui tertiam fructuum partem in Distributiones contulit, aliis conferentibus. *ib.*

29 Neque ille, cujus beneficii magna pars fructuum ad alium jure spectat. *ib.*

30 Tenentur autem interesse omnibus diebus & horis præter tres menses, Garz. *d. c.* 2. *n.* 325.

31 Neque possunt juvari contraria ulla consuetudine. Theod. Robeus inter discept. Grat. *c.* 298. *n.* 20.

32 Et ille dicitur abesse licet in loco steterit, qui a servitio Ecclesiæ absuerit. Decisum refert Garz. *d.* 2. *n.* 312.

33 Pro absentia a jure concessa, non est necessaria Episcopi licentia, neque causa est assignanda. Decisum refert idem. *ib. n.* 315.

34 Ne tamen chorus destituatur, laudabile est, quod per triduum quidem de licentia Præfecti absint; ultra triduum, de licentia Episcopi. Prov. 1.

35 Potest etiam Episcopus excusare aliquem ex causa legitima a residentia in choro. *in cap. unico de Cler. non resid. l.* 6. sine consensu aliorum Canonicorum. Decisum refert Garz. *d. cap.* 2. *num* 407.

36 Lto

36 Imo potest ex causa legitima dare licentiam alicui, ut absit per 4. menses. Decisum refert idem *ib. n.* 408.

37 Videat Episcopus, ne omnes absint eodem tempore, sed quarta pars eorum tantum arbitrio Episcopi Decisum refert idem *ibid. num.* 315.

38 Neque incidat absentia trium mensium in maximas solemnitates. Decisum refertur *ib. num.* 316.

39 Tres item menses absentiæ possunt esse interpolati. Decisum refertur *ib. n.* 306.

40 Et valet absentia trium mensium tantum, quando constitutiones Ecclesiæ requirunt servitium totius anni. Decisum *ib. n.* 312.

41 In singolis collegiatis tres primi de Capitulo præsentes deferant ad Episcopum non residentes. Prov. 1.

42 Canonici contumaces cogantur residere. Trid. *sess.* 21. *c.* 3.

43 Non censuris, sed alia via puniantur. *Congreg. Episc.* 24. *Julii* 1584.

44 Privandi sunt beneficio, si perseverent. Decisum refert Armendar. apud Barbos. *loco cit. alleg.* 53. *n.* 146.

45 Debent citari, & judex arbitrabitur, quamdiu expectare debeat ad executionem pœnarum. Decisum apud Garz. *d. c.* 2. *n.* 145.

46 Pœna tamen Concilii contra Canonicos non residentes non procedit in Canonico simplici carente præbenda. Ric. *in prax. resol.* 624. *in* 2. *edit.*

47 Fructus præbendæ absentium ultra tres menses applicandi sunt in usum Ecclesiæ. Decisum refert idem. *d. c.* 2. *n.* 146.

48 Potest Episcopus minuere hanc pœnam ante sententiam, non autem in totum tollere. Garz. *ibid. n.* 150.

49 Residentes in Cathedrali non sunt Parochiani illius Parochi, in cujus Parochia domicilium habent. *Ugol. de pot. Episc. c.* 15. *n.* 8. *Residentia n.* 2. 3. 4.

ADDITIO.

1 Potest Episcopus edicere, ne Dignitates, & Canonici sine ejus licentia abesse possint, ne destituatur chorus. *Cong. Conc.* 11. *Febr. &* 19. *Dec.* 1628. *apud Barbos. de canon. cap.* 20. *num.* 5.

2 Potest Episcopus statuere, quota pars Canonicorum ab Ecclesia eodem tempore possit abesse. Decisum referunt *DD. cum Barb. l. c. num.* 4.

3 Qui intersunt divinis officiis in festis tantum diebus, vel in præcipuis tantum solemnitatibus, censentur non residere, ita ut perdant etiam fructus præbendæ Decisum refert *Bar. ib. n.* 12. 20. *Apr.* 1602.

4 Ad colligendum servitium novem mensium colligendi sunt ipsi dies residentiæ, & servitii, sive continui, sive interpolati. Decisum refert *Garz. de benef. par.* 3. *c.* 2. *n.* 327. *& Congr. Episc.* 25. *Sept.* 1584.

5 Pœnæ Conc. contra non residentes competunt iis etiam, qui majori servitio Ecclesiæ quam novem mensium sunt adstricti, si non resideant Decisum refert idem. *ibid. num.* 144.

6 Antequam ad privationem in totum procedatur, expectandus est lapsus trium annorum. Decisum refert *Barbos. loco cit. num.* 17.

7 Potest reduci consuetudo longioris vacationis ab Ecclesiæ servitio ad tempus præscriptum a Conc. Trid. *Congr. Rituum* 3. *Novembris* 1602.

8 Potest Episcopus assumere sibi duos de collegiata canonicos, non plures. *Congr. Conc.* 9. *Septemb.* 1628.

9 Vide 7. consuetudines validas in hac materia apud. *Barbos. l. c. c.* 23. *a n.* 11.

Canonicorum distributiones.

1 PRo distributionibus, si nullæ sint, aut tenues, separetur tertia pars fructuum Dignitatum, & Canonicatuum. Trid. *sess.* 21. *cap.* 3.

2 Sunt assignandæ omnibus Horis, ne negligantur. *Congr. Episc.* 6. *Novemb.* 1584.

3 Portio certa, & congrua perpetua assignetur omnibus officiis, & functionibus. Provinc. 4.

4 Aptus ad canonicalia officia statim recipiat distributiones. Prov. 2.

5 Ideo intra octo dies a possessione fiat examen. *ibid.*

6 Admittatur autem cum his conditionibus. Provinc. 4. Ut juret, se neque precibus, neque pretio, neque alia ratione curasse quominus examen fideliter fiat.

Deinde fiat examen de cantu, & muneribus chori.

Ex hoc fiat in Capitulo, duobus de eodem adhibitis, qui jurati de fidelitate eum examinent.

Demum secretis suffragiis decernatur a Capitulo, an admittendus sit. Hæc ibi.

7 Eadem fiat in admittendis Mansionariis, aliisve ministris, delectis aliquot ex eorum ordine Capitulum decernat ut supra. *ib.*

8 Si fiat, non servata hac forma, irritum sit examen, & nullum. Prov. 7.

9 Si quis non idoneus receptus sit, potest Episcopus adhibitis de Capitulo duobus cantus peritis a se eligendis, iterum examinare illum, & repertum minus idoneum suspendere a receptione distributionum, & experimentum differre arbitratu suo. *ib.*

10 Prima vero Dignitas coram Episcopo, seu Vicario, & Præfecto chori cum uno Canonico subeat examen, nisi Capitulum ipsum solitum sit eandem admittere, uti supra. Prov. 4.

11 Distributiones recipiant, qui statis Horis interfuerint; reliqui careant his; exclusa quavis collusione, aut remissione. Trid. *sess.* 24. *c.* 12.

12 Gau-

12 Gaudeant distributionibus hi: nimirum, Dignitas illa, quæ curam exercet animarum extra civitatem, si illi jurisdictio, administratio, vel officium non competat; & si nulla est consuetudo, vel statutum, ut dicta Dignitas non serviens aliquid amittat, quod ad tertiam partem dictorum fructuum ascendat. Trident. *sess.* 22. *c.* 3.

13 Inservientes Ecclesiis Parochialibus, & habentes legitima beneficia in Cathedralibus, quorum omnes fructus consistunt in distributiotionibus, possunt omnes percipere: si nullæ præbendæ fuerint distinctæ, & omnes de communi percipiant, nec detur aliquid iis, qui divinis Horis non intersint. Decisum refert Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 114.

14 At, quando salvo debito servitio Parochialium poterunt etiam inservire cathedrali, tunc non possunt percipere, nisi quatenus inserviunt. Decisum refertur *ibid.*

15 Qui animarum curam exercent, quæ illi Ecclesiæ, cujus sunt Canonici, imminet in actu nimirum exercendi Parochialia, gaudent. Decisum refert Garz. *ibid. n.* 335. & Congr. Episc. 24. *Novembr.* 1617.

16 Item missi ad Limina, seu comitantes Episcopum ad Urbem, ad eadem Limina, de fructibus præbendæ, & residentiæ lucrantur distributiones ex Decreto Sixti V. Decisum referunt DD. citati ap. Barbos. *d. alleg.* 53. *n.* 159. (*a*).

„ (*a*) Vide Benedictum XIV. *Institut.* 107. „ *S.* 9.

17 Item qui visitant Ecclesias mensæ Capitulari unitas. Congr. Episc. 14. *Octob.* 1598.

18 Item inservientes Episcopo visitanti debent percipere duas partes distributionum; tertia amissa si fructus omnes consistunt in distributionibus. Decisum refert Riccius *resol.* 390. *n.* 4.

19 Item Subcollectores, Advocati, Procuratores, Fiscales, & Notarii in causis spoliorum, & jurium Cam. Apostol. earum officio durante. Sixtus V. 8. *Maji* 1590.

20 Concilio generali interessentes, etiam missi nomine Capituli sui. DD. apud Barbos. *supra num.* 158.

21 Duo Canonici electi juxta Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. quando sine fraude tempore divinorum officiorum occupantur in processibus contra aliquem Capitularem. Monet. *de distrib. part.* 2. *quæst.* 8. *n.* 19. *in ultima impress.*

22 Item duo electi pro administratione Seminarii. idem *ibid. n.* 17.

23 Item ii, qui præficiuntur recognoscendis Indulgentiis. Idem *num.* 16.

24 Item ii duo, qui debent adhibere in iis providendi, quæ necessaria videbuntur circa divina officia, Ecclesiæque ministros ex Trident. *sess.* 24. *c.* 12. Monet. *n.* 18.

25 Præsentes Congregationi S. Officii. Congregatio Episcop. *Anno* 1584. apud Nald. *V. Officium S. Inquisitionis.*

26 Item alii Canonici eligendi ad alia, ex præscripto Trident. *sess.* 25. *cap.* 6. & *cap.* 8. & alibi: sed privilegio opus esse puto, vel consuetudine legitima præscripta, aut statuto a Sede Apost. approbato, quale habetur Mediolani. Monet. *quæst.* 12. *num.* 61. & *seq.*

27 Examinatores gaudent, qui causa examinis absunt. Decisum refert Zecch. *de rep. eccl. tit. de beneficiatis. num.* 13.

28 Visitans Ecclesiam, jura, vel redditus suæ præbendæ. Monet. *d. q.* 1. *n.* 63.

29 Qui invitus abesse jubetur ob pestem, vel alium morbum. *part.* 2. *q.* 6. *n.* 11.

30 Abiens pro utilitate Ecclesiæ. Decisum refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 362.

31 Senio confecti, si alias residere soliti sint. Decisum refert Monet. *p.* 2. *quæst.* 7.

32 Infirmi, etiam ex propria culpa, si residere soliti. Idem. *quæst.* 6. *num.* 19.

33 Et qui medicinæ causa longius eunt. Idem *ibid. n.* 10.

34 Item qui absunt legitime studiorum causa, quando redditus omnes in distributionibus consistunt, dempta tertia parte; & iis exceptis, quæ sunt applicata Missis, & defunctorum anniversariis. Decisum 13. *Septemb.* 1595. Contrarium priori parti refert decisum Monet. *part.* 2. *q.* 10. *n.* 23. quacunque facultate absint.

35 Excommunicatus pro causa Ecclesiæ, & jurium defensione. Gutier. *Canon. l.* 1. *cap.* 1. *n.* 142. 147.

36 Excommunicatus injuste, si præsens est in loco beneficii. DD. apud Barb. *l. c. n.* 174.

37 Suspensus injuste, & interdictus. Monet. *part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 42. 46.

38 Item carcerati non propria culpa. Idem *quæst.* 5. *n.* 56. *cum seq.*

39 Non gaudent distributionibus hi, qui sacro ordine debito non initiantur, licet differant ob litem de Canonicatu. Prov. 5. *Vide Monet. loc. cit. quæst.* 19. *concl.* 1.

40 Qui abest pro servitio Episcopi. Congr. Ep. 14. *Augusti* 1590.

41 Item inserviens Episcopo extra Ecclesiam. Ead. 11. *Septemb.* 1584.

42 Item associantes suum Prælatum volentem audire Missam, etiam in Cathedrali. Decisum referunt DD. apud Barbos. *allegat.* 53. *num.* 141.

43 Item comitantes Episcopum alio, nisi Canonicatus consistant in distributionibus, & tunc illud amittunt, quod inservientibus accrescit. Decisum refertur *ibid.* 5. *Dec.* 1596. & Coug. Ep. 9. *Aug.* 1604.

44 Qui ex officio concionandi, legendive munere lectiones parant, nisi eo tempore quo munus ipsum obeunt. Prov. 7.

45 Qui item absunt per tres menses, non lucrantur distributiones quotidianas distinctas a præbendis. Decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg. cit. n.* 124.

46 Con-

46 Consequuntur eas, si loco præbendæ succedunt. Ricc. *in praxi resol.* 390. *n.* 2. *in* 2. *edit.*

47 Item non lucrantur ii, qui habentes Cappellanias in titulum celebrant eo tempore, quo cantantur officia divina. Decisum referunt DD. citati a Barbos. *loc. cit. n.* 134.

48 Nisi quando jussa sint a suo superiore, qui tamen debet abstinere. Decisum refertur *ibid.*

49 Non excusatur Episcopus absens, & habens Canonicatum sibi annexum. Cong. Episc. 12. *Novemb.* 1591. secus vero de fructibus præbendæ, sive massæ communis, qui illi debentur omnino. Eadem *ibid.*

50 Neque Vicarius Generalis præsens in Choro extra stallum, & sine habitu Canonicali. Eadem 16. *Maji* 1600.

51 Neque Vicarius Capitularis, aut alii administratores justitiæ Eadem. 27. *Sept.* 1591.

52 Neque protonotarius Canonicus, si utatur in Choro Rocchetto sub cotta, quo non utuntur alii. Cong. Rit. 12. *Dec.* 1626.

53 Excusatur autem, si utatur subtana violacea. Eadem 14. Jan. 1612. & 11. *Dec.* 1627.

54 Neque ii, qui in Choro sunt sine habitu chorali. Prov. 4.

55 Neque ii, qui cum aliis non cantant in Choro, licet domi recitarint Horas. DD. apud Barbos. *loc. cit. n.* 131. 132.

56 Neque excusantur Canonici ab Episcopo deputati ad Confessiones audiendas in Ecclesia Collegiata non curata, si ea de causa absint a Choro. Congreg. Rit. 25. *Januarii* 1619.

57 Qui ordine cum aliis Chorum non fuerit ingressus, dimidia parte distributionis sequentis Horæ careat, causa non probata a Chori Præfecto. Provinc. 5.

58 Qui officium inchoaverit, antequam alii ordine intraverint, careat distributione illius Horæ. *ibid.*

59 Qui non venerit in Chorum ante finem Capituli de B. V. si dicitur ejus officium, vel ante finem Psalm. Venite: in aliis etiam Horis ante finem primi Psalmi, pro absente habeatur ab ea Hora. *ibid.*

60 Qui abfuerit ab officio unius Horæ de B. V. careat distributione assignata Horæ eidem in officio de Domino. Prov. 4. *ex doctr. DD. apud Monet. de distrib. part.* 2. *q.* 3. *n.* 6.

61 In Missa Conventuali, nisi venerit ante finem ultimi Kyrie, habeatur absens a Missa. Prov. 5.

62 Pestis causa, non lucrantur distributiones, qui absunt, nisi probetur legitima consuetudo. Decisum refert Gar. *d. c.* 2. *n.* 362.

63 Thesaurarius Capituli ne solvat cuiquam distributiones sine mandato, & notula Punctatorum multo minus contra justitiam. Prov. 4.

64 Absentium distributiones cedant fabricæ Ecclesiæ, seu pio loco, arbitrio Ordinarii. Trid. *sess.* 22. *cap.* 3.

65 Applicantur etiam residentibus. DD. apud Barb. *de pot. Episc. alleg.* 53. *n.* 152.

66 Hoc est, quando sunt de fructibus communibus accrescunt inservientibus, quando sunt de reditibus particularibus Dignitatum, & Officiorum, tunc applicando pio loco. Philiarc. *tom.* 1. *c.* 14. quomodo conciliantur loca præd. Conc. Trid.

67 De vi consuetudinis in hac materia fuse, & optime Monet. *loc. cit. p.* 2. *q.* 12. *tota*, *ubi* favet absentibus per trimestre tantum. *n.* 54. si est consuetudo quadragenaria, & legitime præscripta, sed vide supra *n.* 45.

68 De distributionibus acquisitis potest Canonicus libere testari. Monet. *sup. p.* 3. *q.* 2. *V. Archidiaconus. n.* 5. *Coadjutor. n.* 27. 28. *Doctoralis Præbenda n.* 3. *Missa Conventualis n.* 1. 9. 14. *Pœnitentiarius. num.* 29. *Processio n.* 28. *Protonotarii n.* 11. 12. 13. *Punctatores. n.* 6. 7. *Seminarium Clericorum. num.* 27. *Spolia Clericorum. num.* 1. *Subsidium Charitativum. n.* 12. *Sequestrum n.* 3. *Suspensio num.* 23. *Theologalis Præbenda num.* 11. 12.

ADDITIO.

1 Tertia pars fructuum deducenda ex Dignitatibus, & canonicatibus, pro distributionibus, intelligitur, deductis oneribus. *Cong.* 7. *April.* 1629.

2 Canonicus dispensatus in ætate debet admitti ad distributiones. *Eadem* 10. *Julii* 1627. 13. *Jan.* & 15. *Sept.* 1629.

3 Procurator Capituli pro negotiis Capituli absens lucratur distributiones. *Cong. Rit.* 21. *Augusti* 1604.

4 Qui abest pro tuendis juribus Ecclesiæ, vel beneficii sui, lucratur distributiones. Decisum refert Garz. *in addit. p.* 3. *c.* 2. *n.* 49. Adsit tamen licentia Prælati sui. Ex Trid. *sess.* 21. *c.* 1. fine licentia docet *Barbos. de canon. c.* 24. *n.* 25.

5 Privato injuste debentur omnia. *Congr. Conc.* 21. *Junii* 1625. & *Cong. Episc.* 26. *Maji* 1625.

6 Potest ille percipere distributiones, qui a Capitulo gratulationis causa mittitur ad Pontificem, vel Principem, vel Civitatem. *Monet. de distrib. p.* 2. *q.* 11. *n.* 92.

7 In provincia Mediolanensi ex privilegio Apostolico 20. *Octobr.* 1579. quilibet canonicus Episcopo Pontificalia munera, seu quicquid aliud ad Ecclesiam suam spectans in civitate, vel Diœcesi exercenti, auxilio est, vel dum idem canonicus Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ Sacramentum ministrat, vel etiam rem facit sacram in cathedrali, si de jussu Episcopi prædicta exerceat, distributiones, ac si præsens in choro esset lucratur, ita testatur Cæsar Specianus in Synodo Cremon. Anno 1599.

8 Canonici cathedralium, qui nondum fecerunt primam residentiam, neque fidei professionem emiserunt, non possunt haberi pro præsentibus, licet pio negotiis Capituli absentes fuerint. Decisum refert *Garz. de benef. p.* 3. *c.* 3. *num.* 52.

9 Vicarius canonicus in habitu Prælatitio amittit distributiones. *Cong. Rit.* 2. *Aug.* 1605. *6. Julii* 1614.

10 Etiam eas, quæ dantur ob processiones, ead. *sæpe* 20. *Dec.* 1601. *Febr.* 1604. 16. *Julii* 1607. 7. *Aug.* 1610. 21. *Dec.* 1613. 1. *Octobris* 1616. 4. *Aprilis* 1620.

11 Idem dic de canonico Protonotario; *ead.* 27. 1610. 28. *Jan.* 1612. 7. *Aug.* 1621.

12 Idem de eo, qui gestat Rochettum sub cotta, aliis communi, *ead.* 15. *Mart.* 1614.

13 Idem de eo, qui locum tenens Episcopi sedet extra suum stallum. *ead.* 7. *Junii*, & 10. *Novembris* 1612.

14 Absentibus in servitio Papæ non debentur distributiones. *Congr. concil.* 13. *Nov.* 1627.

15 Neque duobus iis canonicis, quos potest Episcopus habere in sui servitium, decisum referunt *DD. apud Barb. de canon cap.* 25. *n.* 5. nisi ex quadragenaria consuetudine ex Sbrozio, & *Monet. de distribut. q.* 8. *n.* 15.

16 Etiamsi hi duo canonici comitentur Episcopum in visitatione, decisum referunt idem *ibid. apud Barbos. n.* 6.

17 Qui inserviunt Episcopo celebranti Missam planam in cathedrali non lucrantur, *Cong. concil.* 17. *Mart.* 1619. nisi teneantur ex consuetudine. *Cong. Rit.* 28. *Apr.* 1608.

18 Absens studiorum causa non lucratur distributiones: *decisum referunt DD. apud Barbos. loc. cit. n.* 10. 11.

19 Conciliantur loca Conc. Trid. de distributionibus *seff.* 21. *c.* 3. & *seff.* 24. *c.* 12. & *sess.* 22. *c.* 3. ut hic ultimus textus loquatur in Dignitatibus, a quibus ordinarius tertiam partem fructuum separare potest, & dato, quod distributiones non sint tenues, & a non servientibus amittantur, locis piis sunt applicandæ. In aliis textibus dicitur, quod, quando distributiones sunt tenues, ut negligantur, applicentur aliis præsentibus proportionaliter: *decisum referunt DD. cum Barb. de jure Eccles. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 89.

20 Accrescunt autem iis tantum, qui vere intersunt horis canonicis, non infirmis, neque aliis privilegiatis. *ibid. n.*90.

21 Non debentur Canonico distributiones, qui fuit Romæ pro negotiis capituli contra Episcopum. *Congr. conc. in Avellino* 16. *Aprilis* 1633.

Canonicorum munera, & præsertim in Choro.

1 Quibus onera sunt annexa Missarum, Evangelii, Epistolæ cantandæ, ii infra annum ordines suscipiant. *Trid. sess.* 22. *c.* 3.

2 Canonici recusantes sumere sacros ordines debitos cum ætatem habent, post monitionem privari possunt ab Episcopo. Decisum refert Garz. *p.* 3. *c.* 4. *n.* 22.

3 Possunt, & debent cogi ab Episcopo, ut per seipsos subeant annexa onera. Tridentin. *supra*.

4 Omnes per se, non per substitutos, compellantur obire divina officia, & Episcopo celebranti, aut Pontificalia exercenti assistere, & inservire. Idem *sess.* 24. *c.* 12.

5 Iidem in Choro Deum laudent reverenter, & distincte, & devote. *ibid.*

6 Quæ ad divina officia spectant, Episcopus cum duobus, quorum unus ab Episcopo, alter a Capitulo deligatur, Canonicis providere potesit, nisi formula præscribatur a Conc. Provinciali. Idem *ibid.*

7 Licet Episcopus habeat annexum Canonicatum, non tamen tenetur obire functiones Canonicales. Congr. Episc. 16. *Junii* 1601.

8 Cogendi sunt Canonici ad cantandas Missas iis diebus, quibus debent, ex institutis, & consuetudine Ecclesiæ ipsorum. Decisum refert Garz. *part.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. 5.

9 Præfectus eligatur Chori ab Episcopo, vel ejusmodi officio fungatur ille, qui digniori loco sedet. Prov. 4.

10 Amoveri potest ille arbitrio Episcopi. *ib.*

11 Officia alia data nemo recuset, sine causa, sub pœna perdendi lucrum sex mensium. Prov. 3.

12 Constituatur Hebdomadarius, qui si suo officio defuerit, trium dierum distributionibus careat, quas Episcopus arbitrio suo, vel cæteris operam Choro dantibus dividat; vel in pium usum conferat, tributa parte illi, qui supplevit. Prov. 1.

13 Prima Sedes in Choro conceditur Hebdomadario parato tantum. Congreg. Rit. 22. *Augusti* 1626.

14 Alii Officiales priventur distributionibus, qui per se non funguntur officio, nisi sint legitime impediti, & obtenta licentia a Præfecto, seu Ordinario. Prov. 1.

15 Absente Episcopo, benedictiones candelarum, cinerum, palmarum, & Fontis fiant per eum, qui cantaturus est Missam. Congr. Rit. 12. *Junii* 1627.

16 Dignitates nolentes cantare pro absente Episcopo, impeditæ legitime, possunt stare in stallis. Eadem *ibid.*

17 Tabella adsit Horarum pro campanis pulsandis pro varia temporum ratione. Prov. 4.

18 Ne detur signum communium officiorum ante signum Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ loci, excepto Matutino, quod non ubique eodem tempore dicitur. Prov. 1.

19 Matutinum vesperi non dicatur, exceptis diebus ex instituto Ecclesiæ. *ibid.*

20 Dicatur in Choro, vel hyeme in Sacristia, vel alibi de licentia Episcopi. *ibid.*

21 Prima, oriente Sole, vel paulo post. *ib.*

22 Horæ dividantur cum intervallo; *ibid.*

23 Pulsata campana, luminibusque accensis officium ne differatur ad instantiam alicujus, & Hebdomadario absente, major jubeat alteri, ut incipiat. Congreg. Episcop. 18. *Aprilis* 1617.

24 Quod præscribitur in cæremoniali, ut Canoni-

nonici de sacristia egrediantur bini, intelligitur in solemnitatibus. Cong. Rit. 12. *Junii* 1628.

25 Ad majorem in Choro spectat intonare initium officii per, Pater noster; & idem, eo finito, dabit signum, ut incipiatur Hora. Congr. Episc. 18. *Apr.* 1617.

26 Idem dicet: Dies, & actus, &c. Adjutorium &c. Dominus nos benedicat, &c. Noctem quietam, &c. Benedicat, & custodiat, &c. Dominus det nobis suam pacem; nisi alia sit consuetudo. Eadem *ibid.*

27 Nemo, dum celebrantur officia divina, extra Chorum cum cotta, vel sine ea permaneat; neque in Choro scripturas legat, scribat, aut impertinentia agat, sub pœna absentiæ. Eadem *ibidem*.

28 Nemo egrediatur, etiam expleto officio, antequam finis signum a majore detur. *ibid.*

29 Plures, quam duo, pro qualibet vice ne deserant chorum, aliis existentibus in choro, & in egressu, ac regressu reverentiam majori exhibeant, causam Punctatori significent, alias punctentur. *ibid.*

30 Ne chirothecæ in Choro adhibeantur. Prov. 4.

31 Neque pileus pro bireto, sub pœna absentiæ. Prov. 1.

32 Ad Horas omnes ardeant in altari duæ saltem candelæ. Cong. Episc. 7. *Aug.* 1595.

33 Officium duplex, & Dominicale cum cantu recitetur, non solis verbis; Psalmi sine cantu in Matutino minus solemni poterunt dici: ad Laudes ii cantentur. Prov. 4.

34 Consuetudo cantandi omnia retineatur. *ib.*

35 Cantanda a musicis prius probentur ab Episcopo. Prov. 3.

36 Laici cantores sint in habitu clericali. Prov. 1.

37 Organum tantum, non alia instrumenta adhibeantur. Prov. 4.

38 Edantur Regulæ de disciplina chori, cum pœnis. Prov. 5.

39 Uniformitati consulatur, in stando, sedendo, genuflectendo, &c. Prov. 1.

40 Tabella item habeatur in sacristia, in qua præscribatur singulis quid agendum sit. *ibid.*

41 Quamvis præbendæ non sint distinctæ, convenit tamen, ut fiat distinctio pluvialium, planetarum, & dalmaticarum in solemnioribus. Congr. Rit. 15. *Mart.* 1608.

42 Qui peccarit in hoc genere, distributiones amittat Horæ, in qua peccaverit. Prov. 1.

43 Magister chori, vel cæremoniarum ab Episcopo de consensu Capituli constituatur, communi sumptu, si opus erit. *ibid.*

44 Mansionarii in suo munere contumaces, vel negligentes, pro modo culpæ a præfecto chori puniantur in distributionibus. *ibid.*

45 Se invicem revereantur Canonici; qui & venienti Canonico in chorum assurgant. Cærem. Episc. *l.* 1. *c.* 18.

46 Et qui gestant almutium, dum assurgunt, a scapulis ad brachia demittant. *ibid.*

47 Canonico surgente, ut cantet Antiphonam, vel aliud faciat, surgent alii Canonici de eodem choro. Vide Cærem. Episc. *ibid.*

48 In feria 5. Cœnæ Domini communicent omnes Canonici, & alii ad Missam solemnem. Congr. Rit. 27. *Sept.* 1608.

49 In Missa, etiam privata, abstineant ab usu anuli. Eadem 20. *Novemb.* 1628.

50 In Sacramentorum administratione ne adhibeant rochettum, & cappam, si iis utantur in choro, sed cottam, & stolam. Eadem 12. *Julii* 1628.

Pro Canonico mortuo Missa fiat conventualis Prov. 4.

V. Archivium. n. 6. 12.
Exequiæ Ecclesiasticorum n. 4. 7. 11.
Judex Synodalis. 3. 4. 10.
Missa Conventualis n. 1. 2. 24.
Præcedentia. n. 21. 28. 31. 32. 37. 38. 39.
Processio. n. 6. 34.

ADDITIO.

1 Annus canonici ad ordinem suscipiendum incipit a die habitæ possessionis, dummodo per eum non steterit, quo minus antea possessionem perceperit. *Decisum* 13. *Sept.* 1631. *refert Barbos. de canon. c.* 16. *n.* 7.

2 Canonici digniores debent sedere in sedibus, quæ sunt viciniores Episcopali sedi. *Congr. Rit.* 15. *Mart.* 1608.

3 Canonici non debent ascendere ad stallum Dignitatum, si absint. *ead.* 18. *Mart.* 1618.

4 Canonicus locum tenens Episcopi debet in choro sedere in suo stallo canonicali. *Ead.* 7. *Jun. &* 10. *Nov.* 1612.

5 Ante dignitates non debet poni pulvinar cum tapete, sed sedeant in suis stallis, sicut canonici; quandoque ratione Dignitatis potest dari pulvinar de corio tantum. *ead.* 24. *Mar.* 1612.

6 Canonicus Protonotarius in habitu Prælatitio sedet separatim ab aliis canonicis. *Ead.* 30. *Apr.* 1604. 23. *Martii* 1619. (*a*).

„ (*a*) Non tamen lucrabitur distributiones „ quotidianas, nisi proprio habitu Canonicali intersit Choro, Processionibus &c. Ead. 7. *Aug.* 1621.

7 Ne gestet Rochettum sub cotta, si alii cottam tantum. *Eadem* 15. *Martii* 1614.

8 Neque crucem militarem super habitum canonicalem. *Ead.* 2. *Octobr.* 1601.

9 Cantatoris munus est distribuere lectiones, Antiphonas, & Prophetias. *Ead.* 6. *Dec.* 1616.

10 Potest assumere Vicecantorem ab Episcopo approbatum, qui non sit de iis, qui alioquin in choro adesse debent. *Ead.* 19. *Martii.* 1611.

11 Canonici tenentur psallere, alias non satisfaciunt obligationi suæ. *Congr. Concil.* 20. *Apr.* 1602. *Apud Barbos. de canon. cap.* 20. *n.* 13.

12 Potest Episcopus cogere canonicos ad discendum cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum, *Cong. Ead.* 6. *Maji* 1620. *apud eundem Barbos.*

13 Alta voce debent cantare Canonici, sed non potest eos Episcopus cogere. *Cong. Rit.* 23. *Novembr.* 1602. (*a*).

„ (*a*) Coegit tamen Benedictus XIV. duplici „ hanc in rem edita Constitutione. Confer eumdem Benedictum *de S. D. l.* 13. *c.* 9. §. 11. „ *& Instit.* 107.

14 Officium in choro dato signo est inchoandum, non expectato Vicario Generali. *Ead.* 2. *Febr.* 1606. nec est inchoandum tamen statim dato signo, sed elapsa tertia horæ parte post signum datum. *Ead.* 3. *Septemb.* 1605.

15 Aquæ aspersio facienda est sigillatim quibuscumque Dignitatibus, & Canonicis, incipiendo ab iis, qui in dextro sunt cornu, non unico ictu in circulum. *Eadem* 20. *Decembris* 1601. pro Eccl. Perusina.

16 Non convenit, quod prima Dignitas celebret Missam ante processionem Sanctissimi Sacramenti, & deinde altera Dignitas minor illud gestet in processione. *Eadem ultim. Jul.* 1632.

17 Diaconum, & Subdiaconum in Missa debere esse ejusdem ordinis cum celebrante, & contrariam consuetudinem esse abusum censuit. *Eadem* 7. *Septemb.* 1593. 14. *Februar.* 1615. 8. *Februar.* 1621. 31. *Mart.* 1629. 8. *Mart.* 1631. In Vesperis servetur Cæremoniale Episcoporum *l.* 2. *c.* 3.

18 Canonici non debent inservire per alios, nisi sint legitime impediti, & tunc Dignitates per Dignitates, Canonici per Canonicos. *Ead.* 18. *Maji* 1602.

19 Vices Canonicorum, & aliorum inferiorum non supplent Dignitates, sed bene inferiores pro Dignitatibus. *Eadem.* 3. *Junii* 1617.

20 Si vero Dignitas ex consuetudine obtineat simul canonicatum, vel portionem, debet munera his incumbentia facere, etiamsi talia sint, a quibus Dignitates alioquin immunes sunt. *Eadem* 1. *Maji* 1602. 18. *Maji* 1602.

21 Dignitates, quæ habent præbendas cum onere cantandi Evangelium, seu epistolam, non tenentur ministrare inferioribus. *Eadem* 10. *Januar.* 1604.

22 Diaconus, etiamsi sit ex Dignitatibus debet incensare alios, & incensans post Canonicos, & Magistratum sæcularem non autem Mansionarios, quos incensare debet alius Cappellanus, seu Magister Cæremoniarum pro loci consuetudine. *Ead.* 10. *Junii* 1600.

23 Cum Antiphonæ præintonantur: omnes ab utroque latere chori surgere debent juxta Cæremoniale, non obstante consuetudine. *Ead.* 23. *Martii* 1602.

Nova additio Editoris.

„ 1 Canonicus Diaconus, vel Subdiaconus, „ qui obtinuit Præbendam Presbyteralem, non „ debet amplius uti dalmatica, vel tunicella, „ ut Canonici Diaconi, quando paratur, sed „ planeta, ut Presbyteri. S. R. C. 12. Maji 1612.

„ 2 Canonici quando Missam celebrant, de „ rigore uti possunt anulo aureo, sed sine gem„ ma, & sine aliqua effigie. S. R. C. 4. Au„ gusti 1663.

„ 3 Canonici semper, & quandocumque te„ nentur in Missis solemnibus, & Conventua„ libus, quæ a Dignitatibus, & ab ipsis can„ tantur per gyrum, præcipue in diebus festis „ ex obligatione Capitulari, assistere sibimetipsis „ gradatim in ministerio Diaconi, & Subdiaco„ ni, nec possunt substituere alios simplices Sa„ cerdotes non de gremio Capituli ad exercen„ dum officium Diaconi, & Subdiaconi in hu„ jusmodi solemnium Missarum celebrationibus, „ etiam assistente Episcopo, non obstante qua„ cumque antiqua consuetudine. S. R. C. 15. „ Septemb. & 15. Decemb. 1691.

4 Pro inchoandis divinis officiis, quibus in„ teresse solet Magistratus, multoties ad defe„ rendas consuetas oblationes, Capitulum non „ tenetur dictum Magistratum expectare ultra „ horam condictam. S. R. C. 11. Julii 1739.

„ 5 Capitulum, & Canonici celebrantes tam „ in Cathedrali, quam extra ipsam, postquam „ ingressi sunt Presbyterium pro Missis & Ves„ peris celebrandis, induti pluvialibus, sicuti „ quoties procedunt ad sedendum, & redeunt „ ad Altare, se inclinant Cruci, Episcopo, & „ Canonicis existentibus in Presbyterio; non au„ tem debent se vertere a Presbyterio ad extra, „ & salutare Magistratum. S R. C. 11. Jul. 1739.

„ 6 Antiphonas primas recipere in choro, & „ Spiritum Sanctum invocare in Capitulo, spe„ ctat ad primum Canonicum Cathedralis Ec„ clesiæ, quando sit constitutus in ordine Epi„ scopali, non autem ad primam Dignitatem. „ S. R. C. 17. Novemb. 1674.

Canonicorum munera erga Episcopum.

1 Episcopo celebranti, aut Pontificalia exercenti, compellantur Canonici assistere, & inservire. Trid. *sess.* 24. *c.* 12.

2 Etiamsi titulo vacationis absint, & revertentes puniat Episcopus. Decisum refert Garz. *p.* 3. *n.* 496.

3 Canonici collegiatarum Ecclesiarum non tenentur inservire Missæ Pontificali in aliena Ecclesia, neque interesse in cathedrali in festis pricipalibus, deserentes Ecclesiam propriam. Cong. Episc. 20. *Julii* 1592.

4 Assistentia, quæ fit ad Missam, & Vesperas fiat cum pluviali. Congr. Rit. 3. *Augusti* 1602.

5 Assistentia duarum Dignitatum ad sedem Episcopi, congruit, quando præbendæ non sunt distinctæ. *Ead.* 19. *Maji* 1607.

6 Ut parent se Canonici ad Missam Pontificalem, & alia, provideatur, vel communi sumptu Capituli, vel alia ratione. Prov. 4.

7 Venientem Episcopum ad Horas canonicas debent Canonici in habitu canonicali ex ea aula vel camera, quam ad hoc destinaverit, comitari, & deducere. Cerem. Episcop. *l.* 1. *c.* 15.

Ca-

Canonici in hoc casu sequuntur Episcopum bini. *ibid.*

8 Non debent cogi sub pœna excommunicationis ad associandum Episcopum. Congreg. Episc. 28. Maji 1584.

9 In porta Ecclesiæ dignior ex capitulo porriget Episcopo aspersorium cum osculis. Cærem. sup.

10 In porta Ecclesiæ collegiatæ porriget ei aspersorium Prior collegiatæ, non prima Dignitas in cathedrali. Cong. Rit. 15. Martii 1608.

11 Inchoatis Horis, si venit Episcopum, obviam eant illi quatuor, aut quinque Canonici. Ead. 4. Julii 1615.

12 Non debet assistens Episcopo deponere illi birretum de capite, sed ipse sibi detrahat. Eadem. 21. Augusti 1604. (*a*).

„ (*a*) Tenetur tamen accipere birretum de „ manu Episcopi Cappa induti, & eidem red„ dere, nec id munus per Cappellanum est im„ plendum. S. R. C. 4. *Augusti* 1663.

13 Neque debent Canonici genuflectere ad ejus benedictionem. Eadem 4. Maji 1612.

14 Ordinarie vero Canonici caput, & humeros profunde inclinant Episcopo. Cær. Episc. *lib.* 1. *c.* 18. Idest, cathedralis Ecclesiæ.

15 Beneficiati, & alii genuflectunt. *ibid.*

16 Episcopus non debet in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu, Congr. Rit. 10. Jan. 1604.

17 Circulum etiam faciunt ante Episcopum cum in Secretario, vel alibi paramenta sumit. Cærem. Episc. *l.* 1. *c.* 21.

18 Tum in Missa, cui intersit Episcopus, ad Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Agnus Dei. *ib.*

19 Nisi adsit Legatus, vel Metropolitanus. *ib.*

20 Sed ipsi soli Canonici, non autem Vicarius Generalis. S. Rit. Cong. 28. Septembris 1630.

21 De supplendis vicibus Canonic. circa Episcopum, vide Cærem. Episc. *l.* 1. *c.* 26.

22 In egressu de Ecclesia post concionem, si officium Missæ adhuc restat finiendum, quatuor, aut quinque Canonici associent Episcopum usque ad portam, si vero est finitum, omnes comitentur eum ad portam, & redeant in chorum ad Horas. Cong. Rit. 4. Julii 1615.

23 Si in mantello comitentur Episcopum Cardinalem, Canonici eant ante illum. Eadem 4. Julii 1626.

24 Vicario Episcopi cantanti Missam solemnem non ministrant Canonici; neque fit circulus ante ipsum. Cong. Episc. 8. Martii 1595.

V. Coadjutor *Episcopi n.* 7. 10. 13.
Functiones Episcopales n. 17.
Subsidium charitativum. n. 11. 12.
Synodus Diœcesana. num. 19.

A D D I T I O.

1 Tenentur Canonici in habitu canonicali accedere ad domum Episcopi, & illum associare ad Ecclesiam cum cappa accedentem, & eundem in reditu comitari ex debito. *Congreg. Rituum* 16. *Julii* 1605. 8. *Maji* 1617. 19. *Januarii* 1619.

2 Etiamsi distet per spatium 60. passuum. *Ead.* 14. *Decemb.* 1602. 5. *Julii.* 1603.

3 Imo & per spatium 110. passuum, *Ead.* 10. *Jan.* 1604.

4 Item & per spatium 160. passuum. *Ead.* 10. *Augusti* 1622.

5 Si vero Palatium longius distet, debet Episcopus associari ex aliquo loco ad hoc deputato prope Ecclesiam, vel ex atrio Ecclesiæ, aut scalis. *Ead.* 16. *Maji* 1601.

6 Sed in solemnioribus tantum diebus, quibus cum cappa voluerit accedere ad officia divina, ut assistat. *Ead.* 20. *Novembris* 1601. 4. *Julii* 1615.

7 Canonici hæc præstent in iis festis, quæ numerantur in Cæremoniali Episcoporum *l.* 2. *c.* 1. & 34. *Ead.* 18. *Mart.* 1623.

8 Et his diebus tenentur associare Episcopum, licet non utatur cappa, quando pro loci consuetudine, aut alias uti non solet cappa, aut ejus vice alium habitum deferre consuevit. *Ead.* 8. *Mart.* 1600.

9 Sed ubi est consuetudo, quod quoties Episcopus cum cappa accedit ad Ecclesiam, etiam in festis per annum, semper eum associent a camera deputata, & in reditu usque ad portam Palatii. *Ead.* 20. *Januar.* 1610.

10 Quæ dicta sunt, intellige quoque de Dignitatibus. *Ead.* 21. *Aug.* 1601.

11 In aliis casibus satis est, si aliqui occurrant ad ostium Ecclesiæ, & abeuntem comitentur usque ad ostium. *Ead.* 20. *Dec.* 1601. 2. *Mar.* 1602. 24. *Octobr.* 1604. 16. *Dec.* 1606. 30. *Jan.* 1601. 12. *Mart.* 1618. 19. *Jan.* 1619. 29. *Maji* 1621.

12 Debet Episcopus certam horam sui adventus statuere, & significare. *Eadem* 16. *Maji* 1601. 4. *Julii* 1615.

13 Et tunc non veniente Episcopo poterit officium inchoari. *Ead.* 16. *Jan.* 1605.

14 Post inchoatum officium venienti Episcopo satis est, si quatuor, aut quinque Canonici ei obviam eant. *Ead.* 16. *Jan.* 1605.

15 Idem fiat, si post decantatum Evangelium concio habeatur, & tunc veniat Episcopus. *Ead. ibid.*

16 Et finita concione, si discedat tres, aut quatuor illum comitentur usque ad portam Ecclesiæ. *Ead. ibid.*

17 Si post finitam Missam velit discedere, & Hora sit adhuc recitanda in choro, Canonici omnes comitentur eum usque ad portam Ecclesiæ, & redeant in chorum. *Ead. ibid.*

18 Finito officio, sufficit, ut Canonici eum associent extra portam Ecclesiæ. *Ead.* 28. *Sept.* 1602. vel usque ad primum atrium, seu portam domus Episcopi, quando est contigua Ecclesiæ. *Ead.* 16. *Junii* 1605. 4. *Junii* 1603.

19 Non tenentur omnes Canonici] associare Epi-

Episcopum ab eo Altari, in quo Missam planam celebravit, ad sedem Episcopalem, si voluerit Missæ conventuali assistere. *ead.* 5. *Julii* 1603.

20 Neque tenentur, nisi ex urbanitate, associare Episcopum venientem ad cameram capitularem. *ead.* 16. *Julii* 1605.

21 Dignitates tenentur associare Episcopum cum Canonicis ex debito, licet Cæremoniale Episcoporum nominet tantum Canonicos. *ead.* 10. *Jan.* 1609.

22 Canonici non debent assistere hinc inde in in eundo, nisi Episcopus sit paratus cum mitra. *ead.* 3. *Aug.* 1602.

23 Prima dignitas debet assistere Episcopo celebranti, etiamsi sit unica. *ead.* 12. *Decembris* 1620.

24 Et dum assistit, etiam in alia Ecclesia, censetur præsens in choro. *ead.* 15. *Martii* 1608.

25 Duorum Canonicorum assistentia semper convenit Episcopo, sive celebret ipse, sive assistat divinis. *ead.* 10. *Maji* 1608.

26 Et eo magis quando est paratus cum mitra. *ead.* 30. *Aug.* 1602. 21. *Aug.* 1604.

27 Et intelligitur de ordinario loci tantum. *ead.* 9. *Maji* 1606.

28 Debent hi duo eligi ex numero Diaconorum, si præbendæ sint distinctæ. *ead.* 23. *Maji* 1603.

29 Alias suæ dignitates post primam, vel duo Canonici digniores. *ead.* 1. *Julii* 1601.

30 Assistentes Episcopo, licet minus digni, præferuntur omnibus aliis. *ead.* 18. *Maji* 1602.

31 Et ante dignitates thurificantur. *ead.* 20. *Sept.* 1602. 23. *Maji* 1603.

32 Item & ante Magistratum. *ead.* 2. *Mar.* 1602.

33 Assistens presbyter debet Episc. thurificare ad sedem, quicumque ille sit, non Diaconus Evangelii. *ead.* 19. *Maji* 1607.

34 Consuetudo, ut Dignitates, & Canonici mitram, gremiale, baculum, thuribulum, & similia ministrent Episcopo servanda est. *ead.* 5. *Julii* 1603. (*a*).

„ (*a*) Sicut etiamsi adsit consuetudo, quod „ dignitas seu Canonicus gestet Baculum ante „ Episcopum in quibusdam solemnitatibus. S. „ R. C. 14. Nov. 1676.

35 Et Archidiaconus sustinens baculum Episcopi thurificandus est post Diaconos Assistentes. *ead.* 28. *April.* 1607.

36 Etiamsi sit primus Archidiaconus, & habeat alias prærogativas. *ead.* 18. *Ja.* 1608.

37 Non convenit, quod prima Dignitas assistat Episcopo apud sedem, & secunda Dignitas pro prima pedibus impedita, assistat ad altare, Episcopo Missam cantante. *ead.* 31. *Julii* 1632.

38 Ad regendum chorum destinatus non est dimovendus a choro, ut assistat Episcopo. *ead.* 6. *Sept.* 1603.

39 Celebrantes Missam canonici coram Episcopo non debent sedere in sede cum postergali, sed in scamno oblongo tapete, vel panno cooperto in latere Epistolæ, *ead.* 19. *Mart.* 1614.

40 Episcopo Missam privatam celebranti in cathedrali non tenentur canonici assistere: si assistunt, amittunt distributiones, si eo casu absunt a choro, *Cong. Conc.* 17. *Martii* 1619.

41 Nisi ex consuetudine teneantur. *Cong. Ri* 26. *Aprilis* 1608.

42 Prima Dignitas det candelam Episcopo in festo Purific. B. V. *ead.* 28. *Martii* 1616.

43 Et Episcopus det candelam statim primæ Dignitati ante Vicarium Generalem, *ead.* 14. *Julii* 1608.

44 Superveniente digniore canonico, qui assistit minor, cedat illi locum assistentiæ. *ead.* 20. *Junii* 21. *Aug.* 1632.

45 Assistentiæ ratio non habetur in receptione cinerum, candelarum, & palmarum, sed quilibet accipiat secundum prærogativam ordinis. *ead.* 23. *Maji* 1603. modo sint omnes parati, qui præferuntur aliis non paratis.

46 Facienti Episcopo ordinationes privatim debetur assistentia. *ead.* 19. *Maji* 1607.

47 Diaconus, & Subdiaconus accipiunt pacem ab Episcopo celebrante, post Diaconos assistentes. *ead.* 15. *Mart.* 1608.

Nova additio Editoris.

„ 1 Assistentia, quæ a Canonicis Diaconi. „ debetur per viam Episcopo accedenti ad Ecs „ clesiam pro Missa, & Vesperis celebrandis, „ fiat tantum quando Episcopus pergit intra, „ vel extra eamdem Ecclesiam cum pluvia- „ li, & mitra, non vero quando incedit cum „ Cappa. S. R. C. 3. Augusti 1602.

„ 2 Episcopo Suffraganeo tenentur Canonici „ assistere, quando nomine proprii Episcopi „ functiones Episcopales exercet. S. R. C. 21. „ Febr. 1604.

„ 3 Canonici tenentur assistere Episcopo, et- „ iam quando Ordinationem celebrat extra pro- „ priam Ecclesiam, dummodo numerus suffi- „ ciens Canonicorum, & Ministrorum in Ec- „ clesia remaneat. S. R. C. 7. Julii 1612.

„ 4 Feria V. in Cœna Domini, cum Epi- „ scopus exit a Sacrorum custodia ad altare, „ non debent Canonici, qui eum parati asso- „ ciant, præcedere Presbyteros, Diaconos, & „ Subdiaconos paratos, qui eum comitantur, „ sed debent sequi. S. R. C. 8. Junii 1709.

Canonicorum Ædes.

1 HAbitent ibi Canonici. Prov. 1.

2 Qui foris pernoctaverit, mulctetur distributione unius diei. Prov. 3.

3 De nocte post primam horam sine justa causa non exeant, & eo casu cum lumine. Prov. 1.

4 Si atrium claudi possit, una clave concludatur ab eo servanda, quem Episcopus elegerit. Prov. 4.

5 Quando aperienda porta, & claudenda, statuat Episcopus. *ibid.*

6 Ne

6 Ne locentur exteris sine licentia Episc. *ib.*

7 Canonicorum Ædes laicis locantes cogendi sunt locare, justa mercede, Canonicis residentibus, ita ut hi præferantur aliis; cessantque omnia privilegia inquilinatus. Decisum refert Nald. *V. Canonicus. num.* 18.

8 Reparentur fructibus præbendarum. Prov. 1.

Canonici Regulares.

1 IN actibus publicis, & privatis sufficit, ut dimissa tantum superiori veste nigra, remaneant in rochetto absque alio superpelliceo, si concurrant cum Cassinensibus. Congr. Episcop. 1. Septembr. 1603. * Decreto impresso, & hoc illis conceditur coram Episcopo in Congregationib.

2 In processionibus publicis uti possunt Rochetto, & superpelliceo. Congreg. Rituum 28. August. 1628.

3 Non admittuntur ad concursum, neque ad curam Parochialem sine dispensatione Sedis A. post. Cong. Ep. 1. Sep. 1603.

V. Fidei Professio. n. 5. Judex Synodalis. n. 6.

Capellanus.

1 SEmel examinatus, & approbatus, quoad scientiam ab Ordinario, nulli examini deinde de scientia subjici debet. Cong. Episc. 7. Julii 1615.

2 Capellani Regii subduntur Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis. Trid. *sess.* 24. *cap.* 11.

V. Filii Clericorum illegitimi. n. 9. 17. 19. Horæ Canonic. n. 3. Missa n. 5. 6. 7. 8. & ibi multa. Monialium Cura spiritualis. a num. 32. ad 37.

Additio Editoris.

„ 1 Associatio a Capellanis juxta antiquum „ solitum debetur Episcopo, quando ipse Cappa indutus descendit ad Ecclesiam pro præstanda assistentia. S. R. C. 3. Martii 1731.

„ 2 Capellani, ubi adest aut quum solitum, „ in Aula Episcopali quando Episcopum excipiunt, tam in accessu, quam in regressu tenentur eidem Episcopo genuflectere. S. R. „ C. 3. Martii 1731. *Qua pariter decernit, „ quod Capellani de Missa nuncupati non tenentur Episcopo Pontificaliter celebraturo deferre sacra Paramenta ad Cathedram Episcopalem, nisi deficientibus Acolythis; actualiter vero celebranti debent tenere librum, & „ bugiam.*

Capitulum.

1 EPiscopus potest convocare Capitulum, & vota exquirere, & concludere, non Vicarius. Trid. *sess.* 25. *cap.* 6.

2 Et ad libitum, dummodo non proponat de re ad commodum suum, vel suorum spectante. Decisum refert Barbos. *alleg.* 73. *n.* 16.

3 Non in iis casibus potest, in quibus non potest esse Judex. *ibid.* decis. refertur. *n.* 18.

4 Neque potest cogere illud in Palatio suo, si fieri solet in Sacristia. Congr. Episc. 1. Februar. 1583. & decisum refert a Congr. Conc. Trid. Zerol. *p.* 2. *V. cap.* 2. Idem potest Vicarius ex causa. Cong. Episc. 16. Maji 1600.

5 Major item Capituli convocare potest, quandocumque sibi videbitur expedire pro servitio Ecclesiæ, diebus tamen solitis, & ad hoc destinatis; neque debet omittere, quando per Canonicos instatur, ut convocetur. Congr. ead. 6. Octob. 1617.

6 Neque potest major de Capitulo impedire libertatem Capitulo faciendi Decreta, nisi quantum valet pro unico suo voto. Ead. 13. Mar. 1615.

7 Neque tempore Horarum Canonicarum, potest cogi Capitulum maxime ad exigendam rationem administrationis a Canonicis. Cong. Conc. 1. Febr. 1593.

8 Nisi adsit evidens necessitas, non fiat tempore divinorum officiorum, sub pœna, quod priventur distributione Horæ, seu Horarum, a quibus aberunt. Prov. 1.

9 Neque diebus festis convocetur, nisi probabilis causa intercedat. *ibid.*

10 Episcopus non habet vocem in Capitulo. Decisum refert Barb. *loc. cit. n.* 17.

11 Nisi sit Canonicus, & tunc sedebit post Præsidem Capituli. Riccius in *Praxi dec.* 475. *n.* 7.

12 Vocem in Capitulo non habet, qui non est Subdiaconus. Trid. *sess.* 22. *cap.* 4.

13 Potest tamen hic interesse Cap. ut discat. non tamen suffragium ferat. Cong. Episc. 15. Julii. 1586.

14 Canonicus dispensatus in ætate, censetur dispensatus etiam in voce. Nald. *V. Canon. n.* 1.

15 Habens duas voces in Capitulo non potest eas dividere, sed uni, & eidem dare debet. Idem *ibid. n.* 7.

16 Omissio professionis fidei non privat Canonicum voce Capitulari. Decisum a Congr. Conc. 27. Aprilis 1591.

17 Exeant de Capitulo ii, de quibus agitur. Congr. Episc. 13. Mar. 1615.

18 Potest Capitulum mutare, declarare, revocare propria decreta; dummodo eadem solemnitas intervenerit in prædictis, quæ in Decretis. Ead. *ibid.*

19 Non potest Capitulum, aut Clericus alicujus Ecclesiæ eligere sibi Protectorem: ead. 24. Augusti 1594.

20 Officium commissum a Capitulo non recusetur, alias quantum pecuniæ caperet per sex menses serviendo Ecclesiæ, tantundem amittat. Prov. 3.

21 Non duret ultra biennium, nisi de Episcopi consensu sine præjudicio privilegii, aut probatæ consuetudinis. *ibid.*

22 Capitula ipsa recipiant, & observent Decreta Conciliorum Provincialium suæ Provinciæ. Prov. 4.

23 De temporalibus agatur, ita ut quæ in uno Capitulo proponuntur, decernatur in seq. *ibid.*

24 Si non potest differri, triduo saltem ante, & res, & causa significetur. *ibid.*

25 Si adhuc citius est agendum præmoneantur omnes. *ibid.*

26 Ne bona confundantur, præbendæ singulæ Sancti alicujus titulo distinguantur. *ibid.*

27 Non tamen Canonici appellentur titulo Sanctorum, quod solis convenit Cardinalibus. *ib.*

28 Non liceat Canonicis conducere bona Capituli, neque per interpositam personam sub pœna nullitatis contractus. *ibid.*

29 Neque eorum consanguineis secundo gradu conjunctis. *ibid.*

30 Pro lite sustentanda nomine Capituli sumatur pecunia e massa præbendarum, non distributionum. Cong. Episc. 8. *Maji* 1590.

31 Cancellarius acta scribat in certo libro, qui in Archivio reponatur. Prov. 4.

32 Si non est Cancellarius, eligatur ad biennium. *ibid.*

33 Notarii opera adhibeantur in litibus, & instrumentis conficiendis. *ibid.*

34 Litteræ, quæ ad Capitulum dantur, a Cap. aperiantur; sed expediret eligere Capitulariter unum, aut alterum ex Canonicis, qui eas statim aperiant. Cong. Episc. 13. Martii 1615.

35 Sigillum Capituli conservetur in capsula, quæ duabus clavibus obsignetur quarum altera sit apud electum a Capitulo, altera penes majorem Cap. Eadem. *ibid.*

36 Capitulum Spirituale unaquaque hebdomada habeatur, in quo agatur de defectibus Chori, vita, & honestate clericorum lectis opportunis libris. Prov. 2.

37 Stata oratio fiat ante, & post Capitulum. Provinc. 3.

38 Singulis mensibus fiat Episcopo præsente. *ib.*

39 Teneantur Canonici adesse sub certa pœna. *ibid.*

40 Ordine sedeant cum habitu chorali, & modeste se gerant. *ibid.*

41 Pro correctione Capituli exempti initio anni eligantur a Capitulo duo, de quorum consilio, & assensu Episcopus, aut Vicarius teneantur procedere usque ad finem causæ: Notarius sit ipsius Episcopi, & tribunal ejusdem. Trid. *sess.* 25. *c.* 6.

42 Unum sit tantum utriusque votum, & potest alter Episcopus accedere in casu discordiæ, lege textum Trid. *loc. cit.*

43 Contra Portionarium habentem vocem in Capitulo exempto poterit Episcopus procedere sine adiunctis. Decisum refert Barbos. *alleg.* 73. *num.* 10.

44 In criminibus ex incontinentia, & in atrocioribus ubi de fuga timetur, potest Episcopus initio ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere. Trid. *loc. cit.*

45 Nullum jus habet Capitulum eligendi Fiscalem, licet habeat jus eligendi duos Canonicos, ut supra. Decisum refert Barbos. *loc. cit. n.* 8.

46 Episcopus autem potest assumere suum Fiscalem, vel alium ad libitum deputare. Decisum refertur. *ibid.*

V. Coadjutor. n. 26. *Concilium Provinciale. n.* 10. 12. 55. *Interdictum. n.* 1. *Theologalis Præbenda n.* 19. *Visitatio inferiorum Episcop. n.* 2. *Visitatio circa Canonicos exemptos, per totum.*

ADDITIO.

1 Licet præsidens non sit in sacris, potest convocare capitulum. *Cong. Conc. apud Garz. de benef. part.* 3. *c.* 4. *n.* 26.

2 Capitularia negotia non possunt a Decano, prima Dignitate, vel aliquibus tantum Canonicis, cæteris non vacatis decerni, nec extra locum capitularem. *Congr. Rit.* 7. *Octob.* 1619.

3 Neque est necessaria licentia Episcopi, si sine ea convocari solet. *Congr. Episc.* 20. *Augusti.* 1601.

4 Et quatenus est necessaria licentia juxta solitum non potest Episcopus cogere canonicos ad dicendum, quæ negotia proponere velint. *Ead* 25. *Febr.* 1603.

5 Potest tamen cogere pœnis & censuris ad præstandam sibi copiam actorum capitularium. *Ead.* 6. *Mart.* & 22. *Apr.* 1596.

6 Vicarius Episcopi, eo absente, non potest intervenire. *Trid. sess.* 25. *c.* 6. & *decis. refert Massob. de Synod. c.* 4. *dub.* 43. *n.* 35.

7 Si vero sit de Capitulo, debet inde exire, ubi tractandum sit de rebus ad suum, vel Episcopi comodum. *Cong. Ep.* 17. *Jan.* 1584.

8 Ubi permanere sibi licet sedeat in proprio loco. *Abb. cons.* 21. *vol.* 1. *contra Mariam voto* 101. *num.* 2.

9 Vicarius Capituli non canonicus, sede vacante, sedere debet post primam Dignitatem. *Cong. Rit. mense Sept.* 1630.

10 Canonicus Protonotarius in habitu Prælatitio non recipiendus in Capitulo. *Eadem* 6. *Martii* 1610.

11 Canonicus non in sacris constitutus vocem in Capitulo non habet, neque hoc ipsum præscribere potest, aut aliquo pacto acquirere. *Cong. Conc.* 22. *April.* 1602.

12 Neque vocem activam. *Less. de just. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 105.

13 Ei, qui requisitum ordinem non habet, concedat vocem passivam. *Garz. part.* 3. *c.* 4. *in addit. sub num.* 15.

14 Neque in Capitulo collegiatarum, licet in ætate minori possit esse canonicus. *Cong. Conc.* 8. *August.* 1621.

15 Male promoti, donec suspensi, non habent vocem. *Barb. de can. c.* 4. *n.* 1.

16 Neque censurati juste. *Idem ib. n.* 3. & *seq.*

17 Ne-

17 Neque violantes interdictum personale, vel locale scienter. *Idem ib. n.* 8.

18 Neque irregulares ratione ordinis. *ib. n. 9.*

19 Potest habere vocem Prælatus principalis Ecclesiæ Collegiatæ, licet non sit in sacris. *Garz. in addit. c. 5. sub n. 26.*

20 Non autem prima Dignitas, quæ in sacris non est, licet possit convocare Capitulum. *Decisum refert Garz. ib.*

21 Capitula ne fiant, dum celebrantur officia divina. *Cong. Rit.* 17. *Nov.* 1600. si fiant, amittuntur distributiones. *Ead. ib.*

Nova Additio Editoris.

„ 1 Tenetur celebrare Missam Conventualem „ quotidianam pro benefactoribus. Benedictus „ XIV. in Constit. *Cum semper oblatas.*

„ 2 Capitulum Ecclesiæ Cathedralis præcede- „ re debet Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ. Rota „ Rom. *Decis.* 3. *n.* 11. *par.* 5. *Tom.* 1. *recent.*

De auctoritate Capituli.

22 Consensus capituli requiritur in administratione bonorum Ecclesiæ, quamvis soli Prælato concessa specialiter videatur. *DD. cum Barb. de can. c.* 42. *n.* 3.

23 Item in alienatione rerum Ecclesiasticarum. *DD. ib. n.* 7.

24 Item in unione unius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ, seu Dignitati, vel Præbendæ per Episcopum facienda, vel saltem post unionem. *DD. ib. n.* 8.

25 Etiam ubi unio fit ab Episcopo uti delegato sedis Apostolicæ. *Decisum refert Garz. de benef. par.* 12. *c.* 2. *n.* 158.

26 Item in omni negotio, quod concernit præjudicium Ecclesiæ cathedralis, seu interesse Capituli, & in iis, quæ spectant ad Episcopum, & Capitulum simul. *Barb. l. c. n.* 14.

27 Consilium vero Capituli requirendum est in Episcopi tractatibus, vel negotiis, ut in institutionibus, & destitutionibus beneficiorum; in dispensationibus, & confirmationibus, & in aliis Ecclesiæ negotiis arduis. Idem *ibidem n.* 19.

28 Item in processionibus edicendis, dirigendis, & deducendis. *Cong. Rit.* 28. *Mart.* 1628. 28. *Sept.* 1630.

29 Potest Capitulum ex manifesta, & rationabili causa, etiam Collegiatæ, nedum Cathedralis, cessare a divinis, si Episcopus consentiat. *DD. cit. Barb. l. c. n.* 25.

30 Expensæ pro litibus Capituli sunt extrahendæ ex communi massa omnium redditUum Canonicorum, tam ratione Distributionum, quam Præbendarum. *Congr. Conc.* 15. *Apr.* 1628. *apud Barbos. loco cit. c.* 24. *n.* 24.

Capitulum Sede Vacante.

1 Cum primum Ecclesia vacaverit, a Capitulo indicantur supplicationes, & preces publice, & privatim pro bono Pastore deligendo. Trid. *sess.* 24. *c.* 1.

2 Capitulum, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum unum, vel plures decernat. Idem *ib. c.* 6.

3 Item infra octo dies a morte Episcopi constituat Vicarium, vel existentem confirmet. Idem *ib.*

4 Octo dies currunt etiam a die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam. Decisum refert Quar. *in summa Bullar. V. Capitulum Sede Vacante n.* 3. *Terminum, &c.*

5 Et ante deputationem administrabit totum Capitulum. Quar. *ib. n.* 2. *V. Archidiac. n.* 5.

6 Alioquin ad Metropolitanum devolvitur deputatio, vel si Metropolitana, aut exempta fuerit, ad antiquiorem respectu Metropolitanæ, ad proximiorem Episcopum respectu exemptæ, tam Oeconomi, quam Vicarii. Trident. *supra c.* 6.

7 Qui saltem in jure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias idoneus. Idem *ib.*

8 Potest eligi Curatus canon. Congreg. Episc. 19. *Martii* 1619.

9 Non Regularis persona. Eadem 8. *Maji* 1615. 12. *Apr.* 1619.

10 Neque Archidiaconus alienæ Ecclesiæ. Eadem 19. *Maji* 1617.

11 Si plures nominentur Vicarii, magis idoneus, & habens qualitates Concilii erit præferendus. Decis. refert Quar. *l. c. n.* 2.

12 Plures Vicarii eligi possunt, si adest consuetudo legitima. Dec. refert Idem *ib. n.* 4.

13 Cæteris paribus erit præferendus idoneus de Capitulo, & non exterus. Decis. refert idem *l. c. n.* 6.

14 Si Canonicus non est, præfertur Vicarius Capitularis Archidiacono, & aliis. Barb. *alleg.* 54. *n.* 167.

15 Neque potest revocari. Dec. refert Ric. *in Collect. dec. p.* 5. *Collect.* 1602. *in fine.*

16 Et causa judicanda erit a Sac. Congr. supra causis Episcoporum. Decisum ab eadem refert Quar. *l. c.* 1. *Sept.* 1603.

17 Electo Vicario adhuc Capitulum retinet suum jus, nec abdicat, nisi exercitium juris. *ib. n.* 4.

18 Unde allegato Vicario suspecto, Capitulum eliget arbitros, aut causam alteri committet. Decisum refert idem, *n.* 5.

19 Salarium ei debetur non commune aliis. Id. *n.* 7. & Cong. Episc. 15. *Oct.* 1601.

20 Neque potest sibi alium substituere nisi ad modicum tempus, vel habeat a Capitulo facultatem, vel causa infirmitatis, de consensu tamen Capituli. Idem Quar. *n.* 10. Potest in Provincia Mediolan. Prov. 6.

21 At

21 At Vicarius cessat præfinito tempore a capitulo. Quar. *n.* 13.

22 Moriente Vicario, etiam electo a Metropolitano, capitulum potest alium eligere. Idem *ib. n.* 4.

23 Cessat auctoritas Vicarii, & capituli, quando novus Episcopus acquirit possessionem. Idem Quar. *ib. n.* 13.

24 Tenentur Vicarius, & Oeconomus rationem reddere Episcopo etiamsi a capitulo sint absoluti. Trid. *sess.* 24. *c.* 16.

25 Et item capitulum ipsum de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus. *Id. ib.* Potest Vicarius, seu capitulum, quæ sequuntur.

26 Infra annum a die vacationis potest dare licentiam ordinandi, aut litteras dimissorias arctatis, non aliis. Trid. *sess.* 7. *c.* 10.

27 Sub pœna interdicti, si aliis, & ordinatis in majoribus ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Episcopi, & in minoribus nullitatis privilegii Clericalis. Idem *ib.*

28 Arctatis potest etiam ex causa remittere interstitia. Decis. referunt DD. apud Barbos. *alleg.* 18. *n.* 6.

29 Item dare potest Dimissorias pro prima Tonsura illi, qui præsentandus est a Patronis ad beneficium etiam intra annum. Congr. Episc. 3. *Jan.* 1594.

30 Item dare Testimoniales litteras obtinenti facultatem a Papa suscipiendi ordines de licentia Ordinarii, hoc est, de vita, & moribus. Navar. *cons.* 19. *de temp. ordin.* apud Barbos. *alleg.* 7. *n.* 14. & Quar. *l. c. q.* 10.

31 Occurrente vacatione Parochiali potest edicere concursum Vicarius, & sine capitulo facere quæ spectant ad Episcopum. Cong. Episc. 3. *Febr.* 1604. (*a*)

(*a*) „ Nec potest Capitulum in hoc Vicarii „ jurisdictionem limitare. S. C. C. 1. *Dec.* 1736. „ Vide Bened. XIV. *de S. D. l.* 4. *c.* 8. §. 10.

32 Potest recipere resignationes beneficiorum, si tria concurrant, quæ affert Barbos. *alleg.* 66. *n.* 8.

33 Nimirum, quando fit ex causa necessitatis; quando collatio spectat ad Episcopum, & capitulum simul; quando talis resignatio, & collatio, fiunt ante provisionem factam de prælato in Consistorio etiam antequam possessionem capiat, eadem habet Garz. *par.* 11. *c.* 3. *n.* 256. & *c.* 4. *n.* 75.

34 Item instituere præsentatos a Patronis. Vivian. *de jure patr. par.* 2. *l.* 12. *c.* 2. *n.* 6.

35 Non potest conferre beneficia. Pius V. *Anno* 1568.

36 Nisi collatio spectabat prius ad Episcopum, & capitulum. Quar. *l. c.*

37 Potest Ecclesias commendare ad tempus, donec provideatur. *ib.*

38 Dare licentiam ædificandi Ecclesiam. *ib.*

39 Interponere auctoritatem in permutatione beneficiorum. *ib.* quando collatio partim spectat ad capitulum, & partim ad Episcopum, vel quando collatio spectat ad tertium; non in aliis casibus. *ib.*

40 Potest unire beneficia ex causa in omnibus casibus, in quibus potest Episcop. dummodo nihil pereat de jure Episc. *ib.*

41 Potest privare beneficiatos servatis servandis. *ib.*

42 Potest visitare Diœcesim, si necessitas adsit, aut vacatio longior. Quar. *l. c.*

43 Potest dispensare cum illegitimis etiam ex damnato coitu, ad minores ordines, & ad beneficium simplex, cum causa. DD. apud Barb. *alleg.* 45. *n.* 25.

44 Sed ad unicum tantum beneficium. *n.* 28.

45 Non ad dignitates, vel personatus. *n.* 29.

46 Nec in iis, quæ requirunt ordinem sacrum. *n.* 30.

47 Nec in Canonicatibus Cathedralis. *n.* 31. quod est verius ex Trid. quod requirit in iis ordinem sacrum.

48 Potest Capitulum, ut Episcopus, in *c. licet.* Conc. Trid. Barb. *alleg.* 39. *n.* 16.

49 Non potest concedere indulgentias. *ib.* affirmant alii, tutius est quod a Capitulo concedatur alicui Episcopo, qui suo nomine id faceret. Quaran. *l. c.* (*b*)

(*b*) „ Certe S. C. C. 13. Nov. 1688. cum „ dubium sibi esset propositum, *an Vicarius Capitularis, Sede Episcopali vacante, facultatem habeat concedendi Indulgentias, quas ceteroquin concedere posset Episcopus vivens?* noluit juris „ controversiam decidere, districte tamen ve„ tuit, ne opinio eam facultatem Vicario asse„ rens in praxim deduceretur.

50 Item vocare alium Episcopum, & illi dare licentiam exercendi Pontificalia. Quar. *l. c.*

51 Succedit Episcopo in jurisdictione ordinaria, non delegata. Quar. *ib.* jure communi, & proprio in jurisdictione contentiosa, vel necessaria. Idem *ib.*

52 Ubi Concil. Trid. committit aliquid Episcopis, uti delegatis Sedis Apost. non potest capitulum. Barbos. *alleg.* 92. *n.* 17.

53 Potest exequi litteras directas ad Vicarium Episcopalem sub nomine Vicarii. Congr. Episc. 5. *Febr.* 1601. Negat. Rot. *in una Ilerdensi* 4. *Maji* 1588. *cor. Seraph.*

54 Item exequi in iis, quæ spectant ad jurisdictionem, quidquid concessum erat Episcopo Defuncto per Bullas, aut Brevia. eadem Congr. 27. *Jan.* 1604.

55 Item mandare executioni litteras Episcopo Defuncto directas per S. Congregationem, & ab eo non executas. eadem 10. *Apr.* 1615.

56 Privilegium Doctorandi competens Episcopo non transit in Capitulum, Sede Vacante, Sbroz. *de offic. Vic. l.* 2. *q.* 29. *n.* 6.

57 Si vero potest Episcopus uti jure communi ordinario, transit idem. *ib. n.* 8.

V. Archiepiscopus n. 7. *Concilium Provinciale n.* 54. *Synodus Diœcesana n.* 2. *Testamentum*, *n.* 16.

ADDI-

ADDITIO.

1 Non potest esse Vicarius capituli Parochus ruralis. *Cong. Episc.* 19. *Julii* 1619. sed de civitate potest. *Eadem ib.*

2 Debet esse Doctor, alias electio est nulla. *Decisum refert Sbroz. de Offic. Vicarii l.* 1. *q.* 36. *n.* 12. *in addit.*

3 Neque debet esse Doctoratus a persona privata, sed ab Universitate. *Congreg. Conc.* 29. *Sept.* 1620.

4 Neque potest esse Doctor Theologus. *Ead.* 28. *Aug.* 1621.

5 A Capitulo electus potest ad tempus tantummodo exercere jurisdictionem. *Eadem apud Garz. de benef. in addit. par.* 5. *c.* 7. *n.* 37.

6 Melius eligitur absolute. *Cong. Ep.* 29. *Oct.* 1587.

7 Potest mutari ex causa bene visa congregationi Episcoporum Rom. *Ead.* 24. *Nov.* & 26. *Oct.* 1603.

8 Vicarius electus a Metropolitano potest amoveri ad ejusdem nutum. *Cong. C.* 29. *Sept.* 1625.

9 Ætas 23. annorum in Vicario capitulari potest permitti, sed non expedit. *Ead.* 11. *Aug.* 1614.

10 Non debet Vicarius capituli sedere in sede Archidiaconi, sed in alia sede portatili, si velit uti habitu Vicariali. *Congr. Rit.* 10. *Apr.* 1601.

11 Non potest substituere novos examinatores pro concursu Parochialium in defectum absentium, vel defunctorum, auctoritate propria. *Decis. refert Sbroz. de Offic. Vic. in addit. l.* 2. *q.* 211.

12 Neque supprimere beneficium, & unire capitulo. *Dec. refert Garz. p.* 12. *c.* 2. *n.* 68.

13 Neque potest habere pro præsentibus Dignitates, vel canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & fidei professionem non emiserunt. *Decis. refert Garz. par.* 3. *c.* 3. *n.* 32.

14 Neque potest exequi commissiones Apostolicas in forma dignum, & alias directas Episcopo, vel ejus Vicario. *Cong. Conc.* 2. *Aug.* 1631.

15 Neque potest locare emolumenta provenientia ex jurisdictione, sigillo, aut alias undecumque, sed debent futuro successori reservari. *Ead.* 17. *Apr.* 1627.

16 Post annum a postrema Episcopi visitatione, quando nec de proximo Ecclesia est providenda de Pastore, potest visitare omnia, quæ poterat Episcopus. *Ead.* 3. *Febr.* & 10. *Dec.* 1629.

17 Cum famulatu, equitatu, &c. *juxta Conc. Trid. Eadem* 10. *Maji* 1629.

18 Potest etiam visitare Moniales non exemptas, exemptas minime. *Decis. refert Garz. par.* 5. *c.* 7. *n.* 45.

19 Potest in iis etiam, in quibus datur Episcopis perpetua delegatio a Sede Apostolica, puta, visitare Moniales exemptas. *Barb. de canon. c.* 42. *n.* 107. & optime probat.

20 Potest concedere facultatem Episcopo extero ordinandi suos subditos, non autem subditos capitulo. *DD. cum Barbos. l. c. n.* 124.

Nova Additio Editoris.

„ Neque Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, ne-
„ que Vicario Capitulari licet Sede vacante, pro-
„ pria auctoritate in usus proprios convertere
„ pœnas, multas, & compositiones delinquen-
„ tium. S. C. C. 6. *Dec.* 1642. & 28. *Martii*
„ 1648. Confer Bened. XIV. *l.* 10. *c.* 10. §. 4.

Cardinalis.

1 Coram quocunque Cardinali abstineat Episcopus a privatis etiam benedictionibus. Cærem. Episc. *l.* 1. *c.* 4.

2 Coram legato Archiepiscopus, etiam Cardinalis, deponat Crucem. *ib.*

3 Et coram aliis Cardinalibus, si ipse non est Cardinalis. *ib.*

4 Mantelleitum ab Episcopo non Cardinali assumitur coram quocumque Cardinali, *ib.*

5 Mozzetta deponitur coram Legato, nisi contraria adsit consuetudo. *ib.*

6 Cuicumque Cardinali debetur Sedes Episcopalis prælata: eo casu Episcopus in digniore loco chori sedeat, vel ex opposito in Sede humiliori. Idem *l.* 1. *c.* 13.

7 Cardinalis Episcopus sedeat cum alio Cardinali, etiam Legato, in sedibus cameralibus æqualibus. *ib.*

8 Cardinali etiam non Legato, venienti ad Ecclesiam, Episcopus ibit obviam usque ad portam, & ei porriget aspersorium. *ib. c.* 15.

9 Celebrans Episcopus coram Cardinali deferat eidem munia Episcopalia: si recuset, ipse præstet. *ib. c.* 4.

10 Celebrante Episcopo, ejusdem liber non datur osculandus Cardinali, sed alius Codex. *ib. c.* 29.

11 Cardinalis Episcopus celebrans omnia peraget ipse coram Cardinali non Legato. *ib. c.* 4.

12 Cardinalis Episcopus non celebrans, sed Missæ præsens cum alio Cardinali deferat huic eadem munia, recuset, vel remittat celebranti, vel ipsemet peragat. *ib.*

13 Sed pro solemni benedictione accedat ad altare. *ib.*

14 Non debet esse paratus Episcopus cum Mitra, alio celebrante, si adest Cardinalis. *ib. c.* 23.

15 Coram Cardinali in Missa nullus liber adhibetur ad legendum Introitum, & *c.* 20.

16 Neque fiunt circuli Canonicorum, neque ante Legatum. *c.* 21.

17 Bis eo casu thurificandus erit Episcopus. *ib. c.* 23.

18 Si Cardinalis est tantum Diaconus, & veniat in Ecclesiam sibi commendatam in Diœcesi Episcopi, Pluviali uti potest. Crassus *l.* 2. *c.* 23.

19 Non potest benedicere populum, neque rem aliquam, nec simpliciter, nec solemniter, nisi specialem habeat a Papa facultatem. *ib.*

20 Nec

20 Nec in Missa benedicere incensum, nec ministris manum osculandam porrigere, neque post Evangelium incensari, nec aliud facere ultra gradum Diaconalem. Idem *ib.*

21 In Missa privata cappellani coram Cardinali, & Episcopo, datur osculandus liber cappellani soli Cardinali: si plures sunt, nemini datur. Cærem. Episc. *l.* 1. *c.* 30.

22 Cardinalibus extra Palatium Apostolicum, & absente Papa, debetur a clericis non Prælatis genuflexio. Cær. Pap. *l.* 3. *sect.* 1. *c.* 12.

V. Canonic. munera erga Episcopum n. 23. *Familiaris Card. n.* 3.

Seminarium Clericorum n. 25.

Additio Editoris.

„ 1 Sex Cardinales Episcopi suburbicarii, Ostiensis nimirum, Portuensis, Sabinensis, Tusculanus, Albanensis, & Prænestinus, nisi proprium Episcopum Suffraganeum in sua quisque diœcesi habeat, aut ipsi in ea commorantes Ordines per semetipsos conferant, ad solum Cardinalem Urbis Vicarium dimittere possunt suos subditos sive sacris sive minoribus initiandos Ordinibus.

„ 2 Non tamen propterea Cardinalis Vicarius ullum sibi vindicare potest ordinariæ Jurisdictionis exercitium in præfatis suburbicariis Diœcesibus. Bened. XIV. *Bull. T.* 1. *Constit.* 115. *Romanæ Curiæ.*

„ 3 Iidem Cardinales Suburbicarii tenentur ad visitationem Sacrorum liminum, *nec non relationem status Ecclesiarum, & diœcesium, quibus præsunt, ipsi Pontifici juxta Constitutionem san. mem. Sixti Papæ V. exhibere.* Clemens XII. in Bulla *Pastorale Officium*. Vide etiam Bened. XIV. *de S. D. l.* 13. *c.* 6. §. 8.

Casus reservati.

1 Licet Episcopis reservare sibi graviora peccata, & illa præsertim, quibus excommunicationis censura est annexa. Trid. *sess.* 14. *c.* 7.

2 A reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & Ordinarii locorum nemo potest absolvere: & absolventes ipso facto sunt excommunicati, reservata absolutione Papæ, privantur officiis, beneficiis &c. & inhabiles fiunt, &c. confessiones item nullæ sunt. Congr. Episc. 9. *Jan.* 1601.

3 Qui in Italia habent privilegia valida absolvendi ab aliis reservatis Papæ, non tamen possunt absolvere in sequentibus casibus.

Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Bullæ Gregor. XIV.

Violationis clausuræ Monialium ad malum finem.

Provocationis, & pugnæ in duello, in terminis Conc. Trid. & Greg. XIII.

Injicientium manus violentas in clericos, juxta *cap. si quis*.

Simoniæ realis scienter contractæ, & confidentiæ beneficialis. Eadem 26. *Nov.* 1601. *cum Clem. VIII.* (*a*)

(*a*) „ Absolutionis Complicis ex Benedicti „ XIV. Constitutione.

4 Et nullo modo a prædictis, *n.* 2. & 3. sive sint ad forum exterius deducti, sive non deducti, possunt absolvere privilegiati. Eadem sub Paulo V. 7. Jan. 1617. * ubi etiam comprehendit censuras reservatas Ordinario. Nald. *Casus reser. n.* 15.

5 Privilegia contra prædictos casus reservatos Ordinariis locorum & Bullæ Cœnæ, non revixerunt per confirmationes Privilegiorum post Concilium obtentas. Eadem Cong. sub Urban. VIII. 17. Nov. 1628. *

6 Si quæ sunt privilegia in hac materia, scilicet absolvendi ab aliis reservatis Papæ (exceptis Bullæ Cœnæ casibus) extra Italiam non sunt sublata. Eadem *ib.*

7 Non ergo reservent Episcopi casus Bullæ Cœnæ, neque specialiter Papæ reservatos. Eadem 26. Nov. 1602.

8 Neque promiscue eos, quibus est annexa excommunicatio nemini reservata, nisi ob frequentiam, scandalum, aut necessariam causam aliquos nominatim. Ead. *ib.*

9 Neque eos, in quibus est necessaria restitutio, vel executio pro absolutione. *ib.*

10 Nec eos, qui versantur circa res parvi momenti, & qui frequenter eveniunt inter idiotas, licet sint mortiferi. Ead. *ib.*

11 Nec in carnalibus, ubi adest periculum scandalorum, vel cadere potest suspicio ob frequentem reditum ad Ordinarios. Ead. *ib.*

12 Nemo restitutionem incertorum sibi reservent. Eadem 14. Junii 1619.

13 Nec eorum absolutionem, qui nocte per civitatem inhoneste canentes deambulant. Ead. 6. Oct. 1615.

14 Nec eorum, qui violant dies festos. Eadem 16. Jan. 1615.

15 Reservent paucos, eosque maxime necessarios, atrociores, & graviores. Ead. 26. Nov. 1602. *

16 Casus reservati in Synodo sunt perpetui: qui vero singulis annis extra Synodum, morte reservantis expirant, nisi per successores confirmentur. Zerola *in praxi. V. Casus reservati ad quartum.*

17 Licentia absolvendi a casibus Episcopo reservatis dari potest viva voce. Congr. Epis. 26. Nov. 1602. *V. Absolutio n.* 36. 37.

Confessarius n. 17. 33. *Eucharistia n.* 30. *Legatus, n.* 6. 8. *Pœnitentiarius, n.* 22. *Restitutio incertorum n.* 3.

Additio Editoris.

„ 1 Regulares tenentur affigere propriis sedibus Confessionalibus notulas casuum Episcopo reservatorum. S. C. C. 10. *Oct.* 1676.

„ 2 Confessarii Regulares non possunt sacula- „ res

„ res extra mortis periculum absolvere a casibus „ ordinario reservatis. S. C. C. 16. *Nov.* 1720.

„ 3 Confessarii piarum quarumdam Sodalitatum, quæ ipsos eligunt, non possunt vi peculiarium facultatum illis sodalitatibus concessarum absolvere a Casibus Episcopo reservatis, licet absolvere possint a casibus Sedi Apostolicæ reservatis, nisi accedat Ordinarii licentia. Benedictus XIV. in Constitutione a. 1752. *Pias Christifidelium*.

Cathedraticum.

1 TAxa Cathedratici est duorum solidorum juxta valorem locorum, & consuetudinem. Barb. *de pot. Ep. alleg.* 86. *n.* 43. 44. (*a*)

(*a*) Porro Concilium Romanum a. 1725. singulis solidis valorem attribuit unius auri monetæ Romanæ.

2 Non potest Episcopus imponere novam taxam nomine Cathedratici. Congr. Episc. 15. Junii 1619.

V. Visitatio Episcopi n. 41.

Additio Editoris.

„ 1 Tenentur solvere Cathedraticum omnes Ecclesiæ seculares, & quicumque Parochi, ac Beneficiarii. Ben. XIV. *de S. D. l.* 5. *c.* 7. §. 2. & 5.

„ 2 Atque etiam Confraternitates erectæ auctoritate ordinaria, & habentes propriam Ecclesiam. S. C. C. 24. *Julii* 1734.

„ 3 Quod si propriam non habeant Ecclesiam sed simplicem tantum Cappellam in honorem Sanctorum, sub quorum titulo sunt erectæ, non tenentur. Eadem S. C. C. *cit. decr.* & 20. *Martii* 1725.

„ 4 Nullum privilegium, aut consuetudo *ab immemorabili* eximere potest a solvendo Cathedratico. S. C. C. 6. *Junii* 1693. & Conc. Rom. a. 1725. *tit.* 8. *c.* 4.

„ 5 Cathedraticum debetur Episcopo a die adeptæ possessionis suæ Ecclesiæ etsi nullam Synodum deinceps celebrarit. S. C. C. 5. *Sept.* 1705. 26. *Febr.* 1707. & 21. *Mart.* 1735.

„ 6 *Ut Cleri solutioni Cathedratici consultum sit, nec tamen judiciarius ordo prætermittatur, Sac. Congr. a SS. D. N.* (Clem. XII.) *deputata censuit* (5. Oct. 1731.), *rem sic esse temperandam, ut adversus eos, qui illud solvere tenentur, si in mora fuerint, unica sufficiat citatio, cum præfixione termini quinque dierum, antequam decernatur expeditio mandati executivi: præmissa autem illa citatione, possit etiam deinde in contumaces ad ejusdem mandati executionem procedi, absque alia nova citatione.*

Censuræ, &c.

1 LIceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare. Trid. *sess.* 24. *c.* 6.

2 Negatur hæc facultas inferioribus Episcopo, licet habeant quasi Episcopalem jurisdictionem. Decisum refert Garz. *part.* 7. *c.* 11. *n.* 13. & 17.

3 Item iis Episcopis, in quorum regione non est receptum Conc. Trident. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 39. *n.* 3.

4 Conceditur confessario Episcopi, si hic indigeat. Barb. *ib. n.* 15.

5 Cui conceditur a Papa absolutio a casibus Papalibus, licet non intelligatur concedere casus in Bulla Cœnæ, conceditur tamen facultas absolvendi a censuris reservatis Episcopo, quas ipsemet sibi reservavit. Suar. *de cens. disp.* 7. *sect.* 5. *n.* 11. 14. & 15.

6 Potest Episcopus dispensare a simonia occulta, non tamen rehabilitare ad obtinenda beneficia, seu retinenda. Decisum referunt DD. apud Barb. *l. c. n.* 44.

7 Forensis potest dispensari in prædictis ab Episcopo, in cujus Diœcesi commoratur, non autem a suo Episcopo absente. Decisum refert Garz. *par.* 11. *c.* 10. *n.* 139. *in* 3. *declar.*

8 In dispensationibus prædictis potest ille tantum Episcopus, qui habet jurisdictionem ordinariam in eum, cui concedenda est dispensatio. Decisum refert idem. *ib.*

9 Potest, etiamsi sit extra suam Diœcesim, dispensare in prædictis. Barb. *alleg.* 39. *n.* 7.

10 Occultum in his dicitur, quod non est notorium, licet sciatur ab aliquibus. Babos. *ib. n.* 21. & 25.

11 In fine causæ non probatum est occultum. Idem *ib. n.* 32.

12 Censuræ non debent publicari eo apparatu, & forma, quibus Romæ Bullæ Cœnæ. Congr. Episc. 2. *Maji* 1601.

13 Publicatæ ab Ordinariis, nedum a Sede Apostolica, mandante Episcopo, publicentur a Regularibus in eorum Ecclesiis, & serventur. Trid. *sess.* 25. *c.* 12. *de Regular.*

V. Absolutio per totum. Excommunicatio per totum. Legatus n. 7. *Regularium jura sub Episcopis n.* 42.

Census.

Vide Contractus.

Cessatio a Divinis.

1 NOn est censura. Tolet. *l.* 1. *c.* 66.

2 Debet major pars Canonicorum convenire cum Episcopo, seu Vicario ad decernendam hanc pœnam. *DD. in cap. quamvis de officio ordin.*

3 Judex intra mensem debet monere Papam, ad quem debet pars, ad cujus instantiam ponitur, proficisci, alias est nulla. Tolet. *l. c.*

4 Eo tempore prohibetur Eucharistia, nisi per modum Viatici detur. Henriquez *l.* 3. *V. interdictum c.* 52.

5 Item

5 Item prohibetur, etiam Sacerdotibus extrema unctio. Idem *c.* 53.

6 Item sepultura ecclesiastica. Tolet. & Henriq. *ib. l. c.*

7 Episcopus potest, durante cessatione hac celebrare in Ecclesia, ubi ea posita est. Sayr. *l.* 1. *de cens. c.* 19. *n.* 5.

8 Non tamen potest ordines conferre, nisi deficiant Sacerdotes, qui necessaria sacramenta ministrent. Idem *ib. n.* 11.

9 Ille, in cujus contumaciam ponitur, debet solvere damna, & distributiones Canonicorum, eleemosynas pro defunctis, *de off. ordin. in 6. c. si Canonici*, si vero injuste, solvat Judex. Tolet. *sup.*

10 Non enim in hoc casu possunt Canonici percipere distributiones quotidianas. Monet. *de distrib. p.* 2. *q.* 16. *n.* 36. *concl.* 2.

11 Possunt tamen celebrari divina officia in iis Festis, in quibus tempore interdicti. Idem *ib. n.* 46.

Cingari.

1 Videat Episcopus, an schismaticorum mores præseferant. Prov. 5.

2 Quadragesimæ tempore quomodo vivant. *ib.*

3 Si publice offendunt, ab Ecclesia tempore divinorum officiorum ejiciantur. *ib.*

4 Qui filios suos Cingaris vendunt, eo ipso excommunicationis pœnam incurrunt. Provinc. 7.

Clericus.

1 Nec cuiquam liceat clericalem habitum sumere, antequam prima tonsura initietur, sine licentia in scriptis. Prov. 3.

2 Clericalis habitus ab Episcopis in clero procuretur congruus usque ad privationem officiorum, & beneficiorum inclusive. Trid. *sess.* 14. *c.* 6.

3 Quicumque clericus debet omnino gestare vestes talares, & tonsuram, sub pœna amissionis beneficiorum, & pensionum ipso facto. Sixtus V. Anno 1589.

4 Exceptis iis, qui non percipiunt de bonis Ecclesiasticis ultra ducatos 60. aureos de camera. *ib.*

5 Habitus clericalis potest esse brevior in iter agentibus, & ruri habitantibus. Congr. Ep. 18. Oct. 1589.

6 Clericus pauper non habens habitum congruentem excusatur. Decisum refert Ugol. *de pot. Episc. c.* 12. *n.* 3. *vers.* 5.

7 Color niger semper adhibeatur, nisi alium requirat dignitatis gradus. Prov. 1.

8 Neque serico vestimento domi, neque foris utantur. *ib.*

9 Lauens adhibeatur. Reticulo, aut subbirreto, ut vocant, ne utantur nisi valetudinis gratia, & sine redimiculis. *ib.*

10 Camisias ad collum crispas, & rugosas, vel artificio elaboratas, & ad manus, rejiciant. *ib.*

11 Collare simplex, & modice latum honeste reclinetur. *ib.*

12 Externa vestis simplex & talaris erit. *ib.*

13 Turgidis caligis, & dissectis abstineant; calceos, & crepidas ad elegantiam ne incidant. *ib.*

14 Torques, armillas, ac monilia respuant, annulum ne gestent, nisi propter honoris gradum, quibus est concessus. *ib.*

15 Unicus ille sit, non magni pretii, & eum deponant Missam facturi. Prov. 4.

16 In morte propinquorum lugubres vestes more laicorum ne induant. *ib.*

17 Pensionem habens neque incedens in habitu, amittit privilegium fori, licet non sit monitus. Decisum refert Garz. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 70.

18 Non tamen privatur privilegio Canonis. Decisum refert. Idem *ib.*

19 Clericus deferens habitum, non tenetur restituere id, quod percepit ex immunitate Ecclesiastica. Congr. Episc. 3. *Aug.* 1592.

20 Clericus rediens e bello potest resumere habitum clericalem, dummodo bellum fuerit justum, neque sit ideo irregularis. Congr. Eadem 12. *Jan.* 1598.

21 Tonsuram clericalem gestent ad eam formam, quam ratio cujusque Ordinis arbitrio Episcopi postulabit, & conspicua sit omnibus abraso capillo. Prov. 1.

22 Clericorum minorum Ordinum tonsuræ forma in orbem deducta late pateat unciis duabus. Prov. 5.

23 Subdiaconalis aliquanto angustior Diaconali: hæc tribus unciis, Sacerdotalis quatuor. *ib.*

24 Vel corona Sacerdotis ad mensuram majoris Hostiæ. Conc. Palentinum sub Urb. VI.

25 Corona clerici ad mensuram minoris Hostiæ. Conc. Tolet. 4.

26 Corona Diaconi,& Subdiaconi,formæ mediæ.

27 Ille excusatur, qui ob infirmitatem non potest deferre tonsuram. Decisum refert. *Ugol. de pot. Episc. c.* 12. *n.* 3. *vers.* 5.

28 Comam, & Barbam ne studiose nutriant. Prov. 1. (*a*)

(*a*) „ Comam adscititiam ne ferant, nisi ex „ justa, vel rationabili causa dispensationem im- „ petraverint. Bened. XIV. *l.* 11. *c.* 9.

29 Barba in superiore labro ita recidatur, ut pili in sacrificio Missæ sacramenta sumentem non impediant. *ib.*

30 Restituantur functiones ordinum ab Ostiariatu ad Diaconatum in Ecclesiis, ut in suo quisque munere deserviat, assignatis beneficiis simplicibus, vel aliis proventibus. Trid. *sess.* 13. *c.* 17.

31 Si desint initiati minoribus ordinibus, sufficí possunt etiam conjugati, non bigami, qui tonsuram, & habitum clericalem in Ecclesia gestent. Idem *ib.*

32 Proprium superpelliceum singuli habeant. Prov. 4.

33 Non sordidum, non lacerum, neque nimium in humeris elaboratum. *ib.*

34 Ne-

34 Neque cum eo extra Ecclesiam eant nisi ob processiones, vel aliud officium Ecclesiasticum. Prov. 3.

35 Non possunt cogi Clerici, ut cathedrali inserviant diebus festis, si ibi non habent benecia, salva tamen consuetudine. Congr. Episc. *6. Sept.* 1593.

36 Neque debent cogi ad servitium Ecclesiæ sub pœna excommunicationis; sed aliis pœnis. Eadem 7. *Dec.* 1582.

37 Curent Episcopi, ut clerici Parochum juvent in festis, & item alii Sacerdotes. Pr. 3.

38 Ordinatus ad titulum patrimonii, seu pensionis, sedem non motet sine licentia Ordinarii sub pœna interdicti ab exercitio sacrorum. Prov. 7.

39 Iis, qui non tenentur ad residentiam, debent concedi Dimissoriæ, ut alio se transferant. Congr. Episc. 5. Junii 1584.

40 Possunt ire per Diœcesim sine licentia. Eadem *ib.*

41 Qui discesserit cum Episcopi licentia, cum redierit, infra mensem certiorem eum faciat de suo reditu sub pœna illegitimæ absentiæ. Prov. 6.

42 Nullus clericus peregrinus sine commendatitiis litteris Ordinarii sui ad divina celebranda, & Sacramenta ministranda admittatur. Trid. *sess.* 23. *c.* 16.

43 In sacris constituti Theologiæ, vel sacris Canonibus dent operam, in studiis generalibus. Leo X. *Anno* 1513.

44 Qui non Sacerdos Missam celebrarit, aut audiverit confessionem sacramentalem, tradator Curiæ sæculari puniendus. Clem. VIII. *Anno* 1601. *

45 Item exercens ordinem, quem non habet; est deponendus, vel perpetuo suspendendus, nunquam ulterius promovendus. Sylv. *Ordo* 5. *quæst.* 8.

46 Nisi ex ludo id faciat, vel sine solemnitate vestibus, &c. idem *ib.*

47 Qui a clericali statione discesserit, interdicatur ordinum suorum munere, & aliis pœnis puniatur. Prov. 4.

48 Canones innoventur de clericorum vita, honestate, doctrina, luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, & negotiis sæcularibus sub pœnis arbitrariis Episcoporum. Trid. *sess.* 22. *c.* 1.

49 Liberum sit presbyteris confiteri, cui voluerit ex approbatis. Cong. Episc. 15. *Oct.* 1601.

50 Arma non deferant, nisi forte ob justam causam in itinere, de licentia Episcopi, & secreto. Prov. 1.

51 Nullo modo balistam, hastas, sclopetum, tela, & ejusmodi. *ib.*

52 Personati non incedant: choreas non spectent, a venatione abstineant. *ib.*

53 Comœdiis, hastiludiis, & spectaculis inanibus ne intersint, *ib.* (*a*)

(*a*) Vide Bened. XIV. *l.* 11. *c.* 10.

54 Prohibentur globi, qui mallels ligneis impelluntur, & ludus pilæ majoris. *ib. V. Excommunicatio n.* 37.

55 Valetudinis causa parvæ pilæ ludus conceditor, non tamen publice, nec intercedat pecunia. *ib.*

56 Ne inter epulas canant, minusve inter nuptiales, aut laicales. *ib.*

57 Convivia vitent, & cauponas, nisi in itinere. *ib.*

58 Ne advocati procuratorisve nomine causas agant, nisi Ecclesiæ suæ, propinquorum, & miserabilium personarum concedente Episcopo. *ib.*

59 Ne in prophanis negotiis officium tabellionatus exerceant. *ib.*

60 Ne artem medendi faciant. *ib.*

61 Ne aliena prædia, lucri causa, conducant. *ibid.*

62 Ne tutelam aliorum suscipiant. *ib.*

63 Neque a suis institui tutores. Congreg. Episc. 14. *Junii 1619.*

64 Ne pro aliis fidejubeant. Prov. 1.

65 Ne alicujus Principis, aut alterius negotiorum fiot procuratores, sine licentia Episcopi, quotannis renovanda. *ib.*

66 Ne fiunt in famulatu laicorum etiam Principum, in obsequiis clericali munere indigois, sine facultate scripto data. *ib.*

67 Ne sint præcursores, aut asseclæ fœminarum, nec eis discumbentibus assistant, ancillenturve. *ib.*

68 Ne doceant mulieres, etiam illustres legere, scribere, canere, aut sonare, nisi ob ætatem, & mores approbarit Episcopus. Prov. 2.

69 Ne nocte post primam horam sine justa causa, & tunc cum lumine domo exeant. Provinc. 1.

70 Ne habitent cum eis fœminæ quocumque vinculo cognationis, aut affinitatis conjunctæ, sine consensu Episcopi. *ib.*

71 Ne locent ædes, nec ex parte, in quibus ipsi habitare solent, aut debent laicis personis, nisi ecclesia prematur magna inopia, & ea domus judicio Episcopi dividi possit. *ib.*

72 In iis, si concedatur locatio, prohibetur tamen ob nuptias saltatio, comœdia, spectaculum. Prov. 2.

73 Neque tolerentur ibidem imagines indecoræ. Prov. 3.

74 In causis, ubi opus est jurent Sacerdotes manu pectori admota; præsente tamen superiore, tactis scripturis. Prov. 5.

75 In causis civilibus in foro sæculari examinari possunt, sed juramentum prius præstetur in tribunali Episc. Congreg. Episc. 14. *Aprilis* 1615.

76 Possunt civiliter denunciare, aut querelare in officio damni dati, occasione damnorum datorum in suis prædiis: juramentum tamen detur in foro Ecclesiæ. Eadem *ib.*

77 Non debet se subdere examini coram judice

dice laico, ubi timetur, posse indirecte oriri criminalitatem. Ead. 19. *Julii* 1619.

78 Clerici post delicta patrata confugientes ad Ecclesias gaudent beneficio immunitatis extra casus Bullæ Greg. XIV. Ead. 24. *Jan.* 1617.

79 Neque possunt inde extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis, si fiat secus, restituantur. Eadem 17. *Aug.* 1618.

80 Declaratio validitatis clericatus ad superiorem Episcopi, non ad inferiorem spectat. Eadem 17. *Nov.* 1617.

81 Non tenentur clerici ad solutionem onerum impositorum pro Physico, Chirurgo, & Ludimagistro. Ead. 2. *Aug.* 1619.

82 Clerici cultores agrorum suorum, seu conductores agrorum Ecclesiasticorum, non debent molestari titulo negotiationis illicitæ. Ead. 19. *Jan.* 1593.

83 Clericorum numerus ne sit major, quam poscat Ecclesiæ servitium, in præjudicium pauperum laicorum. Congr. Episc. 20. *Junii* 1592.

84 Clerici conjugati gaudent privilegio fori, etiam in civilibus præsertim in Regno Neapol. in quo adest consuetudo, *teste Borello. Doct. Regnicola in add. ad Bellan. Spec. Princ. Rub.* 11. §. *Videamus ad* 1. *verbo Conjugati*, & ita censuit Sa.c Congr. super controver. jurisdict. 27. *Febr.* 1630.

85 Iidem non incedentes in habitu, nec inservientes divinis, non gaudent privilegio fori. Conc. Trid. *sess.* 23. *c.* 6.

86 Diaconi Selvatici in Regno Neapolitano ad summum quatuor possunt dari cathedralibus, seu Ecclesiis superioribus. Congr. super negotia Regni 10. *Kal. Julii* 1623.

87 Collegiatis, & Parochialibus duo: aliis Ecclesiis, in quibus divina celebrantur, si Episcopo videbitur, unus. *ib.*

88 Qui gratis, & per se ipsos serviunt, non criminosi, neque malæ famæ. *ib.*

89 Hi non gaudent privilegio canonis; fori autem in criminalibus omnino, & in civilibus quoad corporis districtionem tantum, & immunitate ab oneribus personalibus, non ab aliis, durante servitio gaudent. *ib.*

90 Sine præjudicio majoris privilegii, & immunitatis legitimæ, si alicubi habent. *ib.*

91 Ordinarii in præmissis sint judices, præterquam si agatur de majori privilegio dubio; Papæ enim reservatur. *ib.*

92 Cum Clericis in jure aliquid præcipitur, aut prohibetur, intelligitur de iis, qui sunt in sacris, aut beneficiati.

Sà *V. Clericus n.* 2.

V. Fori privilegium n. 1. *& seqq. Hebræi n.* 45. *Juramentum n.* 45. *Monialium collocutio cum exteris*, *n.* 5. 6. *Sepultura n.* 1. 2. *Spolia Clericorum n.* 12. *Subsidium Charitativum num.* 13. *Theologalis Præbenda*, *num.* 15. 16. *Torneamentum*, *n.* 3. 6. *Tutela n.* 1. *Usura*, *n.* 10.

ADDITIO.

1 Prohibetur procurare, & advocare, seu patrocinari apud judicem sæcularem. *DD. cum Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 40. *n.* 83.

2 Advocare potest in causa propria, seu Ecclesiæ suæ, seu personarum miserabilium. *DD. ib. n.* 86.

3 Item in causa conjunctorum, si alium, & idoneum habere non possit. *ib. n.* 87. & conjunctorum etiam conjunctione spirituali, ut sunt concanonici. *ib.*

4 Item in causis vertentibus in Curia Romana, ubi consuetudine receptum est, ut etiam alieno nomine clericus litiget. *ib. n.* 88.

5 Item in uno tantum negotio poterit advocare, & eo finito aliud assumere. *ib. Sextus.*

6 Item potest domi suæ consilium in scriptis dare. *ib. n.* 89.

7 Item si in minoribus est, nec habet stipendia Ecclesiastica, potest advocare: imo, & qui in sacris, si non habet unde vivat. *ibid. num.* 90. 91.

8 Notariatus, seu tabellionatus officium non potest exercere, præsertim in sæcularibus negotiis. *ib. n.* 92.

9 Secus in spiritualibus. *ib. n.* 101.

10 Non potest, si in sacris est, aut beneficium habet. *ib. n.* 93.

11 Secus, si in minoribus, *n.* 98.

12 Et nisi in causa hæresis, seu in curia Ecclesiastica, *n.* 94. 97.

13 Et nisi contraria sit consuetudo exercendi Notariatus a clericis. *ib. n.* 102.

14 Potest esse testis in contractibus, & testamentis, *n.* 107.

15 Tempore pestis potest esse coram judice sæculari sine licentia Episcopi. *ib.*

16 Potest vendere vinum suum, etiam minutim, cum advertentiis ab Episcopo præscribendis. *Cong. Episc.* 5. *Maji* 1593.

17 Item vendere, & emere animalia necessaria ad cultum bonorum suorum quorumcumque. *Ead.* 15. *Nov.* 1616.

18 Privilegio canonis gaudet clericus conjugatus cum unica, & virgine, incedens in habitu, & tonsura. *DD. comm.*

19 Item uxor ejus, si manus injectio fiat ei in odium viri. *Carol. de Graff. de eff. cler. eff.* 9. *n.* 115. *cum DD. ib. cit.*

20 Item clericus degradatus verbaliter tantum. *Barb. cum aliis de jure Eccl. l.* 1. *c.* 39. §. 1. *n.* 6.

21 Non gaudet clericus hæreticus, bigamus, immiscens se enormitatibus, hoc est faciens seditionem, prælia, aggressiones in populo. *Idem ib. n.* 8. 9. 11.

22 Neque clericus minorum ordinum dimisso habitu, & tonsura, negotiis sæcularibus se immiscens post trinam Episcopi monitionem. *Idem ib. n.* 11.

23 Ne-

23 Neque iis, qui per annum exercet artem ignominiosam, mimi, histrionis, &c. post trinam Episcopi monitionem. *ib. n.* 13.

24 Neque is, qui publice exercet officium lanionis, aut cauponis, si conjugatus sit, vel habitum dimisit, post trinam Episcopi monitionem. *ib. n.* 4.

25 Idem famuli, & filii clericorum, etiam in casibus, in quibus gaudent privilegio fori. *Idem ib. n.* 15.

26 Licet prohibeantur clerici tutores esse, possunt tamen suscipere tutelam proximiorum consanguineorum. *DD. cum Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 39. §. 5. *n.* 75.

27 Et eo casu possunt negotiari res pupilli, non tamen causa turpis lucri. *Congr. Conc.* 23. *Nov.* 1619.

28 Tutelam honorariam quoque possunt suscipere. *Guttier. in tract. de tutel. p.* 1. *c.* 1. *n.* 3. quæ excludit negotia sæcularia.

29 Vide 7. Decisiones *Congreg. Conc. apud Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 40. *n.* 127. circa legitimam Clericorum negotiationem, *cum aliis sex decisionibus ejusdem S. Congr.*

30 Cap. Odoardus privilegio non gaudet clericus excommunicatus. *DD. cum Barb. l. c. l.* 1. *c.* 39. §. 6. *n.* 18.

31 Neque is, qui falso asseruit, se idoneas habere facultates. *ib. n.* 19.

32 Neque dolo versatus cum creditore, *n.* 20.

33 Neque laicus, effectus clericus, post debita contracta in fraudem. *n.* 21.

34 Neque clericus exercens illicitam negotiationem. *n.* 22.

35 Neque, qui debita contraxit spe hujus privilegii. *n.* 23.

36 Neque, qui ludo, vel luxuriose bona consumpsit. *n.* 24.

37 Neque condemnatus per tres sententias conformes. *n.* 25. ubi alii hoc negant.

38 Neque obligatus in forma cameræ. *n.* 26. ubi tamen alii oppositum docent.

39 Neque obligatus ad pensionem solvendam. *n.* 27. ubi alii contra sentiunt.

40 Neque conventus actione reali. *n.* 28.

41 Neque pro debito ex delicto. *n.* 29.

42 Neque debitor pauperioris. *n.* 30.

43 Neque debitor ratione depositi apud se facti. *n.* 31.

44 Neque hæres non confecto inventario. *n.* 32.

45 Neque qui administravit aliena bona. *n.* 33.

46 Neque perjurus, vel suspectus de fuga. *n.* 34.

47 Neque qui negavit debitum. *n.* 34.

48 Neque laicus fidejussor clerici gaudet hoc privilegio. *n.* 36.

49 Clericus fidejussor laici gaudet. *n.* 37.

Nova Additio Editoris.

„ 1 A prohibitione generali, ne Clerici reassumere possint habitum Clericalem absque auctoritate ipsius Episcopi abstinendum. S. C. C. 10. *Maji* 1635. & sæpe alias, ut videre est Gonzal. *Man. Episc. Tom. II.* apud Benedictum XIV. *l.* 12. *cap.* 3. *§.* 7.

„ 2 Habitum resumentes, modo id non faciant in fraudem, sive cœlibes sint, sive conjugati ad pristina restituuntur Clericalis Ordinis privilegia. S. C. C. 7. *Maji* 1672.

„ 3 Hinc propter delictum ab ipsis eo tempore perpetratum, quo Laicorum more induti incedebant, coerceri nequeunt a judice Laico postquam sine dolo & fraude vestem Laicalem in Clericalem iterum commutarunt. S. C. C. 19. *Dec.* 1584.

„ 4 Clericum potest semper Episcopus a Judice sæculari repetere, atque ad suum forum revocare. S. C. C. 21. *Jan.* 1594. & 27. *Martii* 1627. Confer Pignatellum T. 1. *consult.* 46.

Clericus concubinarius.

1 Clericus concubinam, aut mulierem suspectam in domo, vel extra detinere, aut cum ea consuetudinem ullam habere non audeat. Trid. *sess.* 25. *c.* 14.

2 Si monitus non abstineat, tertia parte fructuum quorumcumque beneficiorum, & pensionum, ipso facto sit privatus, fabricæ Ecclesiæ, aut pio loco arbitrio Episcopi applicanda. *ib.*

3 Si perseveret, post secundam monitionem privetur omnibus fructibus, applicandis, ut supra, & administratione beneficiorum arbitrio Ordinarii. *ib.*

4 Si nihilominus eam non expellat, tunc beneficiis, officiis, pensionibus perpetuo privetur, inhabilis efficiatur ad honores, beneficia, & officia, judicio superiorum. *ib.*

5 Si dimissam repetat, aut aliam sibi adjungat, excommunicetur. *ib.*

6 Et hæc cognitio causæ ad ipsos Episcopos spectet, qui sine figura judicii procedere possint. *ib.*

7 Clericis vero non habentibus beneficia, imponatur pœna carceris, suspensionis ab ordine, inhabilitatis ad beneficia, & aliis pœnis juxta Canones. *ib.*

8 Quæ de concubinatu, vel aliis impudicitiis clericorum statuta sunt, servanda erunt, etiam si quis modo cum una, modo cum alia muliere impudica deliquisse comprehendatur. Prov. 6.

9 Non licet Episcopo bis dispensare cum clerico super crimine publico concubinatus. Ricc. *in praxi resol.* 396.

V. Sodomia n. 1. 2.

ADDITIO.

1 Est ipso jure antiquo suspensus: quod innovatum est a *Trid. sess.* 25. *c.* 14. & Decisum refert *Philibertus noster Marchinus de sacr. ord. p.* 5. *c.* 13. *n.* 15.

2 Potest Episcopus absolvere ab hac suspensione, non tamen post actum ordinis dispensare potest ab irregularitate. *Idem ib. n.* 19.

D 3 Con-

3 Concubina clerici potest puniri ab Episcopo. Trid. *sess.* 24. *c.* 8. *de refor. matr.*

Clerici Conventus.

1 PRocuratores Cleri ad omnia, quæ accidere possunt, ne fiant, neque in Synodo: sed tantum ad particularia negotia. Congregat. Episc. 21. *Martii* 1589.

2 Curati Regulares tenentur interesse cum aliis curatis Congregationi casuum conscientiæ. Ead. 13. *Oct.* 1592.

3 Confessarii sæculares possunt cogi, ut intersint lectioni de casibus conscientiæ. Eadem 9. *Aug.* 1594.

4 Presbyteri non curati non possunt cogi ad Congregationem casuum conscientiæ. Eadem 16. *Jan.* 1601.

5 Singulis mensibus in Diœcesi modo in unam, modo in aliam Ecclesiam parochialem, Vicariorum foraneorum cura, clerus cogatur: idque in orbem fiat. Pr. 2.

6 Non in Decembri, neque Januario, pro locorum, & temporum ratione. Prov. 4.

7 Tam in Urbe, quam in Diœcesi pro conventu cleri menstruo edantur certæ regulæ. *ib.*

8 Missam singuli celebrent: Missam conventualem pro Defunctis, vel de Spiritu Sancto solemniter cantent, concioque ab uno ex iis habeatur. Prov. 1.

9 Fiat processio circa cæmeterium. *ib.*

10 In domo Parochi uno ferculo contenti cibum capiant. *ib.*

11 Aliquid legatur de casibus conscientiæ, seu Decretis utilioribus, seu agatur de communibus cleri defectibus. *ib.*

12 Ne tamen fiat hi Conventus in die festo, neque in festo loci, ubi habendus est conventus, Prov. 2.

13 Die Dominico, antecedente conventum, moneatur populus, ut intersit. *ib.*

14 Quæ vero quæstionum explicationes habitæ erunt in iisdem conventibus, & si quæ minus explicatæ fuerint, eæ omnes ad Episcopum consignatæ litteris Vicarii foranei mittantur, cujus judicio illæ approbatæ in codicem referantur, custodiendum a Vicario foraneo. *ib.*

15 In festis locorum ne accedat Parochus ad alienam Ecclesiam, Missam facturus, sine licentia Episcopi in scriptis. Prov. 4.

16 Quæ licentia danda est iis tantum, qui omnibus considerat is necessarii videntur ad celebritatem. *ib.*

17 Quatuor, aut sex ad summum, nisi aliquando plures adhibendi sint ex legato, vel alia de causa. *ib.*

18 Si alii Sacerdotes convenire possunt, ne accedant Parochi, & de his non ii, qui majorem populum habent. *ib.*

19 Abeunte Parocho substituatur alius Sacerdos approbatus ad Missam, & functiones Parochiales. *ib.*

20 Vel præcedente festo die, moneat populum de absentia, ob festum alibi celebrandum. *ib.*

21 Exteri Sacerdotes non admittantur, neque in choro, neque in mensa, neque in eleemosynis distribuendis. *ib.*

22 Eligantur probati viri, a quibus clerici inferioris ordinis sæpe convocati, vitæ ecclesiasticæ moribus instruantur. Prov. 2.

23 Eosdem semel, & iterum, quotannis recognoscat Episcopus coram se, ut progressiones eorum intelligat. *ib.*

24 Singulis mensibus, vel alio stato tempore testimonium ferant de Sacram. usu, functionibus, studiis, & similibus ad præscriptam certam rationem. Prov. 4.

Coadjutor Episcopi, & aliorum.

1 COadjutori Episcopi cum futura successione non licet ingredi civitatem Pontificaliter. Congr. Rit. 31. *Jan.* 1591. apud Quar. *in Addit. V. Archiep. auct.* 17.

2 Neque debet uti Cruce prælata ante se Coadjutor Archiepiscopi. Eadem *ib.*

3 Potest uti cappa exercens Pontificalia in Ecclesia, absente Episcopo: eo autem præsente, uti debet mantelletto, & rocchetto, non mozzetta, etiam eo absente. Eadem. *ib.*

4 Non debet sedere in Sede Episcopali. Eadem *ib.*

5 Coadjutori Episcopi debetur primum stallum in choro, sive sedes cameralis. Eadem 14. *Jan.* 1623.

6 Non sedet celebrans, nisi in faldistorio, neque habet Diaconos Assistentes, neque canonici parantur, neque ponitur septimum candelabrum. Ead. 1. *Sept.* 1607.

7 Compellendi sunt Canonici, ut Coadjutori Episcopi solemniter celebranti, & Pontificalia exercenti assistant semper. Eadem *apud Quar. supra.*

8 Idem celebrans, præter Diaconum, & Subdiaconum debet habere assistentem Canonicum pro libro. Ead. 7. *Aug.* 1627.

9 Non utitur baculo nisi in ordinationibus. Ead. 1. *Sept.* 1607.

10 Non debent Canonici accedere ad circulos ante eum. Ead. *apud Quar. supra.*

11 Decet, ut Coadjutor Episcopi confessionem faciat cum Canonico celebrante, & ut in fine Missæ benedicat populo. Eadem *ib.*

12 Potest, de licentia tamen Episcopi, benedicere populo, dum per civitatem incedit. Eadem. *ib.*

13 Decet maxime, ut Canonici prodeant obviam illi ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti ad ostium Ecclesiæ eumque discedentem ad idem ostium deducere, imo esset commendandum, si nonnulli Canonici ad ejus ædes accederent. Ead. *ib.*

14 Non potest largiri Indulgentias, nisi nomine Episcopi, si eas concesserit. Eadem *ib.*

15 Coad-

15 Coadjutores cum futura successione a Papa tantum deputari possunt. Fr. Leo *in Thes. for. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 77.

16 Debet dari Coadjutor Beneficiatu minus idoneo. Trid. *sess.* 21. *cap.* 6.

17 A solo Episcopo datur. Doct. apud Barb. *all.* 63. *n.* 7. & datur Archidiacono, si eget. *Monet. de distribut. p.* 2. *q.* 1. *n.* 24. non autem potest Episcopus dare alii Dignitati, seu Canonico. Idem *ibid. n.* 26. quamquam hodie cessare videtur antiqua causa in Archidiacono. *numero* 28.

18 Potest dari ad tempus ob senium, vel morbum coadjuti. Garz. *p.* 4. *c.* 5. *n.* 5.

19 Certa portio redditnum assignanda est Coadjutori. Azor. *par.* 2. *l.* 8. *c.* 6. *q.* 1.

20 Si redditus non sufficiunt, prius provideatur infirmo Rectori. Ricc. *in Praxi resol.* 494. *num.* 11. prius Coadjutori. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 9.

21 Coadjutor Archidiaconi, eo absente habet in Ecclesia ejusdem prærogativas. Congreg. Rit. 28. *Augusti* 1628.

22 Coadjutor Dignitatis sedet in loco supra Canonicos. Garz. *part.* 4. *cap.* 5. *n.* 65.

23 Coadjutor canonici post omnes canonicos sedet. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 9. *num.* 101.

24 Coadjutor canonici præbendæ presbyteralis sedet ante canonicos Diaconalis. Fr. Leo *in Thes. for. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 57. 58.

25 Regulariter Coadjutor potest omnia, quæ coadjutus. Idem *ibid. num.* 64.

26 Habet vocem activam, & passivam in Capitulo, prout alii canonici. Rot. *in Salamantina Coadjutoriæ* 1. *Julii* 1594. *coram Penia*.

27 Coadjutor infirmus, vel legitime impeditus lucratur distributiones, non coadjutus infirmus. Fr. Leo *ubi supra n.* 65.

28 Coadjutu excommunicato, coadjutor lucratur distributiones, nisi inserviat pro ipso coadiuto ad ejusdem lucrum. Idem *ibid. n.* 67.

29 Forma coadjutoriæ semper est consideranda. Idem *ibid. num* 64.

V. Fidei Professio n. 8. *Fori Privilegium n.* 14. *Parochorum munera, n.* 40. *Visit. circa Canonicos exemptos, n.* 6.

ADDITIO.

1 Non debet accendi septimum candelabrum in Missa Pontificali coadjutoris Episcopi. *Congr. Rit.* 1. *Sept.* 1607.

2 Rectori leproso dandus est coadjutor. *DD. cum Barb. de jure Eccl. l.* 3. *c.* 10. *n.* 9.

3 Item paralitico. *ibid. num.* 10.

4 Et dementi. *ibid. num.* 11.

5 Illiterato quoque, & imperito. *ibid. n.* 12.

6 Et propter auctam populi numerositatem. *ibid. num.* 16.

7 Item suspectu de bonorum Ecclesiæ dilapidatione. *ibid. num.* 20.

8 Coadjutoria, nulla facta mentione de obtentis beneficiis, quæ habet, viciatur, & est nulla. *Garz. p.* 2. *c.* 5. in addit. sub n. 130. dub. 38.

9 Ad titulum coadjutoriæ nemo potest ordinari, nisi ratione illius habeat congruam sustentationem, quasi titulo pensionis. Garz. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 132. *Monet. de opt. Can. cap.* 4. *q.* 8. *num.* 169.

10 Coadjutor in Dignitate præcedit omnes Canonicos, absente coadjutore. *Cong. Rit.* 22. *Octobr.* 1619.

11 Et facit omnes functiones absentis in stallo ejusdem. *Ead.* 12. *Octob.* 1619. & 29. *Maji* 1621.

12 Coadjutor canonici sedet ultimus post omnes canonicos, vivente coadjuto. *Eadem* 16. *Sept.* 1606. 3. *Dec.* 1616. 18. *Mart.* 1617. 18. *August.* 1618. 10. *Dec.* 1619.

13 Non obstante quocumque statuto. *Ead.* 10. *Decemb.* 1619.

14 Si non est in sac. potest omnia facere, quæ sine paramentis sacris cum habitu canonicali facere posset coadjutus. *Ead.* 19. *Dec.* 1615.

15 Et ei tenentur canonici inservire in omnibus functionibus coadjuti. *Ead.* 19. *Jan.* 1609.

16 Non tenetur ad onera canonicorum Juniorum, post quos sedet. *Ead.* 16. *Sept.* 1606. & 15. *Apr.* 1606.

17 Non sibi optat, sed coadjuto. *Eadem* 16. *Septemb.* 1606.

18 Gaudet coadjutor regula de annali, & triennali possessore. *Ead. ibid.*

19 Possunt adesse coadjutus in suo stallo, & coadjutor in ult. stallo, in Missis solemnibus, & processionibus. *Barb. de can. c.* 29. *n.* 54.

20 Coadjutor non intelligitur comprehensus in statuto; quod ex aliqua causa jubilare facit canonicos. *Congr. Rit.* 15. *Apr.* 1606. *quicquid dicat Garz. p.* 4. *c.* 5. *n.* 89.

21 Excommunicato coadjuto, seu juste carcerato coadjutor nihil illi lucratur. *Congr. Conc.* 15. *Decemb.* 1618. *Bar. de can. c.* 29. *n.* 17.

22 Neque potest lucrari coadjuto non ordinato de more, licet ipse coadjutor sit ordinatus. *Cong. Rit.* 1. *Dec.* 1619.

23 Coadjutus numquam obligatus ad interessendum, si coadjutor legitime impeditus non intersit, lucratur tamen distributiones. *Congr. Conc.* 9. *Novemb.* 1630. *Barb. cap.* 29. *n.* 45.

24 Non gaudet privilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in absentia, puta ratione studii aut lecturæ in universitate. *Gar. p.* 4. *c.* 5. *in addit. post n.* 130. *dub.* 30.

25 Non potest exercere officia, ad quæ coadjutus est electus. *Garz. part.* 2. *cap.* 5. *addit. sub num.* 88.

26 Ægrotans coadjutor aut legitime impeditus habetur pro præsente, si actu serviebat. *Idem ibid. num.* 80. 81.

27 In Capitulo, ubi agitur de coadjuto potest adesse coadjutor; & e contra coadjutus, ubi agitur de coadjutore; nisi agatur de ipsa coadjutoria. *Garz. p.* 4. *c.* 5. *n.* 103.

28 Extra Ecclesiam Cathedralem in absentia coadjuti, tanquam verus, & proprius Canonicus est censendus quoad præeminentias veris canonicis convenientes. *Cong. Rit.* 15. *Martii* 1608.

29 Post mortem coadjuti debet coadjutor capere novam possessionem. *Ead.* 21. *Mart.* 1609. & 30. *Jan.* & 3. *Junii* 1616. 7. *Augusti* 1627.

30 Et tunc tantum teneiur ad fidei professionem. *Barbos. loc. cit. cap.* 29. *n.* 14.

31 Assignaturque illi ultima sedes post omnes Canonicos. Decisum referunt *DD. apud Barbos. de Canon. cap.* 29. *n.* 22.

Nova additio Editoris.

„ 1 Coadjutor Canonici, justa de causa immunis, & exempti a choro, tenetur interesse, ut Canonicus lucretur distributiones. S. R. C. 20. Februarii 1627.

„ 2 Coadjutor Episcopo celebrans, præter Diaconum, & Subdiaconum, debet habere assistentem Canonicum pro libro. S. R. C. 7. Augusti 1627.

„ 3 Non licet Coadjutoribus Canonicorum, absentibus, vel impeditis Coadjutis, inservire pro assistentibus Episcopo solemniter celebranti, vel cum Cappa Divinis intereffenti, sed hoc munus spectat, & pertinet ad veros Canonicos ordine successivo. S. R. C. 24. Maji 1636.

„ 4 Coadjutores, quando Coadjuti sunt præsentes in choro, vel Processionibus, non possunt in habitu Canonicali intervenire. S. R. C. 24. Maji 1636.

„ 5 Coadjutores Canonicorum extra suam Ecclesiam, & sine Capitulo, nullam habent prærogativam, ac si non essent Coadjutores; unde in concursu cum aliis Sacerdotibus non præcedunt nisi ratione antiquitatis in Ordine. S. R. C. 7. Martii 1637. *Hoc Decretum non potuit conferri cum Originali, quam non reperitur Regestum hujus anni.*

Comites Palatini.

V. Exempti.

Commutatio ultimarum voluntatum.

1 EX justa, & necessaria causa debet fieri ultimarum voluntatum commutatio: & ab Episcopis summarie cognoscatur antequam executione demandetur. Trid. *sess.* 22. *cap.* 6.

2 Justas causas sex affert Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 83. *a num.* 7. & *seqq.*

3 Non potest Episcopus commutare defunctorum voluntatem. Barbos. *ibid. n.* 2. & 3.

4 Potest autem concurrente justa, & rationabili causa legatum pium ad certum usum relictum commutare in alium pium; quamvis tale legatum possit adimpleri. Sylv. *legatum.* 4. *q.* 12. Barb. *sup. n.* 5.

5 An Consensus hæredis requiratur: affirmat Abb. Negat Felin. apud Barb. *ibid.*

6 An etiam consensus Ecclesiæ, cui legatur. Affirmat P. de Ubald. Negat Bartol. apud eumdem. *num.* 6.

7 Item potest, quando legatum est circa plum opus incertum. Monet. *de comm. ult. volunt. cap.* 15. *q.* 11. *num.* 341.

8 Item quando non sufficit ad opus certum a testarore designatum. Id. *ibid. n.* 330.

9 Item pro una vice, ad tempus. Idem *ib. num.* 332.

10 Item potest concedere modicam dilationem. Idem *ibid. n.* 391.

11 Relictum factum pauperibus potest convertere in fabricam. Genuens. *Man. Past. cap.* 73. *num.* 5.

12 Relictum pro fabrica convertere in picturam. Idem *ibid. num.* 6.

13 Item potest exequi testatoris voluntatem in alio loco, & alio modo, data negligentia illius Ecclesiæ, in cujus favorem testator ordinavit. Moneta *sup. n.* 335.

14 Item si urgeat necessitas commutandi, neque adiri potest Papa. Idem *ibid. n.* 348.

15 Licet pateat aditus ad Legatum, seu Nuncium, qui tamen careant facultate commutandi. *ibid.* 352. 362.

16 Potest etiam, si pia voluntas non potest de facto impleri, & de consensu hæredis mutari ut aliquo modo impleatur. Idem *ibid. n.* 322.

17 Immo, si non est omnino impossibile, sed valde difficile. *ibid. n.* 334.

18 Etiamsi ex impossibilitate juris deficiat executio. *ibid. n.* 339.

19 Dummodo testator probabiliter ignoraverit impossibilitatem executionis. *ibid. n.* 343.

20 Et nisi impedimentum sit temporale. *ib. n.* 347.

21 Ex omissione Missarum, seu officiorum non celebratorum, pecuniam, quæ superest, potest Episcopus convertere in alium pium usum ejusdem Ecclesiæ. *ibid. n.* 369.

22 Non autem potest Episcopus commutare, quæ pertinent ad suam Cathedralem, mensamve, aut Capituli sui. *ibid. n.* 378.

23 Neque in iis, quæ spectant ad subditos inferioribus Prælatis, nisi ex horum negligentia, *ibid. n.* 380.

24 Relictum pro sustentatione pauperum in redemptionem captivorum non potest mutare. Genuensis *loc. cit. num.* 8.

25 Relictum pro maritandis puellis non potest converti in usum nondum nubilium. Idem *ibid. num.* 4.

26 Item ad certum usum Ecclesiæ, nempe pro pilastris, non potest in alios usus ejusdem Ecclesiæ, sine causa, nisi aliquid supersit. Idem *ibid. num.* 16.

27 Causæ denique commutationis sunt necessitas, & evidens utilitas. Monet. *supra cap.* 6. *quæst.* 2. *num.* 81.

V. Legatum num. 5.

Com-

Conceptio B. Virginis.

1 QUi dicunt, mortaliter peccare, vel esse hæreticos eos, qui defendunt Conceptionem cum peccato originali, vel e contra affirmant, peccare eos, qui colunt festum Conceptionis, sunt excommunicati. Sixtus IV. Pius V. Trid. *sess.* 5. & Paul. V. 31. *Aug.* 1617. *

a In publicis concionibus, lectionibus, & aliis actibus nemo audeat asserere Conceptionem cum peccato, & asserens contrarium non impugnet aliam opinionem; neque agatur de ea aliquo modo, sub censuris, & pœnis prædictarum Constitutionum. Pius V. *ib.*

3 Datur facultas Episcopis, & Inquisitoribus contra transgressores, etiam Regulares. *ib.*

4 Neque in colloquiis privatis seu scriptis audeat quis asserere Conceptionem cum peccato; neque de hac opinione affirmativa agere sine speciali indulto Sedis Apostolicæ. Gregor. XV. 24 Maji 1622. * Dominicani tamen possunt inter se duntaxat, non inter alios neque cum aliis de materia ejusdem Conceptionis differere: neque super hoc molestari debent. Idem 28. Julii 1622.

5 In officio festi Conceptionis ejusdem non aliud nomen, quam Conceptionis adhibeatur, sub pœnis prædictis. Idem *supra*.

6 Cum facultate, ut supra, Ordinariis, & Inquisitoribus contra quoscumque. *ib.*

V. Regular. jura sub Episcopis n. 64.

Additio Editoris.

„ Omnes, & singulos qui præfatas constitutiones, seu Decreta itaque pergent interpretari, ut favorem per illas dictæ sententiæ, & Festo seu cultui secundum illam exhibito frustrentur: vel qui hanc eamdem sententiam, Festum seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquomodo directe vel indirecte, ut sub quovis prætextu, etiam definibilitatis ejus examinandæ, sive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, seu Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu seu occasione, scripto seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quidquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint; præter pœnas, & Censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacere volumus, & per præsentes subjicimus; etiam concionandi, publice legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa & passiva in quibuscumque electionibus, eo ipso, absque alia declaratione privatos esse volumus &c. Ac libros in quibus præfata sententia, Festum, seu Cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur post Pauli V. supra laudatum Decretum edita (forte editos) aut in posterum quomodolibet edenda (forte edendos) prohibemus sub pœnis & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque declaratione pro expresse prohibitis haberi volumus, & mandamus. Alexander VII.

Concilium Provinciale.

1 CElebretur quolibet triennio a Metropolitano, seu eo impedito, ab antiquiore Episcopo. Trid. *sess.* 24. *c.* 2.

2 Non ergo ab exemplo Episcopo cogi potest antiquiore suffraganeis. Decisum refertur *in praxi Episc. V. Conc. ad* 7.

3 Episcopi omnes, & alii, qui de jure, vel consuetudine, tenentur convenire. Trident. *supra*.

4 Debent vocari, ita, quod non vocatus non tenetur ire, nisi indictum fuisset sequens Concilium in præcedenti. Quar. *V. Conc. Prov. num.* 3.

5 Qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur aliquem vicinum Archiepiscopum semel eligant, in cujus Synodo intersint. Trid. *supra*.

6 Hæc electio mutari non potest. Decis. refert Quar. *l. c. n.* 2.

7 Abbates habentes populum, & membra non exempta, a quibus appellatur ad Archiepiscopum, tenentur accedere. Quar. *in Addit. ubi supra n.* 3.

8 Abbates item habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, & cogentes Synodum, tenentur, *ib. V. Abbas, n.* 46.

9 Commendatarii quoque Episcopalem jurisdictionem habentes, *ib.*

10 Capitula Cathedralium vocari debent. Idem *ib.*

11 Et eo magis, si vacat Sedes. *ib. in add.*

12 Capitula habentia quasi Episcopalem jurisdictionem sunt vocanda. Decisum refertur, *ib.*

13 De necessitate vocandi sunt Episcopis non alii. Quar. *ib.*

14 Hoc est, Ordinarii, & quasi Episcopalem jurisdictionem habentes. *in addit. ib.*

15 Item electi, & possessionem adepti licet non sint consacrati Episcopi. *ib.*

16 Sufficit vocatio per edictum. *ib.*

17 Quamdiu Concilium non erit absolutum moram purgare potest Episcopus. *ib. n.* 4.

18 Non venientibus aliis devolvitur auctoritas ad præsentes. *ib. n.* 5.

19 Gravis necessitas excusat absentem. *ib. n.* 6.

20 Qui subest duobus Metropolitanis, si eodem tempore ab iis vocetur, mittat ad alterum litteras cum Procuratore. *ib.*

21 Possunt compelli, ut veniat. *ib. n.* 7.

22 Sub pœna suspensionis a communibus negoriis cum aliis Episcopis: & post trinam monitionem, excommunicationis. *ib.*

23 Potest Episcopus pro dicto accessu petere subsidium ab Ecclesiis, si pauper est. *ib. n.* 8.

24 Archiepiscopus non potest petere aliquid a Prælatis, sub pœna quadrupli. *ib.*

25 Litteræ Pastorales Archiepiscopi ab Episcopis promulgentur de Concilio celebrando. Prov. 6.

26 In die Epiphaniæ in omnibus Cathedralibus inter dies festos illud evulgetur. Cærem. Episc. *l.* 1. *c.* 31.

27 Item per unum saltem mensem ante, ad valvas Ecclesiæ Cathedralis. *ib.*

28 Tribus proximis diebus Dominicis in Metropolitana, & Parochialibus inter Concionem publicetur. *ib.*

29 Dominico die ante initium Concilii omnes communicent, & orent assidue pro tanto negotio. Prov. 4.

30 Quinta quaque feria Missæ dicantur de Spiritu sancto a singulis Sacerdotibus in Provincia, & in Collegiatis cantentur. Prov. 2.

31 Vel saltem fiet commemoratio, si festo impeditur. Prov. 4.

32 Singulis diebus Dominicis processio cum Litaniis in Collegiatis, & Parochialibus habeatur. *ib.*

33 Et hæc fiat usque ad finem Concilii. Prov. 2.

34 Imo, & singulis diebus a Dominica tertia ante diem Concilii dicatur collecta de Spiritu Sancto usque ad finem Concilii. Prov. 6.

35 Quisque Episcopus inter ea de consilio suorum peritorum materiam instruat pro Concilio. Prov. 4.

36 Duobus saltem comitatus, Diacono, & Subdiacono accedat. Prov. 6.

37 Obviam cuique Episcopo eant Vicarius Generalis, Prælati, & alii, quos mittet Archiepiscopus per duo, aut tria milliaria. *ib.*

38 Cum ingreditur, mula vectus decore non recuset, rogatu, & concessu Archiepiscopi, in via populo benedicere. *ib.*

39 Ad Basilicam majorem eat, oret, obvios in porta habens Canonicos, & clericos ejusdem. *ib.*

40 Si occupati sint in Choro, duo, quatuorve illi obviam eant. *ib.*

41 Campanæ pulsentur, & nisi divina celebrentur, organum quoque cum pia cantus modulatione. *ib.*

42 Inde ad Metropolitanum veniat, qui obviam procedens Episcopum benigne excipiat. *ib.*

43 Paulo ante Concilium instituatur oratio 40. Horarum in Metropolitana. Prov. 4.

44 Oratio sine intermissione curetur a Regularibus, & Monialibus in civitate. Prov. 6.

45 In tota Diœcesi idem præstetur. *ib.*

46 Imo, & in tota Provincia, Episcopi curent. *ib.*

47 Congregationes generales, quæ statæ in singulas hebdomadas habebuntur, significentur, tum campana, tum schedulis affixis. Prov. 4.

48. In Congregationibus utantur Rochetto discooperto, & Mozzetta. Cær. Episc. *l.* 1. *c.* 3. & Archiep. stola rubea supra Mozzettam. Prov. 7.

49 Sedeant in Concilio secundum ordinationis suæ tempus Episc. Cærem. Episc. *l. cit. c.* 31.

50 Episcopus, qui fuit Archiepiscopus, sedebit immediate post Metropolitanum. Quar. *in Addit. l. c. n.* 9.

51 Exemptus sedeat super omnes suffraganeos Episcopos. Decisum refert prax. Episc. *V. Concilium ad* 4.

52 Aliorum ordo in sedendo habetur in Cærem. *l.* 1. *c. ult.*

53 Abbates habentes quasi Episcopalem jurisdictionem habent vocem decisivam. *in Addit. ad Quar. sup. n.* 3.

54 Capitulum Sede vacante habet decisivam per Vicarium Capitularem. *in Addit. ib.*

55 Capitula habent vocem consultivam. Quarant. *ib.*

56 Totum Concilium est Judex, non singuli. *ib. n.* 10.

57 Principalis judex est Archiepiscopus de consilio aliorum, & consensu. Idem *ib.*

58 Et hoc modo pronunciare debet. *ib.*

59 Poterunt alii habere vocem etiam decisivam, accedente consensu omnium suffraganeorum. *in Addit. ib.*

60 Potest suffraganeus impeditus constituere alium suffraganeum cum speciali mandato ad decidendum. Navar. *consil.* 3. *de offic. deleg. in antiquiss.*

61 Vel potius ad præsentandum suum votum in scriptis super aliquo particulari negotio, non in genere. Quar. *in Addit. supra n.* 10.

62 Statur majori parti, licet dissentiat Archiepiscopus. Quar. *ib.*

63 Si nolit ille ideo pronunciare, recurrendum est ad Papam. *ib. n.* 10.

64 Cognoscere autem potest de omnibus causis Ecclesiasticis totius Provinciæ. *ib. n.* 11.

65 Etiam finito Concilio, si ante finem cœpta est cognitio. *ib.*

66 Non potest cognoscere de persona Archiepisc. nisi ad effectum monendi eundem. *ib.*

67 Supplere potest negligentiam ejusdem, & cognoscere de causis appellationum. *ib.*

68 Item & de causis Metropolitanæ Ecclesiæ. *ib.*

69 Potest recusari Concilium, & haberi suspectum: & suspectus Episcopus in aliquo casu debet abesse. *ib. n.* 12.

70 Statuere potest juxta Canones; apponere pœnas, vel gravare, sine præjudicio aliorum. *ib. n.* 13.

71 Ligantur subditi Episcopi suffraganei absentis, & laici quoque in materia spirituali. Idem *ib.*

72 Item & exempti vocati ad Concilium. Trid. *sess.* 24. *c.* 2.

73 Caveatur multitudo statutorum, obligatio ad culpam, usus censurarum nimius. Quar. *supra n.* 13.

74 Non

74 Non obligantur Regulares exempti. Nav. *conf.* 2. *de sepult. in antiq.*

75 Non potest Conc. Provinciale dare facultatem pœnitenti subdito suffraganei eligendi confessarium non approbatum a suffraganeo ipso. Decisum refertur a Quar. *loc. cit. die* 16. *Mar.* 1681.

76 Ex Concilio Trid. debet cognoscere.
De professione fidei. *sess.* 25. *c.* 1. *de ref.*
De judicibus causarum. *sess.* 25. *c.* 10.
De divinis officiis. *sess.* 24. *c.* 2.
De tenuitate Cathedralium. *sess.* 24. *c.* 13.
De examinatoribus, & beneficiis curatis. *sess.* 24. *c.* 18.
De residentia, & licentiis. *sess.* 23. *c.* 3.
De promovendis ad Cathedrales. *sess.* 24. *c.* 1.
De Visitatione earumdem. *sess.* 24. *c.* 2. *& c.* 9. si dubitatur ad quem spectet.
De Monasteriis, negligente Episcopo, *sess.* 23. *de regul. c.* 22.
De locationibus contra Canones factis. *sess.* 25. *c.* 11.
De abusibus Indulgentiarum, miraculis, reliquiis. *sess.* 25.
De minoribus causis Episcoporum criminalibus, nam *sess.* 24. *c.* 5. *& sess.* 13. *c.* 8. excipiuntur graviores.
De collatione beneficiorum indignis. *c. grave, de prabend.*
De officiis publicis datis perperam, vel Judæis, vel Paganis. *c. cum sit de Judæ.*

77 Jejunium celebrent Episcopi cum suis familiis pridie diei Concilii. Prov. 4.

78 Vesperi campanæ pulseutur, quod item fiat pridie cujusque sessionis. *ib.*

79 Imo in omnibus Ecclesiis a primis Vesperis per totam diem, & ipsa die sequenti, quousque Archiepiscopus ingressus fuerit Ecclesiam. Cærem. Episc. *l. c.*

80 Die ipsa Concilii celebrent Episcopi, item Sacerdotes omnes: reliqui communicent, & præsertim familiares, de manu Episcoporum. Prov. 4.

81 In prima sessione Processio solemnis fiat, convocato universo Clero, etiam Regulari. *ib.*

82 Archiepiscopi habitus erit amictus, alba, cingulum, stola, mitra pretiosa. Cærem. Episc. *l. c.*

83 Habitus Episcoporum erit supra Rochettum, amictus, pluviale, mitra auriphrygiata. *ibid.*

84 Abbatum benedictorum erit pluviale, mitra simplex. *ib. V. Abbas a n.* 43.

85 Color rubens adhibeatur. *ib.*

86 Missa de Spiritu Sancto per Archiepiscopum cantabitur. *ib.*

87 Sermo latinus ab eodem habebitur. Pr. 4.

88 Episcopi triplici ductu incensantur omnes. Zerol. *par.* 2.

V. Concilium Tertio.

89 In fine Missæ non datur solemnis benedictio, sed in fine sessionis. Cærem. *sup.*

90 Cætera, ut in Pontificali, & Cær. Episc.

91 In aliis sessionibus Missa, & sermo ab aliquo Episcopo, qui a Metropolitano electus fuerit. Prov. 4.

92 Diebus festis mane saltem conciliares actiones omittantur, ut Episcopi divinis officiis vacent. *ib.*

93 Decreto promulgato de Concilii initio cantetur Hymnus, Te Deum.

94 Festis diebus solemni ritu Missa ab aliquo Episcopo celebretur, & concio præterea ab eodem, vel alio Episcopo ad populum habeatur, præsentibus aliis Episcopis. *ib.*

95 Ad Vesperas item conveniant, & intersint sacræ tractationi, quam Metropolitanus, vel alius Episcopus habuerit. *ib.*

96 Populus quoque supplicationibus obeat Ecclesias insigniores; & audiat quotidie, vel saltem tribus feriis conciones in Metropolitana. *ib.*

97 Singulis diebus Clerus civitatis in capella Archiepiscopali clericales aliquas studiorum exercitationes ineat ad præscriptum. *ib.*

98 Pro familiaribus Episcoporum Theologus Metropolitanus, seu alius explicet eis Psalmos, vel sacros alios libros, quo tempore Congregationes Episcoporum habentur. *ib.*

99 Nullus Episcopus abeat sine causa, & sine licentia. Prov. 4.

100 Non possunt illicentiati recedere ante finem concilii, sub pœna excommunicationis, a qua absolvuntur ab ipsa Synodo tantum. Quar. *in Addit. supra n.* 4.

101 Si quis abiit, Procuratorem relinquat. Provinc. 4.

102 Comprobatis decretis in sessione, chorus cantat Te Deum. Prov. 6.

103 Antequam dimittatur Concilium legantur Sanctiones Tridentinæ, & aliæ, quæ ad mores attinent Episcoporum, & ex Pontificali promissiones factæ in eorum consecratione. Provinc. 4.

104 Episcopi ordine accedentes ad altare majus in ultima sessione assentiendo subscribant post Metropolitanum. *ib.*

105 Idem præstent Procuratores antequam abeant. *ib.*

106 Si non fecerint excommunicationis pœnam incurrant. *ib.*

107 Post acclamationes, & osculum pacis recedant in pace. Cærem. Episc. *l. c.*

108 Non sunt publicanda Decreta inconsulto Romano Pont. Sixtus V. *A.* 1584.

109 Postridie illius diei, quo sessio ultima habita est, Missa solemnis fiat ab aliquo Episcopo pro defunctis Episcopis cum oratione latina, & absolutione solemni 4. Juniorum Episcoporum. Prov. 5.

110 In discessu Episcoporum, paulo ante, quisque eat in Ecclesiam Metropolitanam oraturus. Prov. 6.

111 Infra sex menses a reditu de Concilio debent Episcopi notificare Decreta Concilii approbata a Sede Apostolica. Quar. *l. c. n.* 14.

112 Alias incurrunt suspensionem ab officio bimestrem. Barb. *alleg.* 111. *n.* 21.

113 Non potest Conc. Prov. concedere Indulgentias ultra dies 40. Henriquez asserit de communi. DD. *de Indulg. c.* 31. §. 4.

114 Generale potest concedere Indulgentias plenarias. Leo *in Thes. fori Eccl. p.* 1. *c.* 7. *n.* 17.

ADDITIO.

Decreta Concilii Provincialis per approbationem, quæ fit Romæ a S. Congr. non intelliguntur confirmata a sede Apostolica, sed tantum permissa. *Cong. Conc. Trid.*

Convenientibus ad Concilium Provinciale, Metropolitano, & suffraganeo Cardinalibus hæc videntur observanda quæ in Provinciali septimo Mediolanensi.

1 Metropolitanus ibit obviam suffraganeo Cardinali extra urbem per duo circiter milliaria.

2 Si vehantur eadem lectica, præcedit Crux Archiepiscopalis, & suffraganeus in digniori loco sedens benedicet populo.

3 Si super mulas equitant, ambo hinc inde benedicunt, quod præstitit aliquando, me teste, S. Carolus cum Cardinali non suffraganeo, veniente ad urbem.

4 Si rheda vehuntur, non solet Crux præcedere.

5 In Congregationibus pro negotiis Synodalibus sedent ambo pares in sedibus nobilioribus, quam alii suffraganei, & sub baldachino: sed dignior locus a dextris est Metropolitani: cujus etiam est totam actionem dirigere.

6 Stola adhuc adhibetur, ut supra, a Metropolitano, & Episcopi sedent cum Rocchetto, & Mozzetta.

7 In Ecclesia paratur sedes cameralis æque alta cum pari baldachino, ac sedes Metropolitani, & ex adverso in cornu Epistolæ, pro suffraganeo.

8 In qua sedet Cardinalis suffraganeus tempore Missæ pontificalis Metropolitani, cum cappa rubea, sine assistentibus; accedunt tamen, quoties opus est duo Canonici Cathedralis, ut exuant, induantque Cardinalem, & cum eo dicant Confessionem, Introitum, Epistolam, Evangelium, & alia, quæ legit, & dicit Metropolitanus in sede sua, exceptis collectis: ministrantibus aliis librum, & candelam.

9 Episcopi retinent ad Missam pluvialia, & mitras, quæ, iis præsentibus, erunt e damasceno serico: & incensantur tantum duplici ductu coram Cardinali.

10 In processionibus ad Ecclesiam sive pro Synodo, incedunt pares, Metropolitanus a dextris, & solus benedicens; cum Mazzeriis solitis ante Crucem Archiepiscopalem.

11 Induunt ambo pluvialia; cum mitra auri phrygiata suffraganeus: cum pretiosa Metropolitanus: & cum amictu, alba, stola, &c. & eodem modo sedent pares in sessionibus publicis Concilii supra tres gradus altiores Episcopis, sine baldachino pro ratione loci.

12 In Professione fidei emittenda, genuflectente altero, alter cum aliis stat sine mitra: sedent mitrati ad professionem fidei per Episcopos genuflexos emissam.

13 Cantante Missam alio Episcopo, seu Canonico, sedent ambo illi in cornu dextro altaris, in sedibus cameralibus æqualibus, cum cappa; Metropolitanus in digniori loco, prope altare scilicet, sine assistentibus, & sine circulis Canonicorum: cum cæteris ritibus cæremonialis Episc.

14 Impedito Cardinali suffraganeo, ne Congregationibus intersit, mittuntur duo Episcopi, ut votum illius exquirant, & ad alios reportent.

V. supra V. Cardinalis n. 7. & seq.

V. Canonicatuum collatio, n. 6. Dispensatio n. 8. Subsidium Charitativum n. 8.

Concilium Tridentinum.

1 Prohibentur Glossæ, Commentaria, Annotationes, & Scholia super Decreta Concilii Tridentini, præter quam deputatis a Papa. Pius IV. *Anno* 1563.

2 Sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ iis Prælatis, qui prædicta ediderint. *ib.*

3 Declarationes Concilii Tridentini non probant in foro contentioso, afferantur authenticæ, cum sigillo, & subscriptionibus officialium. Congr. Conc. *in Decreto impresso die* 2. *Aug.* 1631. *

4 Prohibentur omnino translationes Concilii Trident. in Gallicam, vel alias linguas. Congr. Conc. 2. Junii 1629. * addit pœnas Indicis librorum prohibitorum. Congr. Indicis 15. Nov. 1629.

5 Revocata sunt omnia privilegia in iis, quibus contrariatur Concilio Tridentino. Pius IV. 13. Martii 1565.

6 Ne exigantur juramenta contra Decreta Conc. Trid. sub pœna suspensionis a divinis, vel interdicti, vel excommunicationis pro varietate personarum, Papæ reservata. Greg. XIII. An. 1584.

V. Libri prohibiti, n. 15. 16.

Concio Sacra.

1 Episcopus concionari potest in Ecclesiis Regularium. Cong. Episc. 17. Jan. 1584.

2 Si concionatur Episcopus in propria Ecclesia, non potest prætendere eleemosynam solitam dari aliis concionatoribus. Ead. 30. Jan. 1615.

3 Quo tempore Episcopus concionem habet, nemo alius, neque Regularis, concionetur. Prov. IV. ex Decr. Clem. V. (*a*)

(*a*) „ Imo si Episcopus ex causa publica,
„ con-

" convocatis Magistratu, Clero, & populo, " coram se prædicare faciat, potest præcipere " Regularibus, ut a prædicando abstineant. S. " C. C. 10. *Martii* 1465.

4 Non potest Episcopus concionari extra suam Diœcesim. Decis. a Clem. VIII. referunt DD. apud Barb. *alleg.* 76. *n.* 2.

5 Curati animarum festis saltem diebus populo prædicent. Trid. *sess.* 5. *cap.* 2. *sess.* 24. *cap.* 4.

6 Iidem per se, vel per alios impensis suis prædicent omnibus diebus festis, & in Quadragesima, & Adventu quotidie, vel saltem tribus hebdomadæ diebus, & alias opportune, Episcopi judicio. *sess.* 24. *cap.* 4.

7 Qui e Parochis concionari nescit, de scripto Homilias pronunciet. Prov. 1.

8 Parochi ad altare concionaturi stabunt aperto capite, neque tunc altaris candelæ extinguantur. Prov. 6.

9 Si pulpitum ascendant inter Missarum solemnia, casulam deponant, & eo casu caput tegant, sedeant, ut maluerint. *ibid.*

10 Munus prædicationis committi potest per Episcopum etiam clerico, qui non sit in sacris. Decisum referunt DD. cit. a Barbos. *alleg. cit. num.* 45.

11 Nullus sæcularis, sive regularis, etiam in Ecclesia sua, contradicente Episcopo, prædicare præsumat, Trid. *sess.* 24. *c.* 4.

12 Regulares in suis Ecclesiis nonnisi approbati a suis superioribus, & de licentia eorumdem: cum benedictione Episcopi prædicare possunt: Idem. *sess.* 5. *c.* 2.

13 Extra suas Ecclesias concionaturi licentiam ab Episcopo cum benedictione petant. *ibid.*

14 Quæstuarii neque per se, neque per alios prædicent. *ibid.*

15 Concionatores quicumque ante, & post concionem Quadrag. adeant ipsummet Episcopum. Prov. 7.

16 Tenentur prædicatores benedictionem petere ab Episcopo quovis tempore, nedum in Quadragesima, & Adventu. Congr. Episcop. 16. Octob. 1601.

17 Qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, sine licentia Episcopi prædicare præsumpserit, puniri possunt ab Episcopo. Gregor. XV. 5. Febr. 1622.

18 Item & ii, qui in suis Ecclesiis, Ordinum suorum, non petita Episcopi benedictione, aut ipso contradicente. Idem *ibid.*

19 De Parochi licentia potest approbatus concionator prædicare in Parochiali. Decisum refert Barbos. *alleg.* 76. *n.* 25.

20 Potest Ordinarius ab eisdem exigere professionem fidei, si ita videbitur expedire. Decisum refert Fr. Leo *in Thesaur. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 8.

21 In Cathedrali solus Episcopus eligit, & deputat concionatorem, sublata omni consuetudine immemorabili contraria. Decisum refert Barbos. *supra n.* 6.

22 Est autem in optione Episcopi, vel eligere, vel retinere consuetudinem, ita ut si ipse eligat, non compellat alios ad expensas; si relinquat aliis electionem, ad expensas eosdam cogere possit. Decisum refert Idem *ibid. n.* 11.

23 In aliis Ecclesiis ad Episcopum pertinet electio impensis eorum, qui illas præstare tenentur, aut solent. Dec. refert. *ibid.*

24 Non tamen sublata est immemorabilis consuetudo, ubi facultas nominandi Prædicatorem in Ecclesiis non Cathedralibus alteri, quam Episcopo, competeret. Decisum refert idem *ibid. num.* 6.

25 Citra consuetudinem contrariam potest Episcopus eligere concionatorem, sed alimenta, & eleemosynam eidem ipse præstare debet. Congr. Episc. 6. Febr. 1615.

26 Qui per ambitum quæsivisse locum concionandi deprehensus fuerit, eo loco ne concionetur. Prov. 7.

27 Ordinaria concio fiat post Evangelium. Prov. 4.

28 In laudem Defuncti nonnisi post Missam. *ibidem.*

29 Eo tempore non dicantur Missæ, neque Horæ Canonicæ, neque submissa voce, neque in altari subterraneo. *ibid.*

30 Noctu ne fiant conciones. Prov. 3.

31 Cum solemnes Processiones fiunt, Jubilæum, & similia celebrantur, de iisdem conciones habeantur. *ibid.*

32 Idem fiat in Pentecoste de confirmatione. *ibid.*

33 Sacram Scripturam de communi SS. Patrum sensu interpretentur. Prov. 1.

34 Prædicans errores, aut scandala disseminans interdicatur ab Episcopo. Trid. *sess.* 5. *cap.* 2.

35 Ne certum Antichristi diem, aut judicii prædicent. Leo X. Anno 1516.

36 Neque suas revelationes. Idem *ibid.*

37 Neque vitia Episcoporum, aut aliorum Prælatorum singillatim mordeant. Idem *ibid.*

38 Et hæc tria prohibentur sub pœna excommunicationis, reservata absolutione Papæ. *ibid.*

39 Ne historias apocryphas narrent, neque miracula non probata, neque fabulas ineptas, neque hæreticorum opiniones referant apud imperitos. Prov. 1.

40 Ne quemquam nominatim, aut tacite illum designantes insectentur. *ibid.*

41 Indulgentias ne publicent sine consensu Episcopi. *ibid.*

42 Non possunt commendare pauperes in propriis Ecclesiis sine licentia Episcopi, sed tantum propria Monasteria. Cong. Episcop. 8. Maji 1602.

43 Neque collectam pecuniæ proponant, & in Diœcesi Vicarius Foraneus consulatur. Prov. 6.

44 Neque liceat eleemosynæ causa concionatori se ipsum commendare; non tamen vetitum sit piis hominibus de licentia Episcopi id facere. *ibid.*

45 Ca-

45 Canonici, & clerici concioni sæpissime intersint. Prov. 1.

46 Jubeantur adesse sub pœnis arbitrariis. Provinc. 2.

47 Et in habitu chorali. Prov. 4.

48 Viri a mulieribus dividantur. Prov. 1.

49 Qui Parochi conciones non integras audiunt, ex quodam contemptu, graviter puniantur. Prov. 3.

50 Non potest Episcopus cogere populum mulctis, & pœnis ad audiendam concionem in Parochiali. Decisum refert Prax. Episcop. *V. prædic. ad.* 4.

51 Possunt Regulares certo die prohiberi, ne concionentur, ut totus populus conveniat ad Cathedralem. Congr. Episc. 17. *Novembr.* 1592.

52 Neque possunt sermocinari in congregationibus secularium hora illa, in qua Episcopus ipse prædicare voluerit, vel coram se facere solemniter prædicari, Congr. Conc. *Decreto impresso* 1525. *Romæ*.

53 Prohiberi quoque potest concio non solita extra cathedralem tempore Advent. & Quadragesimæ. Congreg. Episc. 10. Februar. 1604.

54 Neque prohibere in Parochiali conciones Quadragesimales eo titulo, ut frequentior sit populus in cathedrali. Eadem 20. Febr. 1601.

55 Populus detrectans subministrare victum de more concionatori, solitamque eleemosynam, compellatur, etiam interdicti pœna. Prov. 4.

56 Prædicatorum eleemosynam ne universitates moderentur, Episcopi curent. Congr. Episcop. 3. Julii 1590.

57 Si ex publico civitatis ærario concionatori solent eleemosynæ dari, ea consuetudo servetur. Decisum refert Barb. *alleg.* 76. *n.* 13.

58 Nulla vero ex parte mercea tribui solita concionatori exigenda est a Pensionariis. Decisum refert Barb. *ibid.*

59 Ubi sunt Hebræi in sabbatis conciones illis habeantur, non in loco sacro, cura Ordinarii. Greg. XIII. Anno 1584.

60 Conveniant illi a 12. Anni supra, ita ut tertia saltem eorum pars intersit, sub pœnis interdicti commercii, & aliis arbitrio Ordinarii. *ibidem*.

V. Archiepiscopus, *n.* 30. *Eucharistia*, *n.* 57. *Excommunicatio n.* 34. *Exequiæ*. *n.* 58. 59. 60. *Interdictum*, *n.* 26. *Monialium cura spiritualis*, *n.* 38. 39. *Montes pietatis*, *n.* 3. *Quadragesima*, *n.* 9. *Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 32. *& seqq. Suspensio n.* 15. *Vicarius Foraneus n.* 10. *Visitatio Episcopi*, *n.* 36.

ADDITIO.

1 Concionante Episcopo, prohibetur aliorum concio. *Cong. Conc.* 2. *Maji* 1929.

2 Non tamen Parochi, eo tempore prohibentur concionari. *Eedem* 11. *Jan.* 1613.

3 Parochi concionanti non tenetur universitas loci dare aliquid, quod solet aliis dari concionatoribus. *Eadem*. 20. *Mart.* 1621.

Concubinarius.

1 TER admonitus ab Ordinario excommunicetur, nec absolvatur nisi paruerit. Trid. *sess.* 24. *c.* 8. *de Matr.*

2 Si neglexerit censuram, severe contra eum procedatur. *ibid.*

3 Mulieres, sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum concubinariis publice vivunt post tertiam monitionem puniantur ab Ordinariis, & extra locum, vel Diœcesim ejiciantur. *ibid.*

4 Semel ad pœnitentiam, & communionem admissi, si in luto eodem peccatorum hæserint, ne amplius ad communionem admittantur, nisi emendati. Prov. 1.

Confessarius.

1 EPiscopi vigore privilegii, de quo *in cap. fin. de pæn. & remiss.* non possunt eligere sibi sacerdotem sibi non subditum in confessarium sine approbatione proprii Ordinarii. Decisum referunt DD. apud Barbosam *alleg.* 25. *num.* 9.

2 Neque potest Concilium Provinciale dare facultatem pœnitenti subdito suffraganei eligendi sibi confessarium non approbatum ab ipso suffraganeo. *Vide sup. Concil. Provinc. n.* 75.

3 Non possunt deputari confessarii a laicis vigore jurispatronatus. Congreg. Episcop. 22. *Maji* 1615.

4 Parochi censentur approbati in civitate, vel oppido, ubi sita est Parochialis ad Confessiones audiendas; non autem passim per totam Diœcesim. Decisum refert Prax. nova Episc. *p.* 2. *c.* 1. *n.* 10.

5 Et dimissa Parochiali, non habetur idoneus. Decisum *ibid.* refertur.

6 Nemo, neque etiam Regularis audire potest Confessiones sæcularium, etiam sacerdotum, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopo per examen, si videbitur necessarium, approbetur. Trid. *sess.* 23. *cap.* 15. (*a*).

„ (*a*) Imo ne Regulares quidem Missionarii possunt secularium Confessiones audire, nisi impetrata prius approbatione a Vicariis Apostolicis. Innoc. XII. *ari.* 1696. & Benedictus XIV. 2. *Sept.* 1745.

7 Neque alius, præterquam Episcopus, potest approbare Confessarios. Decisum refert Barbos. *alleg.* 25. *n.* 12.

8 Nimirum Episcopus loci, ubi auditur confessio. *Navar. Man. c.* 27. *n.* 266. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. *c.* 13. *n.* 77.

9 Sublata sunt privilegia audiendi Confessiones sine prævio examine. Urban. VIII. *Anno* 1628. 13. *Septemb.**

10 Semel examinati, & approbati non debent iterum ab eodem Episcopo examinari, nisi a

ſi a ſucceſſore, ſi velit. Pius V. *Anno* 1571.

11 Qui fuerint approbati ſine examine, poſſunt ſuſpendi, & examinari. Congr. Epiſc. 31. *Julii* 1615.

12 Poſſunt admitti ad tempus. Cong. Epiſc. 7. *Julii* 1594. & Deciſum 2. *Julii* 1587. refert Confectus *In ſumma tit.* 17. *cap.* 4.

13 Licentia ad beneplacitum revocari poteſt. Congr. Epiſc. 12. *Martii* 1519.

14 Expiratque mortuo concedente. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 6. §. 7. *in fine*.

15 Approbentur Confeſſarii in ſcriptis. Provinc. 4.

16 Valet tamen approbatio in voce. DD. cit. a Barboſ. *loc. cit. n.* 10.

17 In facultate, quæ datur Confeſſariis, addatur ſemper clauſula, ne abſolvant a reſervatis. Prov. 7.

18 Non approbati, ſi audiant, excommunicati ſunt. Prov. 1.

19 Et Confeſſio eſt nulla. Prov. 5.

20 Prohibiti audire Confeſſiones, ſi abſolvant, tenet abſolutio, ſi fuerant approbati, niſi eis auferatur juriſdictio. Sà *Conf. n.* 11.

21 Ideo tabella Confeſſariorum approbatorum, ubi ſunt plures, habeatur in ſacriſtia. Provinc. 1.

22 Regulares habeant teſtimonium ſuorum ſuperiorum. Prov. 4.

23 Non poſſunt Confeſſarii Regulares ſuſpendi ab audiendis Confeſſionibus, niſi ex nota cauſa, & ad Confeſſiones attinente; aut ob non ſervatum interdictum ab Epiſcopo poſitum. Congregat. Epiſcop. 20. *Novemb.* 1615.*

24 Neque poteſt adimi facultas audiendi confeſſiones omnibus ſimul unius Conventus, inconſulta Sac. C. Eadem. *ibid.*

25 Prælati Regulares, ſeu alii Religioſi non approbati ab Epiſcopo non poſſunt audire Confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia lato modo ſumpta, & ſerviunt Monaſterio. Deciſum refert Armendar. *apud Barboſ. allegat.* 25. *n.* 46.

26 Secus, ſi vere ſunt de familia, & continui commenſales. *ibid.*

27 Poſſunt audiri ægroti in domibus eorum. Poſſunt tamen Epiſcopi ſub pœna ſuſpenſionis a Confeſſionibus audiendis præcipere, ut Confeſſarii moneant Parochos de audita Confeſſione. Congregat. Epiſcop. 1. Julii 1606.

28 Dent teſtimonium de audita Confeſſione ægrotorum pro Medico, & Parocho. Prov. 4.

29 In articulo mortis, præſente Parocho ſine cauſa recuſante non poteſt quilibet Sacerdos abſolvere. DD. apud Barboſ. *alleg.* 25. *n.* 51. ubi, & aliqui docent, poſſe.

30 Confeſſionalia, ne ſint in cappellis, & cellulis, ſed in Eccleſia aperto loco. Prov. 7.

31 Sera claudatur, imagines piæ affigantur, lamina forata, & tenuis tela adhibeatur. Prov. 4.

32 Nulla ſit ibi capſula pro eleemoſynis. *ibid.*

33 Habeatur ibi Bulla Cœnæ, & Tabella caſuum reſervatorum, *ibid.*

34 Superpelliceum, & ſtola adhibeatur. Pr. 5.

35 Regulares audiant cum habitu Chorali. *ib.*

36 Ne audiantur mulieres ante ortum ſolis, neque poſt occaſum. Prov. 1.

37 Neque in cellis, ſed in ſedibus tabella media. *ibid.*

38 Nec ſine cauſa in privatis ædibus. *ibid.*

39 Qui mulierem in Confeſſione extra ſedem ſolitam, in qua cratis ferrea, ligneave ſit, audierit, ipſo facto ſuſpenſus eſt a munere Confeſſarii. Prov. 7.

40 Reſtitutio incertorum Epiſcopo reſervatur. Prov. 4. *Vide caſus reſervati. n.* 12.

41 Non applicent ſibi pecuniariam pœnam. Prov. 3.

42 Neque ſibi dari patiantur, etiam pro Miſſis. *ibid.*

43 Neque pecuniæ diſtribuendæ ſuſcipiant onus. *ibid.*

44 Qui in ipſo miniſterio pecuniam, vel aliud acceperit, ipſo facto ſuſpenſionem a divinis incurrit, licet ſponte detur. Prov. 7.

45 In Paſchate dent ſingulis teſtimonium de audita Confeſſione. Prov 4.

46 Formula teſtimonii cura Epiſcopi imprimatur. *ibid.*

47 Non licet per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere. Congr. Sancti Officii 19. *Julii* 1602.

48 Sollicitantes in Confeſſione mulieres ubique puniantur. Pius IV. Anno 1561. Gregor. XV. 1622.*

49 Sive ſint peccata inter Confeſſarium & pœnitentem, ſive agat Confeſſarius, ut cum aliis fiant, ſive ante, ſive poſt immediate, ſeu occaſione Confeſſionis, ea etiam non ſecuta; ſive extra Confeſſionem in loco Confeſſionis, ſive ſermones, ſive tractatus habuerint, ſeveriſſime puniantur. *ibid.*

50 Moneant Confeſſarii ſollicitatos teneri ad denunciandum ſollicitantes; alias graviter puniri poſſunt non monentes, ſeu negantes adeſſe obligationem revelandi. *ibid.*

51 Qui criminis ſocius fuerit, aut quoquo modo particeps, ſciat ſibi eſſe interdictum munus audiendi eos, quos habuerit culpæ ſocios. Prov. 7. (*a*).

„ (*a*) Porro abſolutio a Complice data non „ ſolum illicita, ſed invalida eſt ex Benedicti „ XIV. Conſtitutione edita *an.* 1741. Excipe ex „ ejuſdem Benedicti Conſtitutione alia *an.* 1745. „ caſum mortis, in quo aut nullus adſit Sacer„ dos præter illum, quocum pœnitens inho„ neſte peccavit, aut alius quidem adſit, ſed „ is ſit, quem moribundus eligere nequeat ſi„ ne vero periculo ſe ipſum infamandi, aliiſ„ que malam ſui ſuſpicionem ingerendi.

V. Abſolutio n. 7. 34. & *ſeqq. Caſus reſervati n.* 17. *Clericus n.* 49. *Cleri conventus. num.* 3. *Conc. Provinciale num.* 75. *Confraternitates num.* 33. 34. *Doctrina Chriſtian. n.* 16. 18. *Extrema unctio*

unctio num. 1. *Fidei Professio. num.* 27. *Legatus. num.* 5. 8. *Regularium jura sub Episcopis. n.* 15. 16. 17. 84.

ADDITIO.

1 Ex causa concernente Confessiones potest Episcopus suspendere Confessarium approbatum absolute, & revocare licentiam audiendi Confessiones. *Congregatio Episcopi* 30. *Augusti* 1630.

2 Ea item, si Confessarius sit scandalosus, ita ut judicio Episcopi, cujus oneratur conscientia, a Confessionibus sit repellendus, aut suspendendus. *Eadem ibid.*

3 Præcipitur omnibus ordinariis, ut in actu approbationis Confessariorum, eisdem legatur, & intimetur Constit Greg. XV. contra sollicitantes, & præsertim §. *ita*, *Decret. S. Offic.* 3. *Octob.* 1626.

4 Qui sollicitaverit ad turpia in Confessione, vel ante, vel post eam per quamcumque gratiam factam, vel faciendam non potest restitui, ut valeat Confessiones sæcularium audire. *Congreg. S. Officii* 2. *Decemb.* 1562. *apud Laur. de Franch. tom.* 1. *controv. qu.* 4. de hac materia.

5 Neque ille, qui abjuravit alias secrete, vel publice, aut alias quomodocumque. *Ead.* 13. *Aprilis* 1630.

6 Qui de levi abjuravit, non est impeditus audire Confessiones, etiam sæcularium. Eadem. *ibid.*

7 Si sollicitati noluerint manifestare sollicitantes, potest Episcopus dare auctoritatem Confessario recipiendi in scriptis eam juramento denunciationem personæ solicitatæ, quæ consensit, quam statim tenebitur Confessarius deferre Episcopo, vel Inquisitori. Decr. S. Off. 27 Sept. 1624. per litteras datas ad Archiep. a Car. Millino.

Confirmatio.

1 Debet ministrari cum pluviali, stola, & baculo. Congreg. Episcop. 19. *Februarii* 1585.

2 In die feriali potest ministrari, & a non jejuno. Sylv. *V. Confirmatio quæst.* 1.

3 In palatio Episcopi, seu loco honesto, potest; Henriq. *lib.* 3. *Confirm. c.* 6. §. 7. *in fine*.

4 Neque accedant ii, qui de aliena sunt Diœcesi. *Prov.* 4. Sà *V. Confirmatio. n.* 3.

5 Confirmans tamen non sibi subditos non incurrit culpam, neque pœnam ex præsumptione, quod placeat Episcopo alieno. Henriq. *loc. cit.* §. 6.

6 Minoribus septennio ne ministretur, nisi aliud Episcopo videatur, ex causa. Pr. 1.

7 Potest puer trium annorum confirmari. Barbos. *loc. cit.* M. Ant. Gen. *in Man. Past. c.* 54. *num.* 3.

8 Muti, & surdi possunt confirmati. Barbos. *loco cit. n.* 20.

9 Et perpetuo amentes. Idem. *n.* 21.

10 Adulti prius peccata confiteantur, & jejuni confirmentur, si mane ministratur: caput etiam mundent. *Prov.* 5.

11 Stabunt adulti, ita ut pedem dextrum pedi compatris dextro quisque superponat. *ibid.*

12 Mares primo, tum fœminæ confirmentur. *ib.*

13 Mutandum nomen in melius, si primum non congruit. *ibid.*

14 Confirmati frons abstergatur a sacerdote, tum a clerico in sacris lavetur. *ibid.*

15 Pannus chrismalis, si opus est, poterit iterum poni super alium confirmatum. Durand. *in Ration. lib.* 6. *c.* 84. *n.* 8.

16 Nullus excommunicatus, interdictus, vel gravioribus facinoribus alligatus, aut Christianæ fidei rudimenta non edoctus, accedat ad hoc recipiendum sacramentum. Pontific. Rom.

17 Patrinus debet esse alius ab eo, qui fuit in Baptismo. DD. apud Barbos. *alleg. cit. n.* 51.

18 De numero Patrinorum dic ut supra in Baptismo cum Tolet. *in sum. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 11.

19 Non refert, ut Patrinus sit major ætate. DD. apud Barbos. *n.* 39. *loc. cit.*

20 Ne sint Monachi, vel Abbates, *cap. non liceat de consecrat. distinct.* 4.

21 Neque excommunicati, interdicti, facinorosi, aut ignorantes rudimenta fidei. Pontif. Rom.

22 Sint confirmati. Sylv. *V. Conf. n.* 4.

23 Nullus præsentet nisi unum, aut duos, non plures. *ibid.* & Pontif. Rom.

24 Nihil donetur a Patrinis. Prov. 1.

25 Describantur confirmati in libro. *ibid.*

26 Episcopus exiens per villas, & oppida, ut Sacramentum Confirmationis ministret, a nemine est procurandus. Decisum refert Barbos. *alleg. cit. n.* 10. oppositum docent Genuens. *in Manual. Pastor. c.* 35. *n.* 16. & Campan. *Rubr.* 11. *c.* 26. *n.* 105.

27 Negligentia Episcopi notabilis in confirmando, mortale peccatum est. Sà. *V. Confirm. n.* 12.

28 Reiteratio Confirmationis an inducat irregularitatem; Ajunt. Negant DD. apud Barbos. *alleg.* 30. *num.* 28. 29. 30.

V. Interdictum, n. 30. *Irregularitas. n.* 35. *Monialium receptio, n.* 36. *Sacramenta, n.* 3.

ADDITIO.

1 Episcopus alienus ministrans hoc Sacramentum debet ab Episcopo Diœcesano provideri. Congr. Episcop. 15. Maii 1582. & apud Barbos. *de jure Eccl. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 42.

2 Ordinatus ante confirmationem, etiam scienter non est irregularis. *Navar. in Man. c.* 22. *n.* 9. & *Barb. de pot. Episc. alleg.* 2. *n.* 14. contra Majolum, & alios.

Confraternitates.

1 Una tantum ejusdem generis, sive a Regularibus, sive a sæcularibus in singulis

lis locis institui potest. Clemen. VIII. Anno 1604.

2 Non licet Regularibus instituere Confraternitates cum usu saccorum sine Ordinario loci. Cong. Episc. *6. Dec. 1616.*

3 De consensu Ordinarii instituantur omnes, qui & statuta probet. Clem. VIII. *sup.*

4 Privilegia, & Indulgentias nominatim concessas communicare licet, non alias, cum recognitione earumdem ab Ordinario per duos de Capitulo Cathedralis Ecclesiæ facienda. *ib.*

5 Expediantur litteræ aggregationum, seu institutionum gratis. *ibid.*

6 Sub pœna privationis officiorum, & nullitatis actorum. *ibid.*

7 Confraternitates sanctissimi Sacramenti ubique terrarum erectæ, vel erigendæ absque nova concessione, communicatione, vel aggregatione participes sunt quorumcumque privilegiorum, concessionum, indulgentiarum, & gratiarum Archiconfraternitati de Minerva concessorum, & concedendorum, statim ac earumdem erectio Apostolica, vel auctoritate ordinaria facta fuerit. Cong. Indulg. 15. *Feb.* 1608.

8 Facultates concessæ Dominicanis pro societate Rosarii, locum non habent in societatibus ejusdem extra eorum Ecclesias. Congreg. Episc. 13. *Maji* 1603.

9 Unicuique Confratriæ præficiatur idoneus sacerdos. Prov. *6.*

10 Officiales quotannis eligantur, & cum secretis suffragiis. Congr. Episc. 18. *Julii* 1594.

11 Electio Officialium ad confratres, confirmatio ad Episcopum spectat, exceptis iis, quæ sub immediata Regum potestate existunt. Ead. 11. Aug. 1617.

12 Fiat præsente Parocho, vel alio Sacerdote deputato ab Episcopo, nisi aliud Episcopo videatur. Prov. 5.

13 Nihil inde emolumenti accipiatur, neque Officiales ipsi eligant successores. Cong. Episc. 24. Aprilis 1584.

14 Electione Officialium prorrogata sine Ordinarii licentia, acta omnia sint deinceps nulla. Prov. 7.

15 Ne admittantur in iis, qui doctrinam ignorant Christianam. Prov. 5.

16 Neque homines facinorosi, turpis vitæ, aut infamiæ labe notati. *ibid.*

17 Qui adscripti, & moniti non se emendarint, amoveantur. *ibid.*

18 Amictus ne detur alicui, nisi præsente Parocho, vel alio sacerdote, qui amictum stata prece benedicat. *ibid.*

19 Neque amictum domi, aut alibi, quam in schola asservet, & confratriæ dimittatur, quocumque casu ille recedat. *ibid.*

20 Arma ne quis gerat una cum sacro amictu. *ib.*

21 In Oratoriis Confratrum ne retineatur Eucharistiæ sacramentum. Congregat. Episcop. 21. *Mar.* 1594.

22. Si concedatur ibi servari Eucharistiam, Sacerdos ibi ab Ordinario approbatus resideat. Prov. 7.

23 Neque exponatur oratio 40. horarum sine licentia Episcopi. Congr. Episc. 20. Aug. 1621.

24 Prohibetur item processio sanctissimi Sacramenti. Prov. 7.

25 In Dominicis, & festis diebus Missæ sacrificium ne fiat ibi, nisi tempore, & hora ab Ordinario præscribenda. *ibid.*

26 Feria V. & Sabbato Sancto ne ibi Missa celebretur, neque cuiquam, ne ipsis quidem confratribus a Dominica Palmarum, usque ad Dominicam in Albis inclusive Eucharistiam ministrare liceat. *ib.*

27 Neque in Nativitate Domini, Ascensione, Pentecoste, Assumpt. B. V. & omnium Sanctorum Festo. *ibid.*

28 Nullæ benedictiones ibi fiant candelarum, ramorum, ovorum, & frugum, sub pœna sacerdoti benedicenti suspensionis a divinis eo ipso, confratribus autem arbitrio Episcopi. *ibid.*

29 Officium B. V. tantum, submissa voce recitent, non autem cantent. *ibid.*

30 Vesperas eodem modo. *ibid.*

31 Officia recitent, vel ante, vel post officia Cathedralis, & Parochialis Ecclesiæ, neque impediant Doctrinam Christianam. Prov. 5.

32 Non benedictionem, neque thurificationem sibi invicem, vel aliis impartiantur. Prov. 4.

33 Confessarii quicumque eligendi approbentur a superioribus, & Ordinario: & absolvere possunt juxta privilegia Confraternitatum, quatenus sunt in usu, & non adversantur Tr. Conc. neq; constitutionibus Pontificis. Clem. VIII. *ubi supra.*

34 Non a casibus Bullæ Cœnæ, nec a reservatis Papæ, vel Ordinario loci, neque ab excommunicatione lata ab homine, neque in irregularitate dispensare possunt. *ibid.*

35 Eleemosynæ colligi debent ad præscriptum Ordinarii, remotis capsis, & mensis. *ibid.*

36 Neque liceat sine licentia Episcopi quæritare eleemosynam. Prov. 5.

37 Oneribus satisfaciant, aut in propria Parochiali, aut in Ecclesiis intra ejus Parochiæ fines ab Episcopo designatis, nisi testatores aliud statuerint. Prov. 7.

38 Anniversaria, & quæ septimo, vel trigesimo die fiunt officia, in Parochialibus fiant, nisi habeant jus sepulturæ. *ibid.*

39 Et cum Parocho quoque præsente, qui officium peragat, & quando scilicet ibi cadaver est sepultum. *ibid.*

40 Duplicata eo casu detur Parocho eleemosyna. *ibid.*

41 Parochus, intra cujus fines est Ecclesia Confraternitatis, debet adesse funeribus, quæ fiunt in dicta Ecclesia, & idem debet cantare Missas solemnes, alioquin cantet cappellanus. Congr. Episc. 20. *Augusti* 1601. *V. Parochorum munera. num.* 21.

42 Ne invitent confratrem tacite, vel expres[s]

ptesse, ut sibi eligat sepulcrum in eorum Ecclesiis, in quibus est jus sepulturæ, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Prov. 7.

43 Et quidquid inde detrimenti cœperit Ecclesia parochialis, seu alia, cui sepeliendi jus competebat, totum resarciant. *ibid.*

44 Neque possint associare funus ullum, nisi, qui obiit, unus sit ex ipsis, vel facultatem in scriptis obtinuerint ab Ordinario; quibus cassibus nihil consequantur. *ibid. V. exequiæ n.* 29.

45 Psalmodia ad mortuorum corpora, thurificatio, aquæ aspersio laicis confratribus ne permittatur. *ibid.*

46 Sepultura nemini in eorum Oratoriis, Ecclesiisve concedatur, nisi Episcopo constent id ei licere; ubi vero jus sepulturæ concessum est confratribus, nemini alii, neque jure electionis, sed neque ipsis quidem confratribus; nisi per sex menses ante obitum fiunt adscripti. Provinc. 2.

47 Ad solemnes Cleri processiones accedant. Prov. 2.

48 Fiat processio quotannis ab omnibus simul Confratriis in civitate, in Diœcesi vero in propriis locis sumpta ab iisdem sacra communione, in gratiarum actionem de dono indulgentiæ concesso a Sede Apostolica. Prov. 3.

49 Dignior locus detur antiquiori confratriæ, quæ habitum prius assumpserit de Episcopi, aut Papæ facultate, & solita fuerit antea obire supplicationes, licet tempore sit inferior, & minoribus gaudeat privilegiis. Prov. 6.

50 Cum processiones agunt, sacerdotem secum habeant. Prov. 5.

51 Neque Crucem, quæ per clericos præferri solet, deferant, sed imaginem Crucifixi, & sanctorum. Prov. 7.

52 Noctu ne obeant ipsi processiones sine licentia Episcopi, & cum certis regulis. Prov. 6. *V. Indulgentia num.* 24. *Juspatronatus, n.* 36. *Monialium Ecclesia, num.* 15. *Præcedentia, n.* 2. 3. *Processio num.* 13. 49. *Seminarium clericorum, n.* 33. *Visitatio Episcopi, num.* 4. 23. 24. 25. 42.

ADDITIO.

1 Confraternitati Rosarii non competit præcedentia super alias, quæ ante illam habent habitum. Cong. Rit. 9. Dec. 1617.

2 Idem dic de Confraternitate Corporis Christi in processione ejusdem. Ead. 30. Sept. 1628.

3 Non possunt Confraternitates in suis Ecclesiis per suos Capellanos facere solemniter celebrare, confessiones audire, sepelire, Sacramenta ministrare, & similia, quæ ad solum Parochum spectant, sine licentia ordinarii, & Parochi, ead. 18. Maji 1602. 14. Januar. 1612.

Conservatores.

1 Litteræ Conservatoriæ non suffragantur ad hoc, ut coram suo quisque Ordinario in criminalibus, & mixtis causis non possit accusari, & contra eum inquiri, C. Trident. *sess.* 4. *cap.* 5.

2 In civilibus etiam causis, si ipse auctor fuerit aliquem trahere in judicium, ei non licet apud suos Conservatores judices. *ibid.*

3 Litterarum Conservatoriarum beneficium ultra quinquennium non valet. *ibid.*

4 Et durante quinquennio mutari non possunt, nisi ex causa legitima. Gregor. XV. Anno 1621.

5 Expirat etiam officium morte concedentis, nisi negotia sint incepta, DD. apud Barbos. *alleg.* 106. *num.* 50.

6 Vicarii Generales non possunt esse Conservatores. DD. apud Barbos. *ibid. num.* 13. Affirmant alii posse. *ibid.*

7 Neque Priores, seu Guardiani, aut alii Regulares. Congr. Episcop. 6. *Octobris* 1617. *apud Barbos. supra num.* 15.

8 Debent autem esse Judices electi in Provinciali, vel Diœcesana Synodo. Gregor. XV. *supr.*

9 Alioquin per annum coram Ordinario cognoscantur causæ. *ibid.*

10 Electio facta exhibeatur Ordinario infra duos menses, alias coram eo agantur causæ. *ib.*

11 Non possunt deputare Subconservatores. DD. apud Barbos. *supra num.* 4.

12 Neque habent jurisdictionem, nisi in casibus, * in quibus Regulares sint rei; neque extra civitates, aut Diœceses in quibus deputantur. Greg. XV. *supra.*

13 Non tamen sublata est facultas, quam habent Conservatores defendendi Regulares a manifestis injuriis, ac violentiis, dummodo observent formam præscriptam in constitutionibus Innoc. IV. & Bonif. VIII. relatis *in cap.* 1. *& fin. de offic. deleg. in* 6. declar. Cong. Concil. edita *Anno* 1624.

14 Constitutio Gregor. XV. de Conservatoribus non afficit Religionem Jerosolymitanam, nisi quoad Judices Conservatores, eidemque Religioni adhuc jus ejusmodi Judices Conservatores eligendi competit. Congreg. Concil. 6. *Febr.* 1627. *& Urbanus VIII.* 27. *Febr.* 1628.

15 Orta controversia inter Conservatorem, & Ordinarium super jurisdictione, per arbitros judicetur. Trid. *supra.*

16 Et hi eligantur ante progressum causæ. Greg. XV. *supra.*

17 Nullum habeant proprium tribunal. Trid. *loco cit.*

18 In Mediolan. Provincia servetur constitutio Greg. XIII. Prov. 7. nimirum.

19 Quod ii in curia tantum Episcopali, loci, ubi deputati sunt, jus reddere teneantur, alibi minime, ne partibus quidem consentientibus.

20 Causas, quæ judicialem requirunt indaginem, non debent attingere.

21 Sed eas tantum cognoscant, quæ a jure sunt concessæ de manifestis injuriis, & violentiis.

22 Ne-

22 Neque facultatis fines excedant sub pœna annuæ suspensionis ab officio, & nullitatis processus: pars autem excommunicationi subjaceat.

23 Orta controversia præter arbitros, licere Conservatori ad suum confugere superiorem.

24 In causis ne pronuncient, prout in cedula, neque habeant terminum pro servato; sed libere sententiam ferant, & de scripto publicent.

25 Propinas accipere non possunt, si constitutum habent stipendium; alioquin eas moderatas juxta taxam Greg. XIII. per manus Notarii, sententia publicata.

26 Quicquid ultra taxam receperint, restituant, neque valet dantium remissio, liberalitas, aut gratia, etiam in foro conscientiæ.

27 Depositio pecuniæ notetur a Notario quo die facta est.

28 Neque deponatur nisi post traditam Notario sententiam.

29 Ante diffinitivam nihil omnino accipiant; neque pro interlocutoriis, aliisve decretis, neque pro legendis scripturis, & processibus.

30 Assessores, seu arbitri, nihil eo nomine accipiant, ob visas scripturas, aut decisivum suffragium, & in foro conscientiæ tenentur restituere.

31 Esculenta, & poculenta triduo consumptibilia non prohibentur accipi.

32 Advocatos, Procuratores, Solicitatores, qui causas apud ipsos agant, neque verbo nominent, aliove modo designent, neque domi in contubernio habeant.

33 Notarios sibi sumant curiæ tantum Episcopalis.

34 Qui taxam sui Ordinarii sequantur, & exigant, præterquam in casibus a Greg. XIII. expressis, in quibus, si taxæ minores sunt Ordinariorum, eæ omnino serventur. Hæc omnia Greg. XIII. 4. *Jun.* 1580. * *V. Regularium jura sub Episcopis. num.* 55. *seqq.*

ADDITIO.

1 Abbates Olivetani possunt eligi in conservatores, Congr. Conc. 2. Mart. 1619. si fuerint electi Judices synodales.

Contractus.

1 Societates cum capitali salvo sunt usurariæ, etiam in casu fortuito. Sixtus V. Anno 1586.

2 Sub pœna nullitatis prohibentur, & aliis usuræ pœnis. *ibid.*

3 Census creari debet super re immobili, fructifera, & certis finibus designata. Pius V. An. 1589.

4 Item in pecunia numerata, coram Notario, & testibus in actu instrumenti. *ibid.*

5 Sine ulla conventione de casu fortuito. *ib.*

6 Cum libertate vendendi rem illam absque laudemio, &c. & quomodocumque alienandi. *ib.*

7 In venditione tamen præferatur dominus census, & per mensem expectetur. *ib.*

8 Pacta de lucro cessante ob moram solutionis, seu alia similia, nulla sint. *ibid.*

9 Neque census augeatur, neque novus creetur super eadem re, vel alia pro censibus temporis præteriti, vel futuri. *ibid.*

10 Neque imponantur onera, quæ sunt extra naturam hujus contractus. *ibid.*

11 Pereunte re in totum, vel ex parte, pro rata pereat census, & pro rata possit extingui. *ib.*

12 Pro extinctione fiat denunciatio ante duos menses, & post denunciationem intra annum omnino solvatur pretium. *ibid.*

13 Si non extinguatur, adhuc semper extingui potest. *ibid.*

14 Neque pactum ullum fiat ob non extinctum censum. *ibid.*

15 Aliter creati census habeantur fœneratitii. *ibidem.*

16 Res infructifera ea esse declaratur, quæ tota, vel ex parte infructuosa perpetuo redditur, non aliquibus annis. Pius V. 1570.

17 Neque prohibetur, quin possint repeti expensæ, quæ fiunt litigando contra morosum debitorem. *ibid.*

18 Neque prohibentur fidejussiones, aut hypotheca bonorum pro evictione rei gravatæ censu, aut solutione census. *ibid.*

19 In casu dotis assignandæ non est necessaria pecunia coram Notario, & satis est etiam idonea schedula bancaria pro pecunia numerata. *ibidem.*

20 Census super bonis Communitatum status ecclesiastici non possunt excedere septem pro centenario. Clem. VIII. apud Nald. *V. Census n.* 15.

Additio Editoris.

„ 1 Loca pia, & sacræ Ædes, quæ deposita „ retinent, dum mutuant indigentibus pecu„nias, accepto pignore, non possunt quidquam „ a mutuatariis, nisi ex Sedis Apostolicæ dispen„satione, accipere. S. C. C. 7. *Februar.* 1637.

„ 2 Confer in altera hujus tomi parte Benedicti XIV. Encyclicam *de usura.*

Convertitæ.

1 Constitutiones Convertitarum serventur. Trid. *sess.* 25. *cap.* 18. *de Reg.*

2 Numerus certus ne in iis constituatur, nec habeat locum in iis, quod loco dotis, vel alimentorum in aliis Monialibus est decretum. Prov. 6.

3 In iis recipiendis sufficit consensus majoris partis Capituli. *ibid.*

4 Item in iis admittendis ad professionem. *ib.*

5 Professio emittatur ea ætate, eoque temporis spatio, quibus jure communi liceat, aut earum statutis est cautum. *ibid.*

6 Quæ post annum probationis non sunt habiles ad professionem, aut eam se mittere recu-

eusint, e Monasteriis nisi causis jure permissis, ne ejiciantur; sed tempus Novitiatus prorogetur. *ibid.*

7 Neque ex, quæ non sunt habiles ad officium, etiamsi domus illa non egeat Conversis, contra institutum repellantur. *ibid.*

V. Monialium clausura per totum.
Monialium educatio activa. num. 4.
Monialium cura temporalis. num. 19.

Corporale.

1 EX lino debet esse. *cap. Consulto de cons. dist.* 1.

2 Et canabe fieri potest. Azor. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 8.

3 In extima parte ejusdem addi potest sericum, & aurum. Suar. 3. *p. disp.* 81. *sect.* 6.

4 Crux acu pingi potest in anteriori parte. Acta Med. Eccl. *de sacr. suppellect.*

5 Benedicitur una cum palla. Pont. Rom.

6 Non debet tangi a laicis, nec a sacratis fœminis. *c. Sacratas. dist.* 23.

7 Neque lavari debet in vase communi. Ordo Rom.

8 Post primam lotionem potest tangi, & reparari a non sacris, antequam iterum adhibeatur. Sylv. *V. Corporalia quæst.* 1.

9 Post usum, & post lotionem non debet iterum benedici. idem. *ibid. quæst.* 2.

Curiales.

V. Exempti. num. 3. 4.

Decimæ.

1 SOlvantur integre ab iis, ad quos spectat. Trident. *sess.* 25. *cap.* 12.

2 Qui eas subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec absolvantur, nisi plena restitutione secuta. *ibid.*

3 Evulgetur hoc decretum Concilii in Dominica prima Adventus. Prov. 1.

4 Non potest Episcopus alicui concedere immunitatem a Decimis per viam privilegii. Monet. *de Decim. c.* 5. *q.* 2. *conc.* 1.

5 Potest remittere Decimas, maxime suæ mensæ debitas ex justa causa. *ibid.*

6 Item interponere decretum, & consensum in compositione super solutione Decimarum. *ib.*

7 Decimarum ecclesiasticarum investituras in perpetuum factas laicis, sed minus legitime, declaret irritas Episcopus in earum recognitione. Prov. 3.

8 Privilegium concessum Religiosis aliis de non solvendis Decimis, etiam ex agris antiquitus cultis, non extenditur ad eas, in quarum possessione is est, cui de jure competunt Decimæ. Monet. *sup. concl.* 3.

9 Consuetudo nihil solvendi Ecclesiæ ministris, quantumcunque longa, non valet, quando minister sustentari non potest in Parochia. *ibid. q.* 4. *concl.* 2.

10 Valet compositio inter personas ecclesiasticas, ut Decimæ uni Ecclesiæ debitæ, solvantur alteri. Idem *ibid. quæst.* 6. *concl.* 1. & 2.

11 Accedente consensu Episcopi. *ibid. conclus.* 1. & 2.

12 Valet compositio, & transactio super Decimis decursis sine consensu superioris. *ibidem. concl.* 3.

13 Non valet de futuris sine consensu Papæ. *ibid. concl.* 4.

14 Valet, si compensetur Ecclesia aliis in rebus de consensu Episcopi. *ibid.*

15 Decimæ Episcopales possunt remitti personis ecclesiasticis de consensu Capituli. Idem *quæst.* 7. *concl.* 1.

16 Non potest remitti Decima Parochialis alicui laico de consensu Episc. *ib. concl.* 2.

17 Consuetudo circa portionem, & quantitatem Decimæ attendenda est. *ib. q.* 4. *concl.* 1.

18 Exactio Decimarum Capituli, etiam ab iis de Capitulo ad suum usum conduci potest, facultate ab Episcopo data, cum gravis causa urgebit. Prov. 4.

19 Qui Decimas debet, biduo ante moneat Rectorem, quam bona sua in domum suam portet, nisi aliter sit cautum. Prov. 3.

20 Debent inferri in horrea clericorum, ubi sine magno sumptu, & labore id fieri possit. Monet. *c.* 6. *quæst.* 1. *concl.* 1.

21 Non possunt asportari fructus donec clerici certiores fiant de collectione, nisi obstet consuetudo. *ibid. concl.* 2. & 4.

22 Decimæ prædiales debent solvi statim ac fructus collecti sunt. *ib. quæst.* 2. *concl.* 1.

23 Decimæ personales regulariter in fine anni. *ibid. concl.* 2.

24 Attenditur consuetudo. *ibid. concl.* 4.

25 Non possunt propria auctoritate capi, sed peti debent. *ibid. q.* 3. *concl.* 4.

26 Potest Episcopus nomine cujuslibet Ecclesiæ Parochialis subjectæ ad Decimas agere, quando non est Curatus, qui agat idem. *cap.* 7. *q.* 1. *concl.* 7.

27 Non solvens excommunicari potest, ac debet. Idem *ib. c.* 7. *q.* 5. *concl.* 1.

28 Potest judex ex officio procedere contra non solventem. *ibid. q.* 6. *concl.* 1.

29 Causa Decimarum est executiva, appellatione remota, invocato etiam brachio sæculari. nulla compensationis habita ratione. *ib. quæst.* 4. *tota.*

30 Si quæstio sit de Decimis inter clericos, causa est summaria. *ib. c.* 8. *q.* 3. *concl.* 1.

31 In visitatione potest visitator cogere subditos ad solvendum Parocho Decimas. *ib. quæst.* 6. *concl.* 2.

32 Possunt denegari Decimæ deneganti injuste sacramenta. *ibid. c.* 7. *q.* 1. *concl.* 11.

33 Potest Episcopus etiam Decimarum assignatione augere redditus Ecclesiæ Parochialis adeo

adeo exiguos, ut debitis nequeant oneribus satisfacere. *ibid. cap.* 8. *q. 6. concl.* 3.

34 Laicus conductor Decimæ debet conveniri coram judice Ecclesiastico. Idem *ibid. quæst.* 1. *n.* 17.

ADDITIO.

1 Clerici non tenentur solvere Decimam suorum beneficiorum. DD. cum Barbos. *de jure Eccl. l.* 3. *cap.* 26. §. 3. *n.* 8.

2 Sed bonorum suorum sæcularium, quicumque ii sint, licet non sint subditi Parocho. *ib. n.* 10.

3 Pertinentes ad Ecclesiam matricem non transeunt ipso jure in Parochialem Ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud matricem, nisi eas Episcopus novo Parocho assignaverit ad præscriptum Conc. Trid. Congreg. concil. 11. Mart. 1617.

4 Decimæ ratione prædiorum acquisitorum per Regulares solvendæ sunt, donec doceant de sufficienti privilegio. Ead. 4. & 18. Decem. 1627. 1. Sept. 1639. 13. Apr. 1630.

Degradatio.

1 AN sit necessaria degradatio realis in casibus, in quibus clerici in minoribus sunt puniendi a laico judice: Affirmant, Negant DD. apud Barbos. *alleg.* 110. *n.* 8.

2 Ad solemnem clerici degradationem, quot, & qui concurrant. Vide Trid. *sess.* 13. *c.* 4.

3 Episcopus electus, non consecratus, non potest actualiter clericum degradare. Barbos. *de pot. Episc. alleg. cit. num.* 24.

4 Episcopus cognoscit contra exemptos in omnibus criminibus requirentibus actualem degradationem. DD. apud Barbos. *ibid. n.* 28.

5 Assistentes degradationi debent adesse in cognitione causæ, & in pronuncianda sententia ferre suffragium. *ibid. n.* 25.

6 Prælati Religiosorum non habent facultatem degradandi suos subditos. *ibid.*

7 Verbalem degradationem merentur adulterium, concubinatus, perseverans post monitionem in simonia notoria, stuprum, incæstus, furtum, perjurium, homicidium, etiamsi sit patratum solo consilio, delictum, quo quis sua culpa permittit decedere suum Parochianum sine baptismo, & alia, quæ inferunt irregularitatem. Monet. *de distribut. q.* 17. *n.* 6.

8 Realem merentur hæresis, crimen falsi in litteris Apost. conspirationis in proprium Episcopum. DD. apud Barbos. *cit. loc. n.* 11.

9 Item quando quis commisit immane delictum, puta, homicidium qualificatum: & in proditoriis, parricidio, fratricidio, combustione Ecclesiæ, assassinio, & similibus. Idem *num.* 13. (*a*).

„ (*a*) Hæc inter crimina speciatim ex Con„ stitutionibus Innocentii XI. Alexandri VIII. „ & Benedicti XIV. recensendum sacrilegum „ Eucharistiæ furtum, sive cum sacra Pyxide, „ sive sine illa quis sacram Hostiam surripiat, „ & apud se retinere, aliove transferre præsu„ mat. Adde ex Constitutione Urbani VIII. „ *In suprema*, fabricationem, tonsionem, aut a„ dulterationem monetæ aureæ, vel argenteæ, „ ejusque adulteratæ erogationem, vel exposi„ tionem in Provinciis, & civitatibus Italiæ.

10 Item non ordinatus, celebrans, vel sacramentalem audiens Confessionem. Clem. VIII. 1. Decembris 1601.

11 Item solicitans mulieres in Confessione, si delictum sit grave. Greg. XV. *in suo Decreto.*

12 Item criminis nefandi reus. Pius V. in bulla *V. si exercuerit.* Barbos. *alleg.* 44. *n.* 25.

13 Item reus de abortu animato. Quaranta *V. Abortus. n.* 6.

14 Degradatum non potest restituere Episcopus. Sylvest. *Degradatio quæst.* 9.

15 Nisi verbaliter tantum degradatum, Toler. *lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 7.

Diaconi Selvatici.

V. Clericus num. 86.

Dispensatio.

1 DIspensationes quacumque auctoritate concedendæ summarie recognoscantur a locorum ordinariis. Trid. *sess.* 22. *cap.* 5.

2 Fiant causa cognita, urgenti, & justa ratione, summa maturitate, & gratis, aliter censeantur surreptitiæ. Id. *sess.* 25. *c.* 18.

3 Circa Canones Pontificios, qui imponunt legem ipsis Episcopis, non potest Episcopus dispensare, nisi reperiatur hoc concessum. Sylv. *V. Dispensatio q.* 13.

4 Quoties in jure exprimitur, ut cum aliquo possit dispensari, & non dicitur, per quem, dispensare potest Episcopus. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 99. *num.* 4.

5 Et potest in materia levi. Sa, *Dispensatio n.* 9.

6 Dispensatio non impeditur, si dum Papa tribuit facultatem dispensandi, dispensandus iterum copulam habeat cum ea, pro qua impetratur dispensatio. Bonac. *de leg. disput.* 1. *quæst.* 1. *puncti.* 5. *prop. unic. num.* 4.

7 Dispensationem obtinens cum ea clausula: *justis de causis animum nostrum moventibus*: non tenetur eas Commissario significare. Decisum refert Nal. *Dispensatio num.* 18.

8 Archiepiscopus non potest dispensare in Decretis Synodi Provincialis. Barbos. *de pot. Episc. alleg.* 34. *num.* 8.

9 Episcopus potest dispensare in propriis constitutionibus sine causa. DD. apud eundem. *ibid. num.* 2.

10 Et in Diœcesanæ Synodi Decretis. *ibid. n.* 3.

11 Nisi ille juramento ea firmaverit. *ibid. n.* 5.

12 Et nisi constitutio transierit in contractum in alterius commodum. *ibid. n.* 6.

13 Et nisi sint confirmata auctoritate Apostolica, *n.* 7.

14 Potest dispensare cum illegitimo ad beneficium simplex, cui est unita Parochialis. DD. apud eumd. *alleg. 66. num.* 48. *Plura infra V. Illegitimi*.

15 Potest item ex causa in voto, & juramento, non in præjudicium tertii, cui sit jus quæsitum. Mirand. *in Manu. Pral. tom.* t. *q.* 47. *art.* 4. *concl.* 1.

16 Etiam electus, non consecratus. Barbos. *alleg.* 36. *num.* 6.

17 Respectu subditorum, non eorum, qui habitationem ibi tantum habent, ut scholares. *ib. num.* 17.

18 Item in voto continentiæ, si detur urgens causa, & periculum in mora, si adeatur Papa. Idem *alleg.* 37. *num.* 8.

19 Item in voto castitatis ad tempus. *ib. n.* 15.

20 Item de non contrahendo matrimonium. *num.* 17.

21 Item in voto virginitatis, si intendat solum fugere primum actum venereum. *n.* 18.

22 Item in voto suscipiendi sacros ordines. *n.* 19.

23 Non potest in quinque votis, seu juramentis de Religione, castitate perpetua, peregrinatione in terram sanctam, ad limina Apostol. & Compostellam. DD. communiter, etiamsi sint conditionata. *ibid. n.* 5.

24 In dilatione horum ad alind tempus, si vovens sibi tempus præfinivit, potest dispensare Barbos. *loc. cit. n.* 13. 16.

25 De voto peregrinationis ad Ædem Lauretanam, an sit Papæ reservatum: Affirmat Navar. dubitat Suar. apud Barbos. *alleg.* 37. *n.* 3.

26 Si vota prædicta quinque fiant in pœnam alicujus peccati, an possit Episcopus dispensare; affirmant, negant DD. *ibid. n.* 7.

27 In matrimonii impedimentis solo jure Pontificio dirimentibus non potest Episcopus. Decisum refert Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 344.

28 In impedimentis, quæ non dirimunt contractum, potest. Sanchez. *lib.* 7. *disp.* 17. *n.* 15.

29 Potest etiam in sequentibus dirimentibus.

Primo, quando est occultum, bonaque fide matrimonium est publicum, nec ad Papam facilis est recursus, neque possunt conjuges separari. DD. apud Barbos. *alleg.* 35. *num.* 3.

Secundo, ex magna necessitate, & urgentissima eum periculo infamiæ, &c. *n.* 5.

Tertio, quando impedimenta superveniunt matrimonio, & impediunt petitionem debiti. *num.* 8.

30 Si tamen adsit Nuncius Apostolicus habens facultatem dispensandi, ad hunc tutius recurritur. *num.* 10.

31 Vicarius Generalis sine mandato speciali non potest in prædictis. *n.* 13.

32 In dubio, an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare, illam non desiderari, vel ad cautelam dispensare. *n.* 18.

33 Potest item eum minoribus non habentibus requisitam ætatem ad matrimonium, quando sunt prope ætatem, & dubium est, an malitia suppleat ætatem. *n.* 20.

34 Item cum eo, qui post votum simplex castitatis contraxit matrimonium ratum, ut possit petere debitum. Idem *alleg.* 37. *n.* 9.

35 Et cum eo, qui post matrimonium emisit votum castitatis, ut possit petere debitum, vivente conjuge tantum. *num.* 10.

36 Et cum iis, qui mutuo consensu emiserunt votum castitatis, si detur periculum incontinentiæ, & aditus ad Papam sit difficilis. *n.* 11.

37 Et cum eo, qui commisit incestum, ut petat debitum. *n.* 12.

38 In dispensatione matrimoniali pœnitentia injuncta incestuoso potest ab Episcopo delegato commutari ex causa. Decisum Romæ refert Genuens. *in prax. Neapol. cap.* 20.

39 Qui potest dispensare, potest etiam commutare, non e contra. Barbos. *alleg.* 37. *num.* 21. *&* 25.

V. Censura. n. 1. *& seqq. Clericus concubinarius. n.* 9. *Irregularitas per totum. Ordines majores n.* 45. *Regularium jura sub Episcopis. n.* 77.

Doctor.

1 Episcopus in dando gradus Doctoratus non servans Clementinam 2. *de Magistrat.* suspenditur per sex menses a potestate dandi gradus. *Ut ibid.*

2 Doctoratus a Comite Palatino in quacumque facultate nullius est nunc auctoritatis, quoad dignitates, & beneficia. Pius V. An. 1565. apud Nald. *Doct. n.* 11.

3 Conferens gradum Doctoris, nisi sub certa limitatione, sit suspensus a collatione gradus. Barbos. *alleg.* 111. *n.* 38.

4 Theologus præcedit, post Canonista, deinde Legista, ultimo Medicus. Sylv. *V. Doctor. quæst.* 2.

V. Cap. Sede vac. n. 56. *Fidei Professio. n.* 24.

A D D I T I O.

Ratione Doctoratus inter Canonicos Presbyteros nulla datur præcedentia, nec præeminentia. *Cong. Rit.* 19. *Martii* 1611.

Doctoralis Præbenda.

1 Canonici Doctoris, hujus Præbendæ, officium est, defendere jura Ecclesiæ, sive spectent ad bona, sive ad præeminentiam Ecclesiarum. Garz. *de benef. tom.* 5. *part.* 5. *cap.* 4.

2 Neque dari debet illi in hanc causam aliquod aliud stipendium. Idem *ibid.*

3 Sed debet eo casu haberi tanquam præsens in Choro. *ibid.*

4 Si exit a loco, debetur conveniens stipendium pro itinere, &c. Idem. *ibid.*

De-

Doctrina Christiana.

1 IN Dominicis, & festis diebus in singulis Parochiis doceantur pueri fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, ab iis, ad quos spectant, censuris etiam adhibitis contra eos, qui docere debent. Trident. *sess.* 24. *cap.* 4.

2 Sodalitas Doctrinæ Christianæ instituatur. Prov. 2.

3 Ubi non potest, duo, vel tres homines ad id aptiores eligantur, qui adjuvent. *ibid.*

4 Instituantur scholæ, etiam extra Parochiales Ecclesias, in locis commodioribus. Prov. 4.

5 Constituantur loca ab Ordinariis pro tradenda Doctrina Christiana. Pius V. Anno 1571.

6 In singulis Vicariatibus constituatur aliquis Ecclesiasticus, qui scholas visitet, & tertio quoque mense Vicarium Generalem certiorem faciat de earum statu. Prov. 7.

7 Scholæ omnes eo ordine ubique instituantur, ut unum corpus constituat sub urbano Priore Generali. *ibid.*

8 A prandio convocentur pueri. Prov. 1.

9 Clerici quicumque Choro non addicti Parochum adjuvent. Prov. 5.

10 Graviter moneantur patres, & domini, qui negligunt eam doceri filios & servos suos, iisque Confessariis gravissimam pœnam imponant. *ibid.*

11 Non possunt compelli pueri ad discendam Doctrinam Christianam pœnis, & mulctis, sed ii quorum interest docere. Decisum refert Prax. Episcop. *V. Doctrina Christiana.* §. 3.

12 Musicæ cantiones, symphoniaca instrumenta arceantur ab his scholis. Prov. 7.

13 Visitentur a præfectis scholæ, neque eo tempore, quo scholæ habentur, concio fiat. Pr. 3.

14 Indulgentiæ concessæ in hanc causam semel evulgentur ante Kalendas Maji, & in Kalendis Ipsis fiat communio cum processione generali. *ibid.*

15 Intra Missarum quoque solemnia Parochi recitent Orationem Dom. Salutationem Angel. Symbolum Apost. & Decalogum repetente populo rudiori, & sæpius explicent. Prov. 5.

16 Antequam confiteantur, eadem pœnitentes recitent. *ibid.*

17 Quæ si nescierint, & post certum tempus, ne audiantur, inconsulto Deputato ab Episcopo, seu Vicario Foraneo. *ibid.*

18 Aliquibus remitti potest prædictorum recitatio, judicio eorum Confessariorum, quibus id Episcopus concesserit. Prov. 6. *V. Confraternit.* *n.* 31.

ADDITIO.

Potest Episcopus per viam præcepti pœnalis obstringere Parochos ad docendum doctrinam Christianam: non autem sub pœna peccati mortalis. *Congr. Episc.* 22. *Novembris.* 1592.

Nova Additio Editoris.

„ Matrimonio jungendi non sunt, quos Parochus interrogando, ut debet, deprehenderit, quæ ad salutem necessaria sunt, ignorare. Benedictus XIV. in *Encyclica* 42. *T. I. Bull.*

Duellum.

1 QUi locum ad monomachiam in terris suis concesserint, eo ipso sunt excommunicati, & jurisdictione, dominiove loci, quod ab Ecclesia obtinent privati intelligantur. Trid. *sess.* 25. *cap.* 19.

2 Si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. *ibid.*

3 Si ex condicto permiserint, aut non prohibuerint, mandantes, instigantes, auxilium, consilium, favorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, scienter ministrantes, aut ex composito spectatores, vel socii, eisdem censuris subjaceant, quibus duellantes, etiamsi illi impediti pugnam non commiserint. Greg. XIII. *Anno* 1582.

4 Qui pugnam commiserint, & eorum patrini, excommunicationis, bonorum proscriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnas incurrant, & uti homicidæ puniantur. Trid. *loc. cit.*

5 Si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. *ibid.*

6 Qui ex condicto, statuto tempore, & in loco convento monomachiam commiserint, etiamsi nulli patrini, sociive ad id vocati fint, nec loci securitas habita, nullæve litteræ provocatoriæ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint, censuris Concil. Trid. & pœnis teneantur, ac si certamen inivissent publico, & solito abusu. Greg. *loc. cit.*

7 Extendantur prædicta ad omnem locum. Clem. VIII. Anno 1592.

8 Et quomodocumque, & titulo quovis ineatur duellum. *ibid.*

9 Et qui scripta in hanc causam dictarint, scripserint, divulgarint, affixerint, impresserint, subscripserint, seu verbo denunciaverint. *ibid.*

10 Non comprehenduntur hoc loco Epistolæ privatæ, quæ ordinarie scribuntur. Congr. Episc. 6. Septembr. 1593.

11 Qui consilium, &c. ut supra num. 3. etiam effectu non secuto, nec accessu, nec actu proximo ad pugnam, prædictas censuras, & pœnas subeant. Clem. *sup.*

12 Excommunicatio est Papæ reservata. Id. *ib.*

13 Pœnæ aliæ privationis beneficiorum, officiorum, inhabilitatis ad illa imponuntur. *ibid.* *V. Casus reservati num.* 3.

Ecclesia.

1 ECclesia nova ne construatur sine licentia Episcopi. DD. apud Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 26. *n.* 1.

2 Neque Regularium in loco non exempto. Idem *ibid. n. 3.*

3 Attendatur autem præjudicium Parochialis Ecclesiæ. *ibid. n. 5.*

4 Sufficit, quod Episcopi consensus sit tacitus. Idem *loc. cit. n. 2.*

5 In locis exemptis necessaria est licentia Papæ. Sylv. *V. Ecclesia, q. 1.*

6 Non debet ædificari sine dote; alioquin Episcopus de suo dotare debet. DD. apud Barbos. *alleg. 74. n. 2.*

7 Quæ sufficiat Rectori, & clerico ad victum; idem *ibid. n. 3.*

8 Non potest Episcopus assignare fabricæ Ecclesiæ pauperis de fructibus superfluis alterius Ecclesiæ. *ibid. num. 17.* concedit Sanchez cum aliis, *lib. 3. de matrimonio disput. 19. n. 14.*

9 Non potest impedire ædificium Ecclesiæ sufficienter dotatæ, sine causa rationabili. Decisum in Rota Roman. 18. Februar. 1591. *coram Mantica.*

10 Ecclesia sufficienter dotata pro omnibus etiam Capellis, non est necessario dotanda unaquæque Capella. Nald. *Capellania n. 6.*

11 Ecclesia mutari non potest de loco ad locum sine licentia Papæ, & Episcopi. Barbos. *alleg. 26. n. 8.*

12 Ecclesiæ collapsæ, vel quæ nequeunt instaurari, vocatis iis, quorum interest, transferri possunt in matrices, aut alias vicinas arbitrio Episcopi cum beneficiis simplicibus, etiam de jurepatronatus, erectis altaribus, cum oneribus priorum Ecclesiarum. Trid. *sess. 21. cap. 7.*

13 Reparatio Cathedralis ad Episcopum spectat, suppleat Capitulum, de superfluis fructibus beneficiorum vacantium. Barbos. *alleg. 64. num. 5.*

14 Vel compellantur Parochiani. *n. 6.*

15 Parochiales reficiantur ex fructibus, qui si non sufficiant, cogantur patroni, aut parochiani, aut certe transferatur, ut supra. Trid. *loc. cit. cap. 7.*

16 Populo nolente suam Ecclesiam instaurare, diruatur. Decisum refert Ricc. *in praxi resol. 201.*

17 Pensionarius tenetur pro rata ad reparationem Ecclesiæ, si non est liber ab omni onere. Nav. *cons. un. de Eccl. ædif.*

18 Non sunt profanandæ Capellæ sine causa; & earum cementa potius tribuenda sunt Ecclesiæ, quæ est caput dictarum Capellarum. Decisum refert Ricc. *in praxi dict. resol. 201.*

19 Ecclesia diruta in profanos usus, non sordidos, erecta ibi Cruce, converti potest. Tridənt. *loc. cit.*

20 Profanari non potest, ut fiat ibi domus pro Curato, sine licentia Sedis Apostolicæ. Congreg. Episc. 6. Aug. 1601.

21 Lapides, cementa, ligna vendi possunt, laicis etiam, non tamen, ad usum sordidum. Prov. 5.

22 Sacrilegii pœnas incurrunt, qui lapides, vel ornamenta e templis divinis eripiunt, ut ipsa ad usus proprios convertant. Sixtus IV. apud Nald. *Sacrilegium num. 13.*

23 Transferantur eo casu Reliquiæ Sanctorum, & sacræ imagines decenter. Prov. 4.

24 Ossa item defunctorum transferantur cum Psalmis. *ibid.*

25 Forma Ecclesiæ hæc esse debet.

26 Habeatur ratio prospectus, situs, & separationis ab ædibus, ut circumdari queat. *ibid.*

27 Ne a domibus vicinis pateat fenestra in Ecclesiam. Cong. Episc. 5. Marr. 1619.

28 Imago Christi crucifixi magna in alto statuatur. Prov. 4.

29 Altare majus Orientem spectet, si potest. *ib.*

30 Altaria ne ædificentur sub organo, aut pulpito. *ibid.*

31 Neque ubi celebrans terga vertat altari majori. *ibid.*

32 Ubi fornix non est, tegmen altari fiat saltem e tela cærulea. *ibid.*

33 Sepiantur altaria. *ibid.*

34 Sacrarium extruatur in Capella majori, aut prope sacristiam cum sera, & clave. *ibid.*

35 Suggestus congruit potius, ut sit a latere Evangelii. *ibid.*

36 Sedilia tantum communia fiant. *ibid.*

37 Et si fiant ad usus proprios, nullum tamen jus acquiritur dominis eorum in Ecclesia. Sylvest. *V. Sepultura quæst. 3. secundum.*

38 Nisi dentur Patronis, honoris causa. Genuens. *in Praxi cap. 32.*

39 Vas aquæ benedictæ intus existat, non foris, & a dextro latere ingredientis. Prov. 4.

40 Simplex Ecclesia unam tantum campanam habeat. *ibid.*

41 In frontispicio, & præsertim Parochialis Ecclesiæ, adsint imagines sanctorum titularium. *ib.*

42. In pavimento nulla Crux sculpatur. *ibid.*

43 Sepulchra fiant Canonicorum, & Parochorum communia respective. Prov. 5.

44 Longe ab altaribus extruantur sepulchra. Prov. 4.

45 Nec in alto, & longe minus laicorum. Pr. 1.

46 Duplici tegmento claudantur, neque sacra imago, neque Crux in iis sculpatur. Prov. 4.

47 Vestibulum saltem ante portam si pro catechismo baptizandorum. *ibid.*

48 Arma, sagittæ, & ejusmodi ne appendantur in Ecclesiis. Congr. Episc. 19. Martii 1585.

49 Noctu custodienda est. Prov. 1.

50 De forma cujusque ex prædictis. Vide instruct. Fabr. Eccl. approbata in Prov. 3.

V. Benedictio num. 1. 2. 4. 16.

Juspatronatus. num. 74.

Subsidium charitativum num. 5.

ADDITIO.

1 Fenestræ prohibentur in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit. *Congr. Episc. 11. Septemb. 1615. & apud Barbos. de jure Eccl. lib. 1. cap. 11. n. 28.*

2 Se-

2 Solus Episcopus eas habere potest. *Congr. Rit. 19. Jan.* 1614.

Ecclesia Collegiata.

1 PRobatur ex sigillo, arca communi, stallis, congregationibus. DD. *apud Barbos. de jure Eccl. l. 2. c. 6. num. 6.*

2 Numerus trium Canonicorum sufficit. *ib. n. 5.*

3 Insignis ea dicitur, quæ in loco insigni. *ibid. num.* 15.

4 Statuta Ecclesiæ collegiatæ quærenda sunt a proprio Episcopo. *Congr. Rit.* 28. *Sept.* 1602.

5 Potest collegiata in processionibus publicis deferre propriam Crucem, etiam præsente Capitulo Cathedralis. *Ead.* 24. *Aug.* 1609.

6 Canonici collegiatæ non debent incedere parati in processionibus sicut Canonici Cathedralis. *Ead.* 19. *Maji* 1607.

7 Prior collegiatæ, si interest in Cathedrali, incensatur duplici ductu thuribuli, ut Canonici cathedrales. *Ead.* 19. *Aug.* 1619.

8 Ecclesiæ Regularium non sunt collegiatæ in odiosis. *Roderic de q. regul. tom. 1. q. 43. tit.* 12.

9 Sunt autem propriæ conventuales. Innoc. IV. in Bulla ejusdem 7. Bullarii, & in Clem. 1. de celebrat. Missæ: ex *Conc. Viennen. Vide Cherub. in comp. Bull. loc. cit. schol.* 1.

Ecclesiæ Consecratio.

1 NOn potest consecrari, nisi ab Episcopo proprio, vel alieno de licentia proprii. Bar. *alleg.* 27. *n.* 1.

2 Neque ab Abbatibus eorum propria Ecclesia. Tamb. *de jure Abb. tom. 1. disp. 23. q.* 7.

3 Neque ea debet consecrari, quæ sine dote est. Barbos. *loc. cit. n.* 3. alias tenetur Episcopus dotare. Vivian. *de jure patr. p. 1. lib. 2. c. 3. n.* 16.

4 De novo reparata in totum, ut dicatur alia, rursus est consecranda. Barbos. *ibid. n.* 13.

5 Reparata per partes non amittit consecrationem. Azor. *p. 2. lib.* 10. *c.* 26. *q.* 11.

6 Pridie consecrationis populus jejunet, & ipso die festum colat sine opere. Prov. 4.

7 Ob impedimenta potest fieri sine circuitionibus extra eam. Congreg. Rit. 17. Julii 1604.

8 Non debet fieri sine Missa. Barbos. *loc. cit. num.* 10.

9 Consecrator in actu consecrationis potest statuere aliam diem pro anniversf. celebritate. Congreg. Rit. 19. Febr. 1585.

10 Extra actum vero non potest mutari ab Epicopo. Ead. 16. Octob. 1604.

11 Si concurrant plures Episcopi cum Archiepiscopo ad consecrationem non possunt concedere plus, quam unus Episcopus, scilicet unum annum Indulgentiæ. Henriq. *de Indulg. c.* 32. §. 1.

12 Pro consecratione Ecclesiæ potest Episcopus recipere procurationem. Genuens. *in Man. Pastor. c.* 35. *num.* 12.

13 Nihil novi ædificii fiat in Ecclesia consecrata, inconsulto Episcopo. Prov. 3.

14 Anniversaria consecrationis Ecclesiæ dies solemniter agatur: si dies ignoratur, certus statuatur. *ibid.*

15 Incidatur in lapide consecrationis memoria. Prov. 4.

16 Unus testis sufficit ad probandam consecrationem. Barbos. *loc. cit. n.* 5.

17 Liber conficiatur, in quo Ecclesiarum consecrationes, & benedictiones scribantur, & in Archivio Episcopali reponatur. Prov. 4.

18 Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis habet officium in tota Diœcesi, & Octavam in Civitate tantum. Congr. Rit. 2. Maji 1619.

19 Si Parochialis est festum, mane saltem abstineant vicini ab officinis; si Collegiatæ, ab ejusdem clero fiat officium. Prov. 3.

20 Si occurrant duo festa Dedicationum, Cathedralis, & Ecclesiæ propriæ, in hac fiat de propria. Rot. Rom. *decis.* 616. *p.* 1. *in recentioribus.*

V. Altare n. 1. *Benedictio n.* 2. *Indulg. n.* 11. 12. 15.

ADDITIO.

1 Si de consecratione dubitatur, ob vetustatem, & abolitionem monumentorum potest consecrari. *Falc.* 1. *apud Ciaconium Anno* 275. *pag.* 74.

2 Si incepta consecratione correptus morbo Episcopus deficiat, & præsertim antequam ungantur Cruces, resumenda est a capite consecratio. *Congr. Rit.* 12. *Apr.* 1614.

Ecclesiæ reconciliatio.

1 POlluitur Ecclesia effusione sanguinis, & seminis peccaminosa, & notoria. DD. communiter.

2 Item ob sepultum ibidem excommunicatum, hoc est, notorium clerici percussorem, vel denunciatum, nisi signa Pœnitentiæ dederit est communis.

3 Item ob sepultum infidelem, vel hæreticum. Azor. *part. 2. lib. 9. cap. 5. q.* 1.

4 Non autem, si sepeliatur ibi cathecumenus. Ugol. *de potest. Episc. c.* 29. §. 5.

5 Ecclesia consecrata non potest reconciliari nisi per Episc. Azor. *loc. cit. q.* 5.

6 Neque potest delegari simplici Sacerdoti. Barbos *de potest. Episc. alleg.* 28. *n.* 56.

7 In casu, de quo supra num. 3. erunt abradendi parietes. Azor. *loc. cit. vers.* 5.

8 Absente Episcopo, & longe distante, potest idem ex justa causa concedere, ut in Ecclesia consecrata, & polluta ante reconciliationem celebretur. DD. apud Barbos. *sup. num.* 61.

9 Tutius est in tali casu concedere, ut in loco non sacro celebretur, attento jure communi, vel post Trid. in privatis Oratoriis, aut locis destinatis ad divina. Idem *ibid. n.* 62.

10 Ecclesia benedicta tantum, reconciliari potest per simplicem Sacerdotem per solam aquæ lustra-

lustralis aspersionem. Tolet. *in summ. lib.* 5. *c.* 8. *n.* 15. *cum aliis*.

11 Non est necessaria benedictio aquæ ab Episcopo. Barbos. *loc. cit. num.* 57.

12 Ante reconciliationem nemo potest ibi sepeliri. Sylv. *V. Consecrat.* 2. *q.* 9.

13 Neque possunt ibi recitari divina officia. Idem *ibid. quæst.* 7.

14 Si hodie polluitur Ecclesia, & ignoratur, & post octo dies ad notitiam venerit, intereàque fuerit celebratum, non est opus reconciliatione. Alfonf. Castr. *lib.* 2. *c. ult. in fine de leg. pœnal.*

15 Celebrans in Ecclesia polluta, quæ erat consecrata, ab ingressu Ecclesiæ tantum est suspensus. Sylv. *V. Consecratio.* 2. *q.* 9.

16 Prædicta de pollutione Ecclesiæ non habet locum in Oratoriis. Suar. *to.* 3. *dist.* 81. *sect.* 4. *col.* 8.

V. Benedictio num. 4.

Excommunicatio num. 35.

Ecclesiarum reverentia.

1 AB Ecclesiis musicæ lascivæ, seculares actiones, vana colloquia, deambulationes, strepitus arceantur. Trid. *sess.* 22. *de observ. in celebr. Miss.*

2 Vana, fœda, profana, strepitus judiciorum, deambulationes, &c. dum divina celebrantur, arceantur. Pius V. An. 1566.

3 Sub pœna 25. aureorum, & aliis arbitrio Ordinarii. *ibid.*

4 Qui ibidem impudica dixerit, seu fecerit, eadem pœna puniatur, & carceris per mensem, si cum mulieribus id acciderit. *ibid.*

5 Quid si eadem gesserit cum aliis personis, pœnam luat aureorum decem. *ibid.*

6 Capitula, Rectores, Vicarii, Sacristæ, Ostiarii, Custodes moneant prædictos delinquentes, & Ordinariis deferant puniendos, alias duorum aureorum pœnam incurrant. *ibid.*

7 Mendicantes ad portam Ecclesiæ stare faciant, sub pœna duorum aureorum Capitulis negligentibus, & aurei dimidii parochis. *ibid.*

8 Regulares deputent aliquem ad prædicta, alias ab ordinario corripiantur gravissime, & a superioribus inobedientes puniantur. *ibid.*

9 Capsæ, & cadaverum deposita supra terram existentia amoveantur. *ibid.*

10 Custodes Ecclesiæ ne noctu quemquam in Ecclesia morari sinant. Prov. 1.

11 Ne quid frugum terræ reponatur in Ecclesia. Prov. 4.

12 Ne affigantur res, seu schedulæ de rebus profanis, valvis Ecclesiæ. *ibid.*

13 Ne res venales ejus parietibus hæreant. *ib.*

14 Ne super Cappellas, ubi celebratur sit locus ad dormiendum, vel habitatio profana. *ibid.*

15 Ne per Ecclesiam fiat transitus cum oneribus. *ibid.*

16 Intra presbyterium ne detur locus magistratibus, aut laicis officialibus. Congreg. Episcop. 12. *Jan.* 1604.

17 A Choro, & sacristia laici arceantur. Pr. 1.

18 Ne altaribus hæreant laici, neque fonti baptismali. *ibid.*

19 Ne sedeant, neque stent aversi ab Eucharistiæ Sacramento. *ibid.*

20 Ne in portis morentur. *ibid.*

21 Ne scholæ Grammaticæ pro pueris ibidem fiant. Prov. 4.

22 Occisorum cadavera ne in Ecclesiis inspiciantur, sed alio portentur. Prov. 1.

23 Turcæ, aut mancipia ne permittantur ibidem tempore divinorum officiorum. Congr. Episc. 23. *Julii* 1603.

24 Canes venatici, volucres, hastæ, sclopeti ne inferantur in Ecclesiam. Prov. 1.

25 Divisio sexuum procuretur. Prov. 4.

26 Ad Cappellas subterraneas statuatur certum tempus pro mulieribus tantum. *ibid.*

27 Velato capite mulieres sint in Eccl. Prov. 3.

28 Sub pœna interdicti. *ibid.*

29 Ne convocentur in Ecclesia ad consultanda laicorum negotia. Congr. Episc. 3. *Febr.* 1604.

30 Ne in cæmeterio, ac si area esset, tritura fiat, neque telæ extendantur, neque ibi mulieres, aut alii fabrile quid operentur. Prov. 6.

V. Immunitas Ecclesiastica, n. 1. 2.

Regularium jura sub Episc. n. 43.

47. *Repræsentationes sacræ, n.* 1.

A D D I T I O.

1 Laici non debent in choro stare, nec sedere. *Congr. Rit.* 4. *Febr.* 1600.

2 Etiamsi sint illustres, & de Magistratu. *Eadem.* 21. *Febr.* 1604. 24. *Octobris* 1609.

3 Et laicorum scamna, & loca moderari possunt arbitrio Episcopi. *Ead.* 10. *Decembr.* 1604.

4 Non possunt in Ecclesia examinari rei, etiamsi extra locum immunem juramentum præstetur. *Congr. Immun.* 7. *Decembr.* 1632.

Edicta.

1 POntificiæ Constitutiones Romæ editæ de novo, duobus saltem post mensibus in Diœcesibus evulgentur. Prov. 2.

2 Et in librum referantur a Cancellario Episcopi. *ibid.*

3 Satis erit, si affigantur certis locis publicis, nisi alius modus in Bulla præscribatur. Prov. 3.

4 Vulgari sermone, & summatim, si opus est. Prov. 4.

5 Idem fiat de Episcopalibus edictis. *ibid.*

6 Certi dies singulis mensibus, Calendarii instar, notati statuantur, quibus, vel Pontificia, vel Tridentini, vel Diœcesana, vel Provincialia Decreta a Parochis publicentur. *ibid.*

7 Decretum Prov. 7. de sumenda Eucharistia in Paschate, non alibi quam in Parochia, sine licentia Episcopi, evulgetur in Quadragesima. Prov. 7.

8 Decretum de Medicis ne inconfessos visitent,

stent, publicetur Dominica 1. Adventus. *ibid.*

9 Decretum de Notariis pia legata non denunciantibus die Dom. ult. Adventus, & secunda Quadragesimæ promulgetur. Prov. 3.

10 Aliud item de confratribus invitantibus alios ad eligendam sepulturam in Oratoriis confratrum, evulgetur semel in anno, si Parochis expedire videtur. Prov. 7.

Episcopus.

1 QUæ attinent ad propriam Episcopi personam, hoc loco sunt indicanda: nam alii tituli hujus operis ad eundem pertinent.

2 Provisus a Sede Apostolica sine litteris Apostolicis recipiens administrationem suæ Ecclesiæ suspenditur ab administratione fructuum ejusdem: item recipientes, vel ei obedientes suspenduntur a perceptione suorum beneficiorum, donec absolvantur a Sede Apostolica. Barbos. *alleg.* 111. *num.* 35.

3 In ingressu Episcopi delatores baldachini incedant pedites, & capite nudo. Congr. Rit. 27. Julii 1624.

4 Processurus cum mozzetta, eam deponere debet coram Cardinalibus, etiam non Legatis, ex consuetudine Italiæ. Ead. 10. Julii 1621.

5 Et coram suo Archiepiscopo. Ead. 31. *Jan.* 1626. nisi aliud sit statutum, ut in Prov. Mediol.

6 Processurus cum Cappa, sufficit, si ea induat in ea camera, in qua Canonici conveniunt. Eadem 20. *Nov.* 1628.

7 Sedere potest in loco, quem ipse voluerit. Trid. *sess.* 25. *c.* 6.

8 Potest Episcopus portare secum altare viaticum, & in itinere, & in quolibet loco suæ habitationis decenti Missam celebrare, vel celebrari facere. *c. ult. de priv. in 6. Ugol. de potest. Episc. c.* 2. §. 2. *n.* 4.

9 Etiam in aliena Diæcesi, non tamen Romæ. Decisum refert idem Ugol. *ibid. lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. *contra Navar. cons.* 1. *de privilegiis.*

10 Etiamsi non sit consecratus. Suar. *de cens. disp.* 28. *sess.* 2. *num.* 7.

11 Non potest Episcopus eligere sibi confessarium non sibi subditum, qui a proprio suo Episcopo non sit approbatus. Decisum refert Riccius *in Praxi decis.* 548. *n.* 2. *& Ugol. supra n.* 4. *V. Absolutio n.* 7.

12 Potest in aliena Diœcesi facere sibi deferre candam. Sylv. *V. Patriarch. Tertium.*

13 Dabet diebus festis celebrare. Nald. *Episcopus num.* 9.

14 Pro ovibus applicare sacrificium aliquando debet. Trid. *sess.* 23. *c.* 1.

15 Resideat, neque potest abesse ultra tres menses. Trid. *sess.* 6. *c.* 1. *& sess.* 23. *c.* 1.

16 Sub pœnis ibidem contentis.

17 Non tamen absit in Adventu, Natali Domini, Quadragesima, Paschate, Pentecoste, festo Corporis Christi. *ibid.*

18 Nec in festis sine justa causa. Sà *Episc.* 42.

19 Urgens necessitas, christiana caritas, reipub. evidens utilitas, debita obedientia, seu licentia in scriptis concedenda, & approbanda a Papa, vel Metropolitano, vel vicino Episcopo, sunt causæ legitimæ absentiæ. Trid. *l. cit.*

20 Non licet abesse propter morbum perpetuum. Decisum refert Barb. *supra n.* 9.

21 Licet autem ob persecutionem suæ personæ. Idem *ibid. num.* 8.

22 Non potest emittere votum de peregrinatione longinqua sine licentia Papæ. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 53. *num.* 22.

23 Neque sine eadem intrare Religionem. *ibid. num.* 23.

24 Episcopus Canones non servans, aut non servare faciens, est perjurus. Sylv. *V. Episc. q.* 11.

25 Bona empta ex redditibus Episcopatus ipso jure transeunt in dominium Ecclesiæ. Barbos. *alleg.* 114. *num.* 17.

26 Bona Episcopi Titularis acquiruntur Papæ. Idem. *ibid. num.* 31.

27 Potest Episcopus donare in vita, non causa mortis. Idem *ibid. n.* 32. 33. etiam Regularis. Filiuc. *tom.* 2. *tr.* 34. *c.* 3. *q.* 6. *n.* 60.

28 Potest conservare patrimonium, & expendere bona Ecclesiæ in profanos usus. Barbos. *ib. n.* 36. negant alii. *ib. n.* 38.

29. Episcopus Regularis neq; de patrimonialibus, neque de acquisitis potest testari. Idem *ibid. num.* 20.

30 In Vita non potest tam ample disponere, quam Episcopus sæcularis. DD. *ib. n.* 22.

31 In infirmitate non potest quilibet Episcopus immoderatas facere eleemosynas. *ib. n.* 35.

32 Non potest Episcopus de bonis intuitu Episcopatus acquisitis testari. Barbos. *alleg.* 114. *n.* 9.

33 Potest testari de aliis bonis patrimonialibus ex industria sua acquisitis, quamvis ratione ordinis, puta si Vice-Rex, vel Noncius fuerit. Idem *ibid. n.* 10.

34 Habita licentia testandi a Papa non expirat ob mortem Papæ. *ibid. n.* 25.

35 Et potest concedere plura testamenta. *n.* 26.

36 Licentia superveniens post factum testamentum valet. *ibid. num.* 27.

37 Bona Episcopi Regularis sine legitimo testamento debentur Ecclesiæ, non Monasterio *ibid. num.* 28.

38 Episcopus non servans ea, quæ statuta sunt a Jo. XXII. *in extrav.* 2. *de elect.* quoad perceptionem fructuum Episcopatus anni primi, & secundi, non relicta portione statuta successori ibidem, suspenditur a Pontificalibus, & ingressu Ecclesiæ. Barbos. *ibid. num.* 32.

39 Ingressus Ecclesiæ prohibitus facit, ne in Ecclesia possit celebrare divina, & durante interdicto, non potest Episcopus sepeliri in Ecclesia, neque in cæmeterio, nisi pœnitentiam egerit, & fit irregularis, si in Ecclesia divina celebret. *ib. n.* 33.

40 Translatus ad aliam Ecclesiam non potest deferre libros, & alia, quæ in priori Episcopatu ex ejus redditibus, acquisivit, licet in morte ea velit

reddere priori Ecclesiæ. Suar. *de relig. l. 3. c. 36. n. 24. 25. V. Archiepiscopus. n. 2. 3.*

Benedictio. n. 20. Suffraganeus Episcopus. n. 1. Usura num. 8.

ADDITIO.

Episcopus regularis recuperat jus succedendi, etiam quoad renunciata, ad favorem tamen suæ Ecclesiæ. *Congr. concil.* 11. *Januarii* 1631.

Nova Additio Editoris.

,, 1 In consecratione Episcoporum solus Episcopus consecrandus semper uti debet colore albo; Consecrator vero, & assistentes, debent uti colore, qui tempori congruit. S. R. C. 16. Junii 1663. *Idem ritus a fortiori servandus esse videtur etiam in Ordinationibus, seu collationibus Ordinum.*

,, 2 Licet Episcopus non celebret, sed tantum assistat Missæ solemni, celebrans debet ad Confessionem respondere Episcopo usque ad *Indulgentiam* inclusive, non vero simul cum illo dicere: *In Nomine Patris, &c.* S. R. C. 4. Aug. 1665.

,, 3 Licitum est Episcopo incedere cum mitra, quando defert Reliquiam SS. Crucis in Processionibus. S. R. C. 14. Junii 1692.

,, 4 Si Episcopus Suffraganeus accedens ad Ecclesiam deferat Cappam, tenetur ipse sustentare sibi caudam involutam brachio sinistro, & duo Canonici debent ire usque ad ostium Ecclesiæ, digniòr vero illorum porrigere ei tenetur aspersorium, quo Suffraganeus se ipsum tantum aspergit, & pariter eum associant ad eumdem locum. Si assistens Concioni sedeat in Presbyterio, Concionatoris salutatio ei primum dirigi debet, distincta ab illa Canonicorum, & Magistratus sæcularis. Occasione functionum Episcopalium, si accedat ad Ecclesiam cum Cappa, debet se parare in Faldistorio, alias in Sacrario; non potest tamen sibi deferri facere caudam vestis violaceæ, una cum elevatione fimbriæ anterioris, in plano pavimenti Ecclesiæ. S. R. C. 6. Septembris 1698.

5 Episcopis, & his majoribus Prælatis, etiam Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub prætextu privilegii clausi in corpore Juris, neque alio quocumque titulo, ullo modo liceat extra domum propriæ habitationis in domibus laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiamsi Diœcesani consensus adhiberetur, erigere altare, & ibi sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, seu celebrari facere. S. R. C. 15. Dec. 1703. approbante Clemente XI. in sua Constitutione, quæ extat in particulari Bullario part. 3. & incipit *Quoniam sancta sancte &c.*

,, 6 Episcopus deputatus administrator alterius Ecclesiæ, in functionibus Ecclesiasticis non gaudet omnibus præeminentiis, & prærogativis, quibus fruuntur, & gaudent omnes alii Episcopi in propriis Diœcesibus. Et primo: Episcopus administrator Ecclesiæ vacantis non potest sedere super Cathedra Episcopali elevata quatuor gradibus, parata cum baldachino, & Pastorali, sed sedere debet super Faldistorio prope altare, sine ipso Baculo. Secundo: Non potest concedere Indulgentiam quadraginta dierum, sine speciali facultate Apostolica. Tertio. Dum assistit Missæ solemni ab alio cantatæ, non debent ei Canonici facere circulum ad *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, & Agnus Dei*; & tunc sedeat in primo stallo chori. Quarto: Non debet fieri ejus Consecrationis Anniversarium, cum Missa cantatur per Capitulum, & Clerum, ejusque nomen non debet in Canone memorari per Sacerdotes celebrantes. Quinto: Dum cantat in Pontificalibus, non debet poni super altare septimum candelabrum cum candela accensa; nec omnes Canonici debent indui sacris Paramentis, sed tres tantum fungentes officium Diaconi, Subdiaconi, & Presbyteri assistentis. Sexto: Cum vadit ad Cathedralem, potest proprio arbitrio sumere Cappam magnam vel in ædibus superioribus Episcopatus, vel in ingressu Ecclesiæ, vel Presbyterii: & decet, quod accedentem ad Ecclesiam omnes Canonici excipiant in ædibus Episcopalibus, non vero soli tres, aut quatuor ad portam Ecclesiæ. S. R. C. 22. Aug. 1722.

Eucharistia.

1 Extra Parochiales Ecclesias non conceditur retineri assidue. Cong. Episc. 15. Jan. 1619.

2 Nisi a Papa. Decisum refert Genuens. *in Praxi. Neapol. cap.* 110.

3 Neque in Ecclesiis Tertiariarum, quæ professionem solemnem non emittunt trium votorum, nec in clausura vivunt. Cong. Episc. 20. Dec. 1616.

4 In Parochialibus retineatur in altari majori. Ead. 6. Dec. 1594.

5 Pixides ne fiunt ex ebore. Ead. 26. Julii 1588.

6 Duæ sint pixides in parochialibus, altera pro infirmis, quæ cum sacculo serico albo, & chordulis pro montibus ad collum appensa deserviat. Prov. 4.

7 Tabernaculum panno albo serico vestiatur intus, & conopæo albo foris, ritu Romano. *ib.*

8 Clavis sit pœnes Rectorem tantum. *ib.*

9 In tabernaculo nihil aliud asservetur. Cong. Rit. 22. Febr. 1593.

10 Renoventur particulæ octavo quoque die quinque saltem in pixide sint. Prov. 4.

11 Hostias ne laicus homo, neque fœmina conficiant. *ibid.*

12 Velo coloris albi pixides semper vestiantur. Rit. Rom. De Tabernaculo gestatorio. *V. processio, num.* 36.

13 Ante

13 **Ante Eucharistiam semper ardeat lampas.** Provinc. 1.

14 Non adhibeatur contra grandinem, puta in valvis Ecclesiæ, benedicendo aerem. Prov. 3.

15 Decet magis, ut solemnitas Corporis Christi celebretur in Cathedrali, a qua, & ad quam fieri debet processio. Decisum refert Barb. *alleg.* 22. *n.* 7. *V. Processio n.* 31. 39.

16 Non deferatur humeris, sed manibus tantum. Congr. Rit. 2. Jun. 1618.

17 Nec deferatur per vias Hebræorum. Congr. Episc. 22. Febr. 1593.

18 Fer. v. Cœnæ Domini Clerus, & Canonici in Missa solemni communicent. Congreg. Rit. 27. Sept. 1608.

19 Fer. v. & vi. majoris hebdomadæ non deferatur extra Ecclesiam. Congr. Episc. *6.* Aug. 1591.

20 Fer. vi. ejusdem non deferatur noctu, & abrogata est consuetudo tamquam abusus. Ead. 22. Martii 1596.

21 Nemo sumat in Paschate Eucharistiam extra Parochialem sine licentia Episcopi in scriptis. Prov. 7.

22 Communicans in hebdomada majore, vel infra octavam Paschæ satisfacit præcepto. Eug. IV. Anno 1446.

23 Qui satisfecit in Paschate in Parochiali, non tamen potest in ipso die Paschatis Eucharistiam sumere in Ecclesia Regularium non habentium curam animarum. Congr. Concil. 23. Jan. 1586. 14. Martii 1615. (*a*)

(*a*) „ Et 31. *Jan.* 1682. quo Decreto eadem „ S. C. declaravit, licere Regularibus ministra„ re Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum per„ sonis secularibus a Dominica Palmarum us„ que, & per totam Dominicam in Albis, ex„ cepto die Paschatis, ita tamen, ut in aliis „ diebus sumentes Eucharistiam a Regularibus „ intra duas hebdomadas Palmarum & Pascha„ tis, non satisfaciant præcepto.

24 Famuli sæculares in Monasteriis degentes ad Parochialem in Paschate ire debent. Congr. eadem 20. Febr. 1576.

25 Qui abfuerit, doceat de facta communione. Prov. 3.

26 Concubinarii, fœneratores, & blasphemi alias moniti arceantur a communione. Prov. 1.

27 Qui non communicarint, deferantur ad Episcopum, ad sex dies post octavam Paschæ. Prov. 1.

28 Non meretrices. Sà, *V. Confessio n.* 42.

29 Non deferens Parochus ob periculum mortis, seu non denuncians interdictos, excusatur. Bonac. *de leg. disp.* 2. *quæst.* 8. *punct.* 2. *n.* 10.

30 Interdicantur non communicati ab ingressu Ecclesiæ. Prov. 2.

31 Ob solam omissionem Paschalis communionis, & confessionis potest Episcopus procedere, etiam ad excommunicationem, & si velit, ad pœnas etiam pecuniarias; non autem expedit, ut sibi reservet hunc casum. Cong. Conc. 30. Jan. 1587.

32 Clerici præterea singulis mensibus, Diaconi, & Subdiaconi bis in mense communicent; cujus rei fidem exhibeant tertio quoque mense. Prov. 1.

33 Diaconis, & Clero communior detur ad altare, laicis remotius. Prov. 4.

34 Sacerdotibus addita stola in modum crucis. *Bracc.* 3. *can.* 3.

35 Adolescentes prius examinentur. Prov. 1.

36 Ministretur laicis cum distinctione sexus. Prov. 5.

37 Ministrans Episcopus Eucharistiam extra Missam induat Pluviale cum stola, Prov. 5.

38 Ministrans Eucharistiam, vel inserviens ministranti nihil omnino recipiat, neque a sponte dantibus, sub pœna suspensionis a divinis ipso facto. Prov. 7.

39 Neque pro eleemosynis pelviculæ exponantur. Prov. 4.

40 Pro communicando ægroto pridie vesperi detur etiam signum cum campana. Prov. 5.

41 Neque noctu sine necessitate deferatur. *ib.*

42 Parocho impedito, deferat ille, qui audire potest confessiones. Prov. 4.

43 Parentur necessaria, & munda, apud ægrotum a sodalibus Societatis. Prov. 5.

44 Umbella adsit cum luminibus, & campanula. *ib.*

45 Pluviale adhibeatur in locis insignioribus. Prov. 3.

46 Umbella ruralis ab uno gestanda rite adsit. *ib.*

47 Duæ ferantur particulæ, altera pro reditu, nisi loci distantia, aut alia causa aliud suadeat. Prov. 1. & 2.

48 Purificatio ne umquam detur in vase sacro, neque formam calicis habente. Pr. 1.

49 Reis capitali sententia damnatis, etiam mane quando exequenda est, potest dari Eucharistia. Congr. Episc. 26. *Junii* 1590. etiam non jejunis. Emmanuel Sa. *V. Eucharist. n.* 2. (*a*)

(*a*) „ Et S. Pius V. in Epist. ad Archiepisc. „ Rossanensem.

50 Numquam deferatur ad ægrotos, ut eam tantum adorent. Decisum refert Praxis Episc. *V. Euchar. ad quintum.*

51 Sodalitas Corporis Christi instituatur. Prov. 1.

52 Indulgentiæ pro associanda Eucharistia concessæ sæpius publicentur. Prov. 1.

53 Non exponatur cum solemnitate a Regularibus sine licentia Ordinarii. Congr. Rit. 26. *Febr.* 1628.

54 Pro personis particularibus exponatur in ostiolo tabernaculi, aut in pixide velata cum luminibus, & assistentia. Cong. Episc. 7. *Sept.* 1598.

55 Putrefactis Hostiis, (quod absit) in pixide, custos earum 30. diebus pœniteat. Sylv. *Euch.* 2. *q.* 9. *ad sextum.*

56 Qui incaute eam dimiserit, licet nihil nefandum acciderit, tribus mensibus ab officio suspendatur. Idem *ib. ad septimum.*

57 Ne

57 Ne fiat concio coram Sacramento in altari exposito, capite tecto. Cong. Rit. 16. Febr. 1630. *V. Benedictio*, *n.* 15. *Canonicorum munera*, *n.* 48. 50. *Cessatio ad divinis*, *n.* 4. *Confraternitates*, *n.* 21. *& seqq. Degradatio in notis. Excommunicatio n.* 49. *Interdictum*, *n.* 21. 31. *& seqq. Pestis n.* 6. 7. *Processio*, *a n.* 32. *Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 22. *Regularium jura circa Tertiarios*. *n.* 2.

Additio Editoris.

,, 1 Feria vi. in Parasceve non est ministranda Eucharistia nisi infirmis. S. R. C. 19. Febr. 1622. *quo casu adhibetur color alb.*

,, 2 Ante sacræ Eucharistiæ Sacramentum publice expositum non potest fieri Concio capite tecto, non obstante quacumque contraria consuetudine, & abusus est omnino tollendus. S. R. C. 16. Febr. 1630. *& alias iterum*.

,, 3 Feria v. in Cœna Domini Episcopus debet per seipsum ministrare Eucharistiam Canonicis, & Clericis, nunquam vero debet illam ministrare Diaconus, vel onus ex Assistentibus. S. R. C. 8. Aug. 1643.

,, 4 Præsupposita facultate retinendi SS. Eucharistiæ Sacramentum, non potest per annum publice exponi sine licentia Ordinarii. S. R. C. 10. Dec. 1703. *in Decreto generali*, *approbante Clemente XI.* 12. *Jan.* 1704. *ut in Bullario ejus particulari part.* 2.

,, 5 In Ecclesiis Confraternitatum, si non sint Parochiales, vel Regulares, non potest retineri SS. Eucharistiæ Sacramentum sine speciali indulto Sedis Apostolicæ, S. R. C. 10. Dec. 1703. *in Decreto Generali*, *approbante Clemente XI.* 12. *Jan.* 1704.

,, 6 Non est toleranda consuetudo quorumdam, qui contra id, quod præscribitur in Missali, exponunt patenter Hostiam consecratam, reservandam a feria v. in Cœna Domini usque ad ipsius consumptionem in feria vi. in Parasceve. S. R. C. 14. Febr. 1705.

,, 7 Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Processione, quæ fit in Festo SS. Corporis Christi, deferri debet ab eo, qui Missam celebrat; & idem servandum in Processione, quæ fit in die Dominico infra ejus octavam, non vero deferendum est a primo de Capitulo, qui non celebravit. S. R. C. 23. Mart. 1709.

,, 8 Quando in Missa solemni ministratur sacra Eucharistia Clericis, vel Laicis, reliqui de Clero in choro debent stare. S. R. C. 9. Maji 1711.

Examinatores.

1 PRo concursu Parochialium debent in Synodo eligi saltem sex. Trid. *sess.* 24. *c.* 18.

2 Pro examine confessariorum, & ordinandorum potest Episcopus eligere quos voluerit. Gav. *de Synodo par.* 1. *c.* 31.

3 Debent esse Magistri in Theologia, aut Doctores, vel Licentiati in jure Canonico. Trid. *l. c.*

4 Ex Ordine Mendicantium assumi possunt. *ib.*

5 Ex Ordine aliorum Regularium. Gav. *l. c.*

6 Si desint prædicti, possunt eligi alii clerici magis idonei. Decisum refert Massobr. *in Praxi de concursu Requis.* 11. *dub.* 2. *in fine*.

7 Nominandi Regulares de nomine, & cognomine, ne dum de titulo officii; alias successor in officio non est legitimus examinator. Rota apud Garz. *de benef. par.* 9. *c.* 2. *dub.* 22.

8 Debent jurare ad sacra Dei Evangelia in Synodo electi. Trid. *l. c.*

9 Durat officium, donec alia Synodus habeatur. Decisum refert Fr. Leo *in Thes. fori Eccl. p.* 2. *c.* 3. *n.* 25.

10 Mortuis electis, potest Episcopus alios eligere extra Synodum de consensu Capituli usque ad Synodum, ex Decr. Clem. VIII. relato a Garz. *d. c.* 2. *n.* 72.

11 Imo, si tempore concursus nullus sit examinator, potest Episcopus deputare novos sine Synodo. Rota 20. *Nov.* 1594. *coram Litta apud Ricc. in Praxi resol.* 255. *in edit.* 2.

12 Tres debent esse in examine pro Parochialibus. Trid. *l. c.* (*a*)

(*a*) ,, Quatuor autem, ubi de Præbendis Theologalis, & Pœnitentiariæ in Italia agitur, ex Bened. XIII. Constitutione *Pastoralis*, in qua tamen declaratur, concursus ad illas non necessario instituendos esse coram Examinatoribus Synodalibus.

13 Nec examinator quemquam collegæ commendet. Prov. 5.

14 Non accedant, nisi vocati ab Episcopo. *ib.*

15 Excludatur ille, qui privatim examinandum docuit. *ib.*

16 A stata prece incipiant examen. *ib.*

17 Attendant vestes, vultum, gestus examinandi.

18 Fiat examen circa ætatem, mores, doctrinam, prudentiam, & alia opportuna. Trid. *l. c.* *Vide supra Benefic. Parochialium provisio a n.* 23. *usque ad* 30.

19 Si vota sunt paria, Episcopus, vel Vicarius accedere potest, quibus maluerit. Trid. *l. c.*

20 Idem fiat si vota sint singularia. *ib.*

21 In examine ad ordines, seu confessiones, aut conciones, tres adsint. Prov. 5.

22 Et præsente Episcopo, seu Vicario, si voluerit. Prov. 4.

23 Non potest Episcopus statuere aliquod stipendium, etiam minimum, examinatoribus Synodalibus, &, si Synodus ipsa statueret, decretum esset nullum. Decisum refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 374.

24 Caveant, ne quidquam prorsus occasione examinis Paroch. Ecclesiarum, nec ante, nec post accipiant, alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam dantes incurrant. Trid. *l. c.*

25 Nec absolvi queant, nisi dimissis beneficiis,

ctiis, quæ quomodocumque obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. *ib.*

26 In Synodo Provinciali, si opus erit, teneantur rationem reddere, & graviter puniri possunt, si quid contra officium eos fecisse comperiantur. *ib.*

V. Benef. collat. n. 16. & seqq.

ADDITIO.

1 Electi alias in Synodo, & non confirmati in posteriori Synodo non sunt idonei in examine beneficiorum Parochialium. *Congr. Conc.* 13. *Julii* 1630. & *Barb. de offic. Paroch. p.* 1. *c.* 2. *n.* 67.

2 Si inter examinatores aliquis adsit, qui non sit examinator Synodalis, concursus est nullus. *Congreg. eadem Anno* 1629. & decisum refert *Garz. de benef. q.* 2. *c.* 2. *num.* 83. 324. 341. *Barb. l. c. n.* 71.

3 Intellige, si votum suum det cum aliis: secus, si tantum interroget, & alii suffragia ferant in numero debito.

Excommissæ.

1 Super electione Papæ, & creatione Cardinalium sponsiones, & excommissæ prohibentur. Greg. XIV. Anno 1591.

2 Sub pœna nullitatis, applicationis pecuniarum piis locis, privationis beneficiorum, inhabilitatis, excommunicationis reservatæ Papæ. *ib.*

Excommunicatio.

1 Ad finem revelationis pro deperditis, aut subtractis rebus non inferatur, nisi ab Episc. ex re non vulgari, & causa mature cognita. Trid. *sess.* 25. *c.* 3.

2 Data a Vicario Generali pro perditis valet. Decisum refert Barb. *alleg.* 96. *n.* 6.

3 Non valet. Decisum referunt alii. *ib.*

4 A Capitulo, Sede vacante, valet. *ib. n.* 7. & 10.

5 Vicarius Apostol. eam concedere potest per monitorium. Decisum 26. Octobr. 1590. apud Barb. *n.* 10.

6 Potest Episcopus communicare hanc facultatem Vicario Foraneo, specialiter, & expresse. Decisum refert Barb. *ib. n.* 9.

7 Inferiores Episcopo non possunt dare monitoria. Decisum referunt DD. *ib. n.* 12.

8 Debent dari in subsidium, deficiente omni alia probatione. DD. *ib. n.* 14.

9 Et ad instantiam tantum partis, cujus interest. *ib. n.* 19. & 24.

10 Cum speciali mandato ad obtinendum. Idem *n.* 22.

11 Non ad instantiam excommunicati, seu notorie criminosi. Prov. 4.

12 Pro civili interesse, non pro criminali. Congr. Episc. 22. Apr. 1616.

13 Non pro re omnino occulta. Prov. 4.

14 Neque pro re jamdiu amissa, ut verisimile sit non haberi de ea memoriam. *ib.*

15 In curia Romana attenditur valor aureorum quinquaginta. Barb. *l. c. n.* 30.

16 Non dentur contra aliquem impotentem satisfacere. Prov. 4.

17 Neque nominari debet persona, quæ præsumitur rem habere. Barb. *cit. n.* 33.

18 Possunt dari monitoria ante cœptam litem, & ea pendente, quoties jura permittunt examinari testes, & articulos produci. Idem *n.* 38.

19 Forma monitorii habetur apud Quar. *in summ. V. Excommunicatio ad finem revel.*

20 In monitoriis expeditis a Papa observentur verba, sed possunt vulgari lingua publicari. Decisum apud Quar. *ib.*

21 Non promulgentur in festis solemnioribus Domini, & sanctorum. Prov. 4.

22 Nec in loco, ubi timetur ejus contemptus. *ib.*

23 Pro executione Papalium monitoriorum, Vicarius nihil accipiat. Congr. Episc. 25. Oct. 1588.

24 Qui deponunt, non tenentur jurare. Barb. *l. c. n.* 34.

25 Nisi in monitoriis juramentum decernatur. Idem *ib.*

26 Antequam feratur sententia, habeatur relatio, de promulgatione, locis, & temporibus: tum iterum de causa deliberetur. Prov. 4.

27 In causis judicialibus, quando executio realis, & personalis fieri potest, abstineant a censuris, seu interdicto, sed per mulctas pecuniarias, etiam contra laicos procedant. Trid. *sess.* 25. *c.* 3.

28 Si executio prædicta fieri nequit, sitque erga judicem contumacia, tunc excommunicatio poterit inferri. *ib.*

29 Eadem in criminalibus fieri possunt, & debent, si delicti qualitas id postulet. *ib.*

30 Servata forma juris. *in c. sacro. c. contingit de sent. excomm.*

31 Quam si omittat Prælatus inferior Episcopo, vel Episcopi Vicarius, sine justa causa, est interdictus ab ingressu Ecclesiæ per mensem. Navar. *c.* 27. *n.* 8.

32 Causas justas non præmittendi monitiones, lege in Praxi Episc. *V. Excommunicatio.*

33 Non est imponenda excommunicatio ob festorum violationem. Congr. Episc. 16. Jan. 1615.

34 Neque contra non audientes quotidie concionem in Quadragesima. Ead. 15. Mart. 1583.

35 Neque contra polluentes Ecclesiam. Eadem 10. Maji 1619.

36 Neque facile contra alloquentes Moniales. Eadem 15. Jan. 1616. & 1. Sept. 1617.

37 Neque contra clericos ludentes, aut ludere spectantes. Eadem 5. Febr. 1616.

38 Neque contra eos, qui practicas faciunt ad beneficia, antequam vacent. Ead. 19. Jan. 1618.

39 Nulla excommunicatio debet ferri ab Episcopo

copo Pontificaliter induto, neque debet pingi excommunicatus inter Dæmones. Eadem 14. Nov. 1592.

40 Excommunicatus ab Episcopo, & denunciatus publicetur ad valvas Cathedralis, & Parochialis Ecclesiæ: tum a Curatis, & Diœcesanis, qui primo saltem Dominico die cujusque mensis, illum populo denuncient usque ad absolutionem. Prov. 2.

41 Excommunicatus, vel interdictus publice, qui a Sacerdote celebrante nominatim monitus, ut exeat de Ecclesia, aufert permanere, excommunicationis novo vinculo irretitus est, Sedi Apostolicæ reservatæ a Clem. V. Prov. 5.

42 Si tres menses manserit in eo statu, illius nomen Episcopus denunciet reliquis Provinciæ Episcopis, tum illis, quorum Diœceses sunt finitimæ. Prov. 2.

43 Excommunicatus per annum insordescens habeatur tanquam de hæresi suspectus. Trident. *cit. supra*.

44 Statutum Episcopi valet, quod obstinate perseverans in excommunicatione, quolibet mense solvat certam pecuniæ quantitatem. Genuens. *in Man. Past. c.* 65. *n.* 6.

45 Excommunicatio lata pro re gravi potest sæpius aggravari singulis Dominicis, & festis, pulsatis campanis. Gen. *ib.*

46 Potest etiam prohiberi uxor, in casibus gravioribus, ne communicet cum marito excommunicato, excepto debito conjugali. Sanchez *l.* 9. *disp.* 14. *n.* 7. & 13.

47 In omni sacristia habeatur Tabella cum nominibus excommunicatorum, & interdictorum. Prov. 6.

48 Mittantur etiam eorum nomina ad Regulares. *ib.*

49 Excommunicati paulo ante Pascha, non sunt molestandi, si non communicant in Paschate. Congr. Episc. 25. Maji 1601.

50 Summarium quoque excommunicationum, & qua de causa infligantur, communi lingua publicentur in Cathedrali die primo Dominico Quadragesimæ, & in iis Parochialibus, in quibus Episcopus censuerit. Prov. 7.

51 Nefas sit sæculari Magistratui, prohibere judici Ecclesiastico, ne excommunicet, aut mandare, ut revocet excommunicationem latam, eo prætextu, quod prædicta non sint observata: cum hæc cognitio pertineat ad Ecclesiasticos. Trid. *sess. cit. c.* 3.

52 Vitandi vero sunt excommunicati in duplici genere tantum, percussores publici clericorum, & publice denunciati. DD. communiter.

53 Notorius percussor dicitur, qui visus est a sex personis saltem. Navar. *c.* 25. *n.* 73.

54 Potest excommunicatus audire concionem in Ecclesia. Abb. *in c. responsio, n.* 2. & 3. *de sent. excomm. V. Benedictio. n.* 18. *Benef. Resignatio, n.* 18. *Bona Ecclesiastica n.* 1. 23. 25. *Censura. n.* 12. 13. *Cingari. n.* 4. *Concubinarius. n.* 1. *Gratiæ, n.* 1. 2. *Miraculum n.* 3. *Monialium receptio n.* 1. 2. 6. *Monialium alimenta. n.* 1. *Monialium communes leges, n.* 24. *Monialium educatio activa, n.* 1. *Montes Pietatis, n.* 3. 6. *Quadragesima, n.* 4. *Sepulturæ, n.* 16. 23. *Torneamentum, n.* 1. 3. *Vicarius Generalis, n.* 28. 29.

Exempti.

1 Universitates generales, collegia Doctorum, seu scholarium, & Regularia loca, nec non Hospitalia actu hospitalitatem servantia, & personæ prædictorum sunt exemptæ. Trid. *sess.* 14. *c.* 5.

2 Item ii qui Monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut Militiis privilegiatis actu serviunt, & intra eorum septa resident, aut secundum regulam earumdem militiarum professionem fecerint. Idem *sess.* 24. *c.* 11.

3 Nihil detractum esse Ordinariis intelligatur ex privilegiis, seu titulis honorariis Protonotariatus, Comitis Palatini, Cappellani Regii, aut ejusmodi aliis, quo minus ii ipsis Ordinariis tanquam sedis Apostolicæ delegatis plene subjecti existant. *ib.*

4 Et ratione beneficiorum Ordinariis subjiciuntur omnes, etiamsi resideant in Curia Romana, aut familiares sint Cardinalium, non obstantibus quibuscumque inhibitionibus. Idem *ibid.*

5 Referendarii non possunt excommunicari, vel interdici ab Episcopo. Zerol. *parte* 2. *V. Referendarii*.

6 Neque subsunt Ordinariis, una cum Cappellanis, familiaribus, & servitoribus. Paul. III. Anno 1540. Sixtus V. Anno 1586.

7 Item, & Auditores Rotæ Rom. sunt exempti ab Ordinariis. Clem. VII. Anno 1525.

8 Item & eorum locumtenentes. Idem *ib.*

9 Subcollectores Cameræ Apostolicæ, si non serviunt amplius, sub Ordinario sunt. Congr. Episc. 1. Oct. 1602.

10 Episcopus residens etiam extra visitationis actum, potest punire excessus clericorum privilegiatorum, ut delegatus Sedis Apostol. Trid. *sess.* 14. *c.* 4.

11 Ex defectu justitiæ, si non potest haberi recursus ad Papam, seu superiorem exemptorum, potest adiri Ordinarius. Barb. *alleg.* 105. *n.* 67.

12 Potest Episcopus capere exemptum, & remittere ad competentem, si fugæ sit periculum, & quando non potest expectari auctoritas judicis exemptorum. DD. apud eundem *ib. n.* 64.

13 Episcopo subduntur exempti ad hoc, ut per eum possint denunciari, & mandari, ut evitentur, quando sunt notorie excommunicati. DD. apud Barb. *l. c. n.* 73.

V. Concilium Provinciale, n. 5. 51. 72. *Processio, n.* 7. *Protonotarii, n.* 1. *Regularium jura* sub

Sub Episcopis per totum. *Subsidium Charitativum*, *n. 16. Synodus Diœcesana*, *n.* 11. 20. *Tertiariis*, *n.* 8. 9. 10. *Visitatio Episc. n. 6.* 12. 20. 24. 28. 29. 30. 32. 33. 34.

ADDITIO.

Commissarii Fabricæ S. Petri subduntur ordinariis locorum. Congr. Episc. 1. *Sept. 1693.*

Exequiæ.

1 SUb quovis prætextu non retardetur sepultura mortuorum. Congr. Episc. 5. Maji 1617.

2 Ante solis ortum, & post occasum ne efferantur mortui sine licentia Episc. Pr. 1.

3 Neque nisi post 12. horas ab obitu: qui vero repentina morte obeunt, non ante horas viginti quatuor. Prov. 6.

4 Hæredes defunctorum possunt vocare numerum Sacerdotum sibi bene visum. Cong. Episc. 5. Maji 1617.

5 Et ceram pro libito dare. Eadem *ib.*

6 Licet a defuncto accersiri tantum Regulares jubeantur, non tamen excluditur proprius Parochus. Ead. 24. Apr. 1584.

7 In vocandis ad funus præferantur ii, qui sunt de gremio Parochialis Ecclesiæ. Prov. 4.

8 Vocati adsint ipsi, neque habeatur ratio non vocatorum, etiamsi adsint, neque præsentium, nomine aliorum. *ib.*

9 Ne efferantur a quoquam, nec etiam a Regularibus quibuscumque quovis prætextu, non vocato, & expectato Parocho defuncti, eoque præsente, nisi ipse aliud permiserit, vel adesse recuset. Congr. Episc. 12. Jan. 1603.

10 Non obstante quacumque speciali consuetudine. Eadem 1. Jul. 1606. *

11 Regulares conveniant ad Ecclesiam Parochialem, seu aliam, in qua defunctus jacet. Eadem 26. Aug. 1616.

12 Totus Clerus conveniat in Ecclesiam saltem proximam ædibus defuncti. Pr. 1.

13 Cruces tot adhibeantur, quot Collegiatæ vocantur, & sub Cruce Rectoriæ procedant alii invitati clerici. *ib.*

14 Crux autem Parochialis regulariter deferri tantum debet, nisi probetur contraria consuetudo canonice præscripta. Congr. Episc. 29. Julii 1616.

15 Regulares teneant locum solitum in Processionibus. Prov. 1.

16 Curatus Regularis, ad cujus Ecclesiam defertur cadaver, procedat inter Curatos; & Regulares, e quibus ille Curatus est, procedant loco suo. Congr. Episc. 14. Aug. 1584.

17 Duo Parochi, a quo, & ad quem funus effertur, etiamsi alter sit Regularis, Cotta, & stola induti pares incedant. Pr. 1.

18 At secus, si alter sit in Dignitate constitutus, cum suo Capitulo intersit, quia eo casu alter Parochus præire Capitulo debet. Prov. 7.

19 Parochi defuncti locus, in funere, erit a sinistris superioris illius Ecclesiæ, ad quem defertur. Congr. Episc. 2. Julii 1591.

20 Accensæ candelæ deferantur a Clero, nec extinguantur nisi officio absoluto. Prov. 5.

21 Regulares, ad quos defertur, neque domi, neque in via officium facere possunt, ut Parochi, Congr. Episc. 28. Oct. 1584.

22 Non portent laicum Ecclesiastici, neque inferiorem gradu clericorum, qui sunt in superiori. Prov. 6.

23 Diaconi Diaconum efferant, Sacerdotes Sacerdotem. *ib.*

24 Episcopum efferant Dignitates, & Canonici. *ib.*

25 Recto tramite ad Ecclesiam Regularium sunt deferendi defuncti. Congr. Episc. 11. Dec. 1615. *Nald. V. Sepultura n.* 13.

26 Parochus deducet funus usque ad Ecclesiam Regularium, in qua Regulares officium circa cadaver peragent, nisi contraria adsit consuetudo. Cong. Episc. 18. Junii 1592. 5. Junii 1615. 31. Jan. 1617.

27 Non inferantur in Ecclesiam inter Missæ majoris celebrationem. Prov. 1.

28 Omnes autem circumstent, officia celebrantes. *ib.*

29 Neque a laicis confratribus celebrentur. Prov. 6.

30 Missam, etiam Dominico die, cantare coram defuncto licet. *ib.* & Rit. Rom.

31 Taxa fiat ab Episcopo de singulis, quæ in hoc genere accidunt. Prov. 1.

32 Fiat Tabella, in qua præscribatur cereorum numerus, & pondus, tum eleemosyna, propositis pœnis, ni observetur. Prov. 7.

33 Pallium commune pro feretro, aut sumptibus populi, aut Cleri fiat, cui ideo dari debet aliquid ab hæredibus defunctorum juxta taxam Episcopi. Prov. 1.

34 Comparatum detur deinde gratis. Pr. 4. *V. Supellex Sacra*, *n.* 1.

35 Pallium nobiliorum cedat in ornamentum Ecclesiæ tantum, non ad usum defunctorum. Prov. 1.

36 Pro Crucibus nihil omnino detur. Prov. 4.

37 Quod nomine campanarum, seu sacristiæ datur, Episcopo concedente id vere in eos usus insumatur. *ib.*

38 Qui Crucem tulerit, vel campanas pulsaverit, accipiat, quod eo nomine statutum est. *ib.*

39 Qui sunt in sacris, æque habeant, ac Sacerdotes. *ib.*

40 Cerei circum cadaver, & in altaribus accensi sacristiæ addicantur. Prov. 1.

41 Adhibeantur ii ad Missas, neque ullo modo vendantur sine licentia Episcopi. Prov. 2.

42 Qui supererunt, Rectoris erunt, eorumve, ad quos de jure. *ib.*

43 Excipiuntur ii, qui clericis dantur, vel funeralium nomine, Cathedrali, & Parochiali. *ib.*

44 Nul-

44 Nulla pactio, neque pignus fiat; piæ tamen consuetudines serventur. Prov. 1.

45 Et ad eas cogantur hæredes ab Episc. Prov. 2.

46 Pro loco, in quem mortuus infertur, ne quicquam prorsus exigatur, nisi pia adsit consuetudo. Prov. 4.

47 Neque nomine Cœnotaphii, quod in medio Ecclesiæ ad pompam ex tabulis construitur. *ib.*

48 Pauperum cadavera gratis sepeliantur. Congr. Episc. 5. Maji 1617.

49 Neque Parochos, intra cujus fines aliquis alienæ Parochiæ occisus est, alio transferri ejus cadaver prohibetur, nihilque ideo accipiat. Pr 4.

50 Si vero translatio fit cum funere, liberum sit ei uti jure suo. *ib.*

51 Anniversaria ne fiant die festo, sed eo casu in præcedenti die. Prov. 6.

52 Vel in sequenti die. Cong. Rit. 27. Sept. 1608.

53 Tolerantur Missæ privatæ de Requiem in festo duplici, quod non est de præcepto pro implenda voluntate testatorum. Eadem 2. Sept. 1607.

54 In altari pro certis diebus privilegiato non potest dici Missa de Requiem in festo duplici de præcepto. Eadem 24. Aprilis 1627.

55 In diebus quibus prohibetur fieri de festo duplici, non debent dici Missæ de Requiem. Eadem 28. Aug. 1627.

56 Die Dominico denuncientur a Parocho officia defunctorum obeunda in Parochiali. Prov. 3.

57 Et Anniversaria, etiam in Cathedrali. Prov. 6.

58 Nemini quemquam in funere laudare liceat, quem Episcopus non probarit in scriptis. Prov. 1.

59 Sermo haberi potest, & in Ecclesia tantum. Prov. 4.

60 Et finita Missa. Rub. Miss. *tit.* 13. *n.* 3. *V. Cessatio a divinis*, *n.* 6. *Confraternitates*, *n.* 44. 45. *Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 44. *& seqq.*

ADDITIO.

1 Parochus debet vocare clericos destinatos ab hæredibus, non alios. *Congr. Ric.* 20. *Aug.* 1601.

2 Alias poterit vocare, quos maluerit, omissis etiam vicinioribus. *Eadem* 7. *Sept.* 1613.

3 Confraternitates non possunt accedere, nisi vocatæ expresse, & specialiter. *Eadem* 9. *Dec.* 1617.

4 Et tunc non possunt erigere crucem. Eadem 22. Nov. 1631.

5 Vocati omnes ad funus debent convenire ad Ecclesiam Parochialem defuncti. *Eadem* 9. *Dec.* 1617. 16. *Febr.* 1631.

6 Neque sistere extra januam illius. *Congreg. Episc.* 13. *Nov.* 1600. si sit capax.

7 Nemini licet deferre cadaver irrequisito proprio Parocho. *Congr. Rit.* 18. *Aug.* 1629.

8 Neque Canonicis Ecclesiæ Cathedralis. *Eadem* 29. *Nov.* 1631.

9 Si recuset interesse Parochus requisitus, possunt defuncti sepeliri in Ecclesia, in qua sepulturam elegerunt sine præsentia Parochi. *Eadem* 22. *Dec.* 1629.

10 Ad Parochum spectat decernere viam, per quam exportandus est defunctus, usque ad portam Ecclesiæ regularium, in qua est sepeliendus. *Congr. Episc.* 4. *Jan.* 1594. 18. *Junii* 1591. 5. *Junii* 1615.

11 In funeribus unica Crux deferenda est illius Ecclesiæ, ad quam defertur cadaver, post quam debent incedere immediate personæ Ecclesiæ illius, deinde cæteri secundum antianitatem. *Congr. Rit.* 30. *Sept.* 1614. 22. *Nov.* 1631.

12 Dummodo non interveniat Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, sub cujus Cruce omnes, eo casu incedere debent. *Eadem* 22. *Martii* 1631.

13 Et in hoc casu curatus, & sacrista Cathedralis Ecclesiæ, licet sint amovibiles, debent præcedere Parocho defuncti. Eadem *ib.*

14 Crux propriæ Parochiæ defuncti deferenda est ut supra; non autem antiquæ Parochiæ, ex qua dismembrata fuit nova Parochia, de qua est defunctus. Eadem *ib.*

15 Parochus sæcularis deferat stolam in Parochia, etiam Regularium, dum defunctos in eorum Ecclesia sepelitur: & eodem modo in eodem casu, & tempore Parochus Regularis in Parochia defuncti, *Ead.* 30. *Sept.* 1628. 29. *Jan.* 1629.

16 Omnibus in Ecclesiis Regularium sive per se ipsos, sive per alios sæculares, officium fieri debet, non obstante quavis contraria consuetudine. *Eadem* 12. *Martii* 1612. 5. *Julii* 1614. 23. *Martii*, *&* 12. *Oct.* 1619. 12. *Febr.* 2. *Martii* 8. *Aug.* 1629. 5. *Julii* 1631. ubi excluditur immemorabilis etiam consuetudo.

17 Parochi non debent plus recipere pro tumulandis exteris, quam pro civibus. *Congreg. Conc.* 27. *Maji* 1617.

18 Si deponantur in Parochiali, ut inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ Parochiali, exceptis juribus Parochialibus. *Congr. Rit.* 23. *Martii* 1619.

19 Baronum defunctorum regalia, quæ consistunt in lecto, equo, pileo, ense, annulo, calcaribus, &c. debentur Episcopo, in cujus Diœcesi est Baronia: non autem illi, in cujus Diœcesi decessit. *Congr. Episc. apud Jul. Lavor. var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 2. *c.* 3. *n.* 204.

Nova Additio Editoris.

„ In secundo triduo majoris hebdomadæ non „ possunt celebrari Exequiæ defunctorum, sed „ officium & preces recitentur privatim. S. R. „ C. 11. *Aug.* 1736.

Exequiæ Ecclesiasticorum.

1 MOrtuo summo Pontifice, in omni Ecclesia campanæ pulsentur; tum in Cathedrali, & collegiatis Missa pro eo cantetur. Pr. *6.*

2 Sacerdotes singuli Missam dicant, aut saltem Collectam in ea. *ib.*

3 Mortuo Episcopo, Sacerdotes singuli per dies novem Missam pro eo faciant, aut Collectam recitent. *ib.*

4 Capituli munus sit monendi Diœcesanum Clerum. *ib.*

5 Exequiæ Episcopi describuntur fuse in Cær. Episc. *l. 2. c. 28.*

6 Episcopus vivens prædecessoris sui proxime defuncti singulis annis in die obitus anniversarium celebrare debet, vel saltem Missæ a Dignitate, vel Canonico celebratæ interesse, & in fine ipse debet absolvere. Cær. Episc. *ib. c. 36.*

7 Canonico mortuo, sumptibus Capituli fiat funus: tum Missa Conventualis; & Missæ privatæ a singulis Sacerdotibus illius Ecclesiæ. Prov. 4.

8 Parocho mortuo, successor quotannis anniversarium celebret pro eo cum Missa Parochiali. Prov. *6.*

9 Infra Octavam defunctorum arbitrio Episcopi, die non impedito, Canonicus, seu Dignitas Ecclesiæ Cathedralis celebrabit Missam pro animabus omnium Episcoporum, & Canonicorum Cathedralis defunctorum. Cærem. Episc. *l. c. c. 37.*

10 Clerus faciat Missas pro iisdem. Pr. 3.

11 In Collegiatis fiat idem pro Canonicis illius Ecclesiæ. *ib.*

V. Exequiæ. n. 22. 23. 24. Parochorum munera, n. 46. 47.

Exorcista.

1 NE quis Exorcistæ fungatur officio sine licentia Episcopi. Prov. 1.

2 Neque duo simul exorcizentur. Pr. 4.

3 Mulieres ne tangantur ab Exorcista. *ib.*

4 Neque ullus quæstus, aut percunctatio ad divinationem intercedat. Prov. 1.

5 In Ecclesia tantum exorcismi fiant, paucis præsentibus, uno, saltem Ecclesiastico, neque ante ortum, neque post solis occasum. Prov. 4.

V. Monialium Cura Spiritualis, n. 30.

Extrema Unctio.

1 EXtremæ unctionis, & viatici, aliaque Sacramenta non possunt dare confessarii iis, quorum audierint confessiones, licet ii dicant sibi ea denegari a Parocho. Leo X. An. 1518.

2 Nisi denegatio sit illegitima, & vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram Notario facta doceretur. *ib.*

3 Religiosi non possunt ministrare hoc Sacramentum, nec etiam in necessitate, alias incidunt in Canonem. Cler. relig. *de privil.* Sylv. *V. Unctio.*

4 Licentiam dare potest proprius Sacerdos, etiamsi sit excommunicatus, aut suspensus. Sylv. *ib. q. 4.*

5 Ne pueris usu rationis carentibus, neque mulieribus in partu, neque damnatis ultimo supplicio ministretur. Prov. 4. Senio confectis, non ægrotis, dari potest. *ib.*

6 Una cum viatico, si opus est, deferatur oleum infirmorum. *ib.*

7 In via Psalmi recitentur. *ib.*

8 Sacculo serico violaceo de collo pendente feratur olei vas. *ib.*

9 Si oleum aliud non sacrum adhibeatur, iteretur unctio. Prov. 5.

10 Oleo veteri sacro poterit uti Parochus in casu necessitatis. Congr. Episc. 20. Mart. 1590.

11 Singulis mensibus reddatur ratio Deputato ab Episcopo de defunctis, & Sacramentis ministratis. Prov. 4.

V. Cessatio a divinis n. 5. Interdictum n. 38. 39. Olea Sacra, n. 12. 13. Pestis, n. 8. Regularium jura circa Tertiarias, n. 3.

Familiaris Episcopi, vel Cardinalis.

1 FAmiliaris, & commensalis idem. Trid. *sess. 23. c. 9.* continuæ, inquit, commensalitatis.

2 Familiares Episcopi, laici, sunt immunes a laica jurisdictione. Congr. Episc. 7. Junii 1595.

3 Cardinalis presbyter potest conferre primam tonsuram, & minores ordines suis familiaribus. DD. apud Barb. *de pot. Episc. alleg. 5. n. 25.*

4 Episcopus titularis non potest ordinare suum familiarem. Trid. *sess. 14. c. 2.*

5 Potest Episcopus ordinare familiarem suum, si per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat. Trid. *sess. 23. c. 9.*

6 Habet hoc etiam locum in minoribus, & prima tonsura. Nav. *cons. 11. de temp. ordinat.* & Decisum refert Armendar. *in addit. ad recompil. legum, Navar. l. 1. tit. 8. l. 7. de Episc. n. 45.*

7 Triennium sufficit incœpisse, antequam esset Episcopus. Decisum refert Garz. *de benef. p. 2. c. 5. n. 83.*

8 Debet esse continuum. Campanil. *in div. jur. Canon. Rubr. 9. c. 9. n. 12.*

9 Beneficium statim ei est conferendum. Decisum refert Garz. *d. c. 5. n. 85.*

10 Et sufficit beneficium simplex in aliena Diœcesi. Congr. Conc. 26. Maji 1594.

11 Etiam ad titulum pensionis ordinari potest. Decisum refert Garz. *d. c. 5. n. 81. 82.*

12 Etiam ad titulum patrimonii pro necessitate, & commoditate Ecclesiæ Episcopi, & debet adscribi illi Ecclesiæ. Decisum refert idem. *ib.*

13 Li-

13 Licet ordinandus sit Ultramontanus, ordinari potest, ut supra. Congr. Episc. 12. Jan. 1618.

14 Non potest tamen Episcopus dispensare cum familiari super illegitimitate, etiam ad minores ordines, neque super interstitiis. Decis. refert Garz. *l. c. n. 86.*

15 Postquam fuerit ordinatus titulo beneficii collati, erit Episcopo subditus, & sic cum eo dispensare poterit in interstitiis. Decisum refert Armandar. *l. c. n. 50.*

16 Non potest admitti ad concursum Parochialium, nisi per obitum. Decisum refert Genuens. *in Praxi* 1. *edit. c. 66.*

V. Exempti, n. 4.

ADDITIO.

1 Collatio beneficii requiritur etiam ad primam tonsuram familiaris Episcopi. *Barb. cum aliis de pot. Episc. alleg.* 5. *n.* 11.

2 Beneficium statim conferendum, hoc est, intra decem circiter dies. *Molfes. cum aliis in summ. tract.* 2. *c.* 2. *n.* 9.

3 Ratio ordinationis, & litterarum dimissorialium ad alium Episcopum in casu familiaris est ead. *Barb. l. c. n.* 16.

4 Potest Episcopus dispensare in interstitiis cum suo familiari, si reliqua a Conc. Trid. praescripta adsint; DD. *cum Diana* 3. *par. tract.* 4. *de Sacr. resol.* 190.

Festi dies.

1 NOn potest Episcopus sacrare dies festos iis, qui non sunt auctoritate Apost. relati in sanctorum numerum. Sanchez *in praecepta Decal. l.* 2. *c.* 43. *n.* 9. & Azor. *par.* 2. *l.* 1. *c.* 26. *q.* 14.

2 Solus Episcopus potest statuere die festos, vocato populo, ut ab eo audiat, an nimis gravetur. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 105. *n.* 36.

3 Potest indicere festa in Synodo sine populi consensu. M. Ant. Genuens. *in praxi c.* 51. *ubi resp. ad tex. in c. fin. de feriis.*

4 Potest Episcopus indicere festa usque ad meridiem tantum, & populus tenetur audire Missam. Azor. *l. c. q.* 8.

5 Parcissimus sit Episcopus in institutione, festorum. Sayrus *in clavi reg. l.* 7. *c.* 3. *n.* 16.

6 Colantur festa usu, vel publico voto inducta. Prov. 3.

7 Festa de praecepto communia toti Ecclesiae sunt: Nativitatis Domini, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Epiphaniae, Corporis Christi, Circumcisionis Domini, Duae feriae post Pascha, & Pentecosten: sed hae ex consuetudine. Azor. *infra*. Assumptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis Beatae Virginis, Nativitatis S. Joan. Baptistae, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Natal. duodecim Apostolorum, S. Stephani, Sancti Laurentii, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, Inventionis S. Crucis. Haec Sylv. *V. Dominica q.* 1.

8 De consuetudine universali sunt festa S. Nicolai, S. Antonii, S. Catharinae. idem *ib.*

9 Item SS. Innocentium, & S. Sylvestri, standum est consuetudini. idem *ibid.* & Azor. cum aliis, *p.* 2. *l.* 1. *c.* 25.

10 De S. Martini festo idem docet Azor. *ib.*

11 Festum S. Marci non est de praecepto, jure communi. Azor. *ib.* nisi ubi est consuetudo.

12 Festum S. Joseph est ubique de praecepto. Greg. XV. Anno 1621.

13 Festum item S. Annae. Idem Anno 1622.

14 Item Festum S. Francisci. Cong. Rit. die 3. Jan. 1622. & in Tabella est Romae edita Anno 1631. de festis ubique de praecepto.

15 Decreto evulgentur festa de praecepto, & de consuetudine, vel voto, & in Calendario notentur cum vigiliis de praecepto. Prov. 3.

16 Ea denunciet Parochus die Dominico praecedente: & doceat de agendis eo die. *ib.*

17 Denunciet etiam Indulgentias, Stationes, orationes, processiones, & officia defunctorum in Parochiali obeunda. *ib.*

18 Abstineant ab opere servili, mercatus ne fiant; negotiationes, & judiciorum strepitus quiescant. Pius V. Anno 1566.

19 Licet diebus festis dare operam rebus ad vitam necessariis tempore perituris, vel ubi necessitas urgeat, aut pietas suadeat judicio Ordinarii. Decisum refert Quar. *V. Dies Festi.*

20 Nundinae occurrentes in die festo, quae fiunt qualibet hebdomada, fiant in praecedenti feria, quae vero semel in anno, tolerari possunt post celebratam Missam majorem. Cong. Episc. 10. Aug. 1592.

21 Ne fiat apparatus pro nundinis, mercatuve, quae in sequentem cadant diem post festum. Prov. 3.

22 Ne quid emaiur, aut vendatur, praeter id, quod ad victum illius diei, seu ad aegrotos attinet. Prov. 1.

23 Non tamen ea venalia prope Ecclesiam proponantur. Prov. 3.

24 Neque ibidem eorumdem tentoria, rastrave sint, quibus illa exponuntur, excepto pane, defendendo a Sole, vel pluvia. *ib.*

25 Neque officinae sint apertae, sed ostiolum tantum. *ib.*

26 Certa item hora vendendi praescribatur. *ib.*

27 Ne exigantur collectae, talesve in oppidis, & praesertim tempore divinorum officiorum, concionis, processionis, doctrinae Christianae. Prov. 3.

28 Neque libri, imaginesque venales proponantur. *ib.*

29 Ne, quae ad aleae usum, larvae, vestes personatorum vendantur, aut locentur. *ib.*

30 Neque comessationes in honorem Sanctorum, ludi, aliaeve profanae actiones, neque comoediae, hastiludia, spectacula fiant.

31 Sal-

31 Saltationes, tripudia, choreæve ne fiant, dum divina celebrantur officia. *ib.*

32 Ne circulatores, & ejusmodi quidquam vendant, ne medicamenti quidem prætextu. *ib.*

33 Tonsoribus, pistoribus, sutoribus, calceariis, & ejusmodi præscribantur certæ regulæ. *ib.*

34 Ecclesiastici, non suscipiant iter, nisi urgenti de causa: Laici vero, vel prius audita Missa. Prov. 5.

35 Non excusentur puellæ nubiles, aut viduæ a Missa audienda, cujusvis consuetudinis prætextu. Prov. 1.

36 Neque testes dicant testimonium; nisi in causis, in quibus licet die festo juramentum deferre: hæc etiam in foro laicorum serventur. Prov. 4.

37 Ne torqueantur rei, nisi criminis atrocitas illud exigat. *ib.*

38 Causæ alimentorum tractari possunt coram Episcopo in die festo. *Sà v. Alimenta.*

39 Regulares servent festa, & jejunia pro locorum consuetudine. Prov. 5.

40 Si dies festus incidat in diem vigiliæ de præcepto, omnino servetur jejunium Pr. *6.*

41 Festum Sancti Titularis Ecclesiæ Parochialis colatur etiam cum vigilia, hortante Parocho suas oves. Prov. 3.

42 Post Vesperas, saltem de libro, vita Sancti Titularis enarretur, ex auctore probato. *ib.*

43 Si adsit corpus, vel insignis Reliquia, eo die, & campanarum sono, & luminum apparatu divina officia celebrentur. *ib.*

44 Princeps, & Magistratus invitentur ad Ecclesiam Cathedralem in solemnioribus festis, & ad processiones. *ib.*

45 Pro licentia operandi in die festo nihil imponatur titulo eleemosynæ, nisi hortando. Congr. Episc. 27. Nov. 1594.

46 Parochus non potest dare licentiam operam in die festo, nisi consentiente Episcopo. Eadem 18. Julii 1594.

47 Superiores laici non possunt dare licentiam, & si dent, nulla est, & possunt puniri ab Episcopo. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 105. *n.* 42.

48 Potest Episcopus procedere contra laicos non observantes festa, ex Bulla Pii V. *supra citata.*

49 Potest & laicus judex procedere contra eosdem. Congr. Episc. 21. Aug. 1615.

50 Pœna incurritur arbitrio Ordinarii, vel Magistratus, etiam amissionis animalium. Pius V. *supra.*

51 Præventioni sit locus. *ib.*

52 Pro officinis apertis, rebusve venditis, etiam pater, dominus, & artifex pœnam subeat. Prov. 1.

53 Non locentur pœnæ ex violatione festorum, sed applicentur locis piis, eo loci, & in quo solvuntur. Congr. Episc. 22. Maji 1590.

V. Casus reservati, n. 14. *Excommunicatio, n.* 21. 33. *Licentia. n.* 1. *Regularium jura sub Episcopis, n.* 26.

ADDITIO.

1 Ad Vicarium potius foraneum, non ad Archipresbyterum spectat dare licentiam operandi die festo. *Cong. Episc.* 18. *Nov.* 1597.

2 Debet autem hac de re licentia dari in scriptis. *Eadem* 21. *Aug.* 1651.

Nova Additio Editoris.

„ 1 Qui ex Apostolica Bened. XIII. pro Hispa-
„ niis, & Bened. XIV. pro Italia dispensatione cer-
„ tis festis diebus servilia opera exercere possunt,
„ sacrum tenentur audire sub peccato mortali, &
„ jejunia de more si quæ illos præcedant, servare.
„ 2 Communitates, vel Universitates Civi-
„ tatum, seu locorum non tenentur ex præce-
„ pto servare Festa ex voto earumdem indicta,
„ cum sub præcepto teneantur tantum personæ
„ viventes. S. R. C. 18. *Apr.* 1643.

Fidei Professio.

1 Provisi de beneficiis quibuscumque animarum curam habentibus, tenentur, a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses coram Episcopo, seu Vicario fidei facere professionem. Trid. *sess.* 24. *c.* 12.

2 Canonici, & Dignitates Cathedralium, & coram Episcopo, & in Capitulo tenentur. *ib.*

3 Et portionarii, qui sunt de Capitulo. Ricc. *de jure person. l.* 1. *c.* 13. *n.* 57. alias minime, neque Cappellani in Cathedrali. *ib.*

4 Etiam Canonici prædicti, exempti, tenentur coram Episcopo, & Capitulo. Decisum refert Garz. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 21.

5 Item Canonici Regulares Cathedralium a die electionis, seu a quo admittuntur ad participationem massæ capitularis. Decis. refertur *ib. n.* 16.

6 Sede Vacante non sufficit fieri coram Capitulo, sed coram ejus Vicario Capitulari. Garz. *ib. n.* 27.

7 Si Episcopus, vel Vicarius fuerit in Capitulo, sufficit, quod ibi semel emiserint coram iis. Decisum refert Garz. *ib. n.* 24.

8 Non tenentur Coadjutores Canonicorum, aut Dignitatum, nisi cum factus fuerit successioni locus. Garz. *p.* 4. *c.* 5. *n.* 76.

9 Neque tenentur in Capitulo facere Canonici, & Dignitates Collegiatarum. Decis. refert Garz. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 13.

10 Sed sufficit, ut faciant coram Vicario, etiam Episcopo non impedito. Garz. *ib. n.* 23.

11 Commendatarii tenentur, sicuti veri beneficiati. Garz. *p.* 4. *c.* 5. *n.* 20.

12 Item Vicarii perpetui. Ricc. *de jure person. l.* 1. *c.* 13. *n.* 12.

13 Item Vicarii temporales Ecclesiarum curatarum. Idem *c.* 14. *n.* 1.

14 Non ii, qui sine proprio titulo deputantur ad animarum curam. Idem *c.* 13. *n.* 59.

15 Ne-

15 Neque ille, qui obtinuit Ecclesiam alias curatam, sed desiit habere Parochianos. Idem *cap.* 14. *n.* 2.

16 Tenentur autem post ademptam possessionem. Idem *n.* 50. & eam pacificam per menses duos. Idem *n.* 62.

17 Non excusat ignorantia Conc. Trid. idem *n.* 47. licet excusare posset ignorantia Bullæ Pii IV. vel si putaret in ea se non comprehendi. Idem *n.* 46.

18 Solet tamen Apostolica Sedes in casibus ignorantiæ remittere pœnam. Idem *n.* 49.

19 Beneficiati omnes, & ii, qui in Synodo Diœcesana convenire debent, fidei professionem faciant in prima Synodo, cui adfuerint. Trid. *sess.* 25. *c.* 2.

20 Omnes ii, ad quos universitatum, & studiorum cura, visitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, ut Decreta Conc. Trid. integre recipiantur, & ad eorum normam doceant, & initio cujuslibet anni, ad hoc institutum solemni juramento se obstringant. *ib.*

21 Publici lectores, vel Magistri, & privati, etiam Grammaticæ, & liberalium artium, tenentur ad fidei professionem faciendam. Pius IV. Anno 1564.

22 Et est in usu hæc Bulla. Ricc. *de jure person. l.* 1. *c.* 13. *n.* 5. contra Sorbum, & Sanchez.

23 Item eligendi in Rectores, vel Cancellarios Gymnasiorum. Pius IV. *l. c.*

24 Item promovendi ad Doctoratus gradum. *ibid.*

25 Item ii, qui Aritmeticam, & Musicam docent, ex declaratione Apostolica. Prov. 4. *V. Ludi Magistri*, *n.* 1.

26 Concionatores saltem semel. Prov. 5.

27 Confessarii omnes, Medici, Chirurgi, Advocati, & Procuratores sancti Officii. *ib.*

28 Bibliopolæ, & Typographi. Prov. 8. *V. librorum editio n.* 21.

29 In novo beneficio Parochiali seu canonicali debet de novo emitti. Decis. refert Garz. *d. c.* 3. *n.* 17. 38.

30 Per se ipsum facere debet beneficiatus non per Procuratorem. Decisum refert idem *n.* 74. & ultro se offerre debet. Ricc. *sup. n.* 18.

31 Posse per procuratorem, docet Nav. *cons.* 11. *tit. de jurejur. n.* 2.

32 Sed cum speciali mandato. Ricciull. *l. cit. n.* 30. & si velit Episcopus. Idem *n.* 29.

33 Etiamsi alia de causa alias emiserit. Id. *n.* 19.

34 Omissio hæc non privat beneficiatum possessione, & juribus beneficii. Decisum referunt *in Add. Quar. V. Benef. Possessio litt. B. in fine.*

35 Privat fructibus beneficii. Trid. *sess.* 24. *c.* 12.

36 Absque alia sententia. Ricc. *sup. n.* 43.

37 Fructibus præbendarum, non distributionibus. Decisum refert Garz. *d. c.* 3. *n.* 60.

38 Neque defunctorum Anniversariis. Ricc. *l. c. n.* 53.

39 Nisi fructus omnes consistant in distributionibus. Idem *n.* 54.

40 Neque prodest triennalis possessio quoad fructus percipiendos. Decis. refert Garz. *l. cit. n.* 34.

41 Et semper tenentur eam facere. Idem *ib. n.* 29. & 30.

42 In Dignitatibus habentibus fructus distinctos a mensa capitulari, sunt applicandi fabricæ Ecclesiæ, si egeat, vel loco pio, arbitrio Ordinarii. *ib. n.* 38.

43 Et generaliter fructus amissi ob hanc causam in usus pauperum, vel fabricam Ecclesiæ impendi debent. Garz. *parte* 5. *c.* 3. *n.* 36.

44 Nec Episcopus potest condonare fructus amissos. Decisum refert Garz. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 53.

45 Iis, de quibus supra *n.* 13. 23. 24. imponitur pœna nullitatis auctorum, & aliæ contra Rectores, & Superiores quoscumque Universitatum, & Gymnasiorum. Pius IV. *supra*.

46 Episcopus non exigens, nec recipiens a Doctoribus, & scholaribus fidei professionem, incurrit pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Pius IV. *ubi supra*.

47 Inferiores vero non recipientes ut supra, excommunicationis latæ sententiæ, privationis dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum incurrunt pœnam. Idem *ib.*

48 Receptio, promotio, electio, &c. sunt nullæ. Idem *ib.*

49 Referantur in certum librum nomina eorum, qui fidei professionem emiserunt. Prov. 3. *V. Capitulum*, *n.* 17. *Concio Sacra*, *n.* 20.

Filii Clericorum illegitimi.

1 NOn licet iis in Ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. (*a*)

(*a*) „ Idque etiamsi medio tempore Beneficium ab extraneo obtentum fuerit. S. C. C. a. 1589. & 1606. Pater tamen potest etiam immediate obtinere Ecclesiam filii illegitimi. S. C. C. 2. *Dec.* 1628. Confer Benedictum XIV. *de S. D. l.* 13. *c.* 24. §. 15.

2 Nec in dictis Ecclesiis ministrare (*b*), nec pensiones super fructibus beneficiorum patrum habere. *ib.*

(*b*) „ Ut esset audire Confessiones in Ecclesia, in qua Parochus fuit pater. S. C. C. 4. *Junii* 1648.

3 Reciprocæ resignationes inter eos, fraude factæ censeantur in posterum, & nullæ. *ib.*

4 Prohibitio Concilii habet locum in filiis naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti Clerici. Decisum refert Garz. *p.* 7. *c.* 3. *n.* 15.

5 Regula de triennali non habet locum in hac materia. Decisum refert idem *ib. n.* 88.

6 Non potest Episcopus dispensare cum illegitimis

gitimis filiis clericorum ad beneficia patrum. DD. apud Barb. *alleg.* 65. *n.* 30.

7 Non potest filius illegitimus obtinere beneficium in ea Ecclesia, in qua pater ejus sine legitimo titulo illud idem obtinuit, & minus pacifice. Decisum refert Garz. *l. c. n.* 59.

8 Non potest filius illegitimus obtinere illud beneficium, ratione cujus debet cantare unum versiculum certo die in Ecclesia, in qua pater ejus est Canonicus. Decisum refert idem *n.* 69.

9 Neque potest obtinere beneficium, neque servire tanquam amovibilis Cappellanus in Ecclesia, in qua pater tamquam Cappellanus amovibilis servivit. Decisum refert idem *ib. n.* 72. (*a*)

(*a*) „ Immo decisum fuit oppositum, ut vi„ dere est apud Benedictum XIV. *de S. D. l.* „ 13. *c.* 24. §. 14. *an.* 1585. & 1587. Nempe „ Concilium loquitur de Beneficiis & pensio„ nibus; Cappellaniæ autem ad nutum amovi„ biles nec sunt proprii nominis Beneficia, nec „ pensiones.

10 Sufficit possessio patris in beneficio, licet non ministraverit, nec aliquid perceperit de fructibus beneficii, ut excludatur filius ab illo beneficio. Decisum refert idem *ib. n.* 55.

11 Excluditur etiam filius quando pater habuit solam sedem in Choro ratione Dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat. Decisum refert idem *ib. n.* 66. (*b*)

(*b*) „ Excluditur etiam filius legitimatus, „ nisi si legitimatus est per subsequens matri„ monium. Confer Benedictum XIV. *loco cit.* „ §. 16.

12 Neque potest filius, ut Cantor, Musicus, seu Sacrista ministrare, ubi pater est beneficiatus. Decisum refert idem *ib. n.* 68.

13 Non excluditur filius, si pater obtinuit quidem beneficium, sed litteras non expedivit, neque umquam possessionem cœpit. Decisum refertur *ib. n.* 55.

14 Neque dicitur habuisse, qui provisus, & litteris non expeditis, neque possessione capta, cessit alteri. Decis. *ib. n.* 56.

15 Non prohibetur obtinere Ecclesiam filialem dependentem, seu unitam accessorie Ecclesiæ matrici, cujus pater fuit Rector; modo in ea non ministraverit; prohibetur autem obtinere unitam, æque principaliter, aut, si in utraque pater ministraverit. Decis. refertur *ib. n.* 62. 63. 65.

16 Neque prohibetur obtinere Canonicatum, qui erat Portio tempore, quo pater illum obtinebat. Achill. de Graff. *decis.* 1. *de fil. presb.*

17 Neque prohibetur succedere in Cappellania, quæ fundari solet absque Episcopi auctoritate, ut in ea accedant Clerici de parentela. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *n.* 33.

18 Neque prohibetur illegitimus laicus, cujus pater nec beneficium, nec pensionem habet, sed ut Cantor musicus tantum in ea Ecclesia cantat, quin & ipse cantare possit, *ib.* Decisum refert Garz. *sup. n.* 68.

19 Neque prohibentur pater, & filius in eadem Ecclesia celebrare Missam, dummodo in ea non habeant beneficia. Decisum ibidem refertur, *n.* 73.

20 Et longe minus prohibentur habitare simul. Decisum refertur *ib. n.* 74.

21 In processione possunt incedere pater, & filius beneficiati in diversis Ecclesiis: si vero processio fiat ad Ecclesiam patris non potest ibi filius ministrare. Decisum refertur *ib. n.* 68. *in* 3. *declar.*

22 Pensio potest transferri in filium a Patre habente facultatem transferendi. DD. apud Barb. *alleg.* 65. *n.* 27. *l. c. n.* 34.

23 Nepos legitimus ex filio illegitimo non comprehenditur in Decreto Concilii. Decisum refert Garz. *d. c.* 3. *n.* 22. (*c*)

(*c*) Vide etiam Benedictum XIV. *l. c.* §. 19.

24 Et potest etiam nepos illegitimus ex filio illegitimo obtinere beneficium, quod avus habuit. Decisum refert idem *ib. n.* 27.

ADDITIO.

Legitimatus per subsequens matrimonium non potest obtinere Canonicatum in ea Ecclesia, in qua Pater. *Cong. Conc.* 17. *Aug.* 1625.

Fori privilegium.

1 Privilegio fori non gaudet, nisi qui beneficium Ecclesiasticum habet, aut Clericalem habitum, & tonsuram defert, alicuique Ecclesiæ de mandato Episcopi servit. Trident. *sess.* 23. *c.* 6.

2 Item qui in Seminario Clericorum, aut schola, aut universitate de licentia Episcopi versatur. *ib.*

3 Clerici conjugati gaudent, si alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem serviant, & Clericali habitu, & tonsura utantur. *ib.*

4 Conjugati Clerici gaudent in criminalibus, & ii, qui cum unica virgine contraxerunt. Bonifac. VIII.

5 Assumptio Clerici alicui Ecclesiæ ab Episcopo facta oretenus sufficit. Decisum referunt Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 601. *in* 1. *edit.* & Barb. *de pot. Episc. alleg.* 12. *n.* 13.

6 Sed pro majori parte serviat. Barb. *ib. n.* 4.

7 Et eidem illi non alteri. Idem *ib.*

8 Habitus autem, & corona copulative, non disjunctive sufficiunt. Decisum referunt Ugol. *de potest. Episc. c.* 12. *n.* 3. *v.* 3. & Barb. *l. c. n.* 19.

9 Si item soleant deferri; licet aliquando ex causa deponantur. Mar. Anton. *variar. resol. l.* 3. *res.* 48. *n.* 7. Barb. *cit. n.* 20.

10 Beneficiatus, ut gaudeat, debet probare etiam beneficii possessionem. Barb. *ib. n.* 4.

11 Nisi impediatur ab intruso, contra quem movit litem. Idem *ib. n.* 5.

12 Solus titulus beneficii valet, ut gaudeat privilegio fori absque redditibus. Mar. Ant. Genuens. *in praxi Archiep. Neap. c.* 7. *in fine.*

13 Praestimonium sufficit, quia est beneficium. Garz. *p.* 1. *c.* 2. *n.* 117.

14 Coadjutoria posita per Papam sufficit. Idem *p.* 2. *c.* 5. *n.* 98. Barb. *l. c. n.* 9.

15 Pensio solita concedi Clerico, an sufficiat? Affirmant, Negant DD. apud Barb. *sup. n.* 8.

16 Familia armata Episcopi, etiam laica gaudet fori privilegio sicut Clerici. DD. apud Barb. *alleg.* 107. *n.* 9.

17 Item Fiscalis, Notarius, Cancellariae officium exercens, Nuncii, Custodes carcerum, & Lictores. Idem *n.* 11. 12. 13.

18 Nuntii gaudent privilegio fori. Angel. *V. Religio*, *n.* 24.

19 Conversi professi. Barb. *sup. n.* 38.

20 Oblati Regularium. Idem *n.* 39.

21 Milites Religiosi. Idem *n.* 45.

22 Tertiarii S. Francisci communiter viventes. Idem *n.* 41.

23 Qui non vivunt in communitate, Ajunt, Negant DD. apud Barb. *ib.*

24 Eremitae nullam profitentes religionem, nulloque Clericali ordine insigniti, nec habentes modum vivendi ab Ecclesia approbatum, non gaudent. Barb. *n.* 42.

25 Poenitentes, Pinzocherae, non gaudent. Idem *n.* 44.

26 Laici janitores Ecclesiarum, seu ii, qui accendunt lampades non gaudent. Cong. Episc. 28. *Jan.* 1603.

27 Cum privilegio fori jungitur immunitas a gabellis, exactionibus, & tributis. Barb. *alleg.* 13. *n.* 1.

28 A quibus non est immunis Clericus negotiator. Idem *n.* 8.

29 Privati privilegio fori non intelliguntur privati privilegio Canonis. Decisum refert Garz. *de benef. p.* 2. *c.* 2. *n.* 20. Barb. *alleg.* 12. *n.* 32.

30 Privati privilegio fori puniri possunt a judice laico, nulla praecedente degradatione. Idem Barb. *n.* 31.

31 Si tempore delicti commissi erat beneficiatus de foro Ecclesiastico, & postea ducat uxorem, causa pertinet ad judicem Ecclesiasticum. Gratian. *disc. for. c.* 214.

32 Cognitio causae de Clericatu, habitu, & tonsura, pertinet ad judicem Ecclesiasticum, citato judice, & fisco curiae saecularis. Barbos. *alleg.* 12. *n.* 33. 34. *V. Clericus n.* 17. 84. 85. *Notarius n.* 32. *Ordines Minores n.* 3. *Pensio n.* 11. *Regularium jura sub Episcopis n.* 52.

A D D I T I O.

1 Ordinarius non potest privare Clericos non inservientes Ecclesiis immunitate a gabellis, & aliis oneribus laicalibus. *Congr. Episc.* 24. *Jan.* 1631.

2 Subdiaconus qui in vim dispensationis Apostolicae cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones obtinet Ecclesiasticas gaudet privilegio fori. *Congr. Conc.* 24. *Mart. &* 17. *Sept.* 1618. *apud Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 30. §. 2. *n.* 39.

3 Clericus, qui post delictum assumpsit caracterem, & habitum, gaudet hoc privilegio, quoad personam, non quoad bona, si fraus subsit, dijudicanda est a judice Ecclesiastico. *Congreg. Immun.* 18. *Febr.* 1631. *apud Barb. ib. n.* 89.

4 Filius legitimus Clerici ante clericatum natus gaudet hoc privilegio vita patris durante. *Ead.* 18. *Mart.* 1631. *apud Barb. ib. n.* 62.

5 Item coloni partiarii Episcoporum durante colonia. *Eadem* 6. *Dec.* 1627. *apud eundem ib. n.* 63.

6 Item conductores Praediorum Ecclesiasticorum. *ib. n.* 64.

7 Non gaudent Clerici minorum ordinum promoti ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis post declarationem judicis Ecclesiast. *Urb. VIII. in Bulla de hac re* 11. *Dec.* 1624.

8 Clerici conjugati, etiam cum unica, & virgine non gaudent exemptione a tributis. *DD. cum Barb. l. c.* §. 5. *n.* 18.

9 Coloni, affictuarii, vel partiarii bonorum Ecclesiasticorum gaudent exemptione collectarum tam ordinariarum, quam extraordinariarum, pro colonica portione. *Congr. Episc.* 18. *Sept.* 1618. & post longam disputationem Romae Anno 1620. pro statu Mediolani idem definitum.

10 Bona patrimonialia quaecumque Clericorum libera sunt a laicorum exactionibus. *Eadem* 3. *Aug.* 1592.

11 In damnis datis per Clericos, seu per eorum animalia, nec non per familiares ministros, & colonos Episcoporum, & mensae Episcopalis, etiam laicos, seu eorum animalia in bonis quibuscumque, tam Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quam etiam laicorum, causa pertinet ad Curiam Episcopalem privative. *Congr. Imm. apud Barb. l. c.* §. 2. *n.* 123.

12 Si laici, eorumve ministri, & animalia damnificent bona Ecclesiastica, & personarum Ecclesiasticarum, Curia Episcopalis procedere potest, ut in causis mixti fori. *ib.*

13 At quando coloni, & ministri Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum animalibus propriis bona laicorum damnificant, cognitio tam quoad bona, quam ad personas laicorum, & eorum animalia spectat ad judicem laicum privative. *ibid.*

14 Si vero cum animalibus Ecclesiasticorum, quoad personas ad laicum, quoad animalia ad Curiam Episcopalem. *ib.*

Forum Episcopale.

1 IN ingressu Episcopi, non potest ille indulta facere reis, quæ faciunt Principes, & rei sunt puniendi. Congr. Episc. 18. *Junii* 1588.

2 Causæ omnes Ecclesiasticæ, etiamsi Beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis cognoscantur, & infra biennium terminentur. Trid. *sess.* 24. *c.* 20.

3 Causæ matrimoniales examini Episcopi, & jurisdictioni linquantur. *ib.*

4 Item & criminales. *ib.*

5 Causæ mercedum, & miserabilium personarum contra Regularem, aut exemptum, si extra monasterium degunt, ad Episcopum spectant, uti a Sede Apostolica delegatum, nulla habita ratione Conservatorum. Id. *sess.* 7. *c.* 14.

6 Causæ unius Episcopatus non debent cognosci in alio Episcopatu, licet amborum sit unus Episcopus. Cong. Episc. 2. Martii 1594.

7 In causis visitationis, correctionis, & criminalibus ante definitivam sententiam ne appelletur, nisi gravamen deinde sit irreparabile. Trid. *sess.* 13. *c.* 1.

8 Præventione Eqiscopi attenta, in delicto laici contra Clericum, ad Episcopum spectat causa. Cong. Episc. 16. *Jan.* 1515.

9 Contra alienum Clericum non procedatur inconsulto proprio Episc. Trid. *sess.* 24. *c.* 8.

10 Causæ quæ decem aureorum summam non excedunt, summarie, sine forma judicii expediantur, quod Pius V. concessit Provinciæ Mediolanen. Prov. 3.

11 Lites certe brevius, quam in foro laicali, definiantur. Prov. 6.

12 Pro ære alieno non sunt carcerandi presbyteri, neque censuris cogendi. Congreg. Episc. 27. Aug. 1591.

13 In causis civilibus potest Episcopus delegare laicum, non tamen generaliter ad omnes causas, & in defectu sufficientis Clerici. Barb. *alleg.* 108. *n.* 7.

14 Ne personæ Ecclesiasticæ trahere præsumant aliam Ecclesiasticam quovis modo ad forum laicale. Martin. V. Anno 1428.

15 Neque judices laici trahant ad se personas Ecclesiasticas, eorumve causas. *ib.*

16 Sub pœna excommunicationis, & interdicti respective cum reservatione absolutionis Papæ. *ib.*

17 Fabrica Ecclesiæ trahit laicum reum ad forum Ecclesiasticum. Barb. *alleg.* 82. *n.* 37.

18 Potest præterea Episcopus compellere subditos ad eleemosynas. Barb. *alleg.* 82. *n.* 3. 4.

19 Item cogere laicos, ut eodem pretio res victui necessarias peregrinis, & hospitibus vendant, quo publice ab incolis vendi solent. Idem *n.* 5.

20 Item cogere laicos censuris ad vendendum frumentum, & alia, tempore penuriæ. Idem *n.* 8.

21 Item compellere ad solutionem relictorum ad pias causas, etiamsi hæres sit laicus. Id. *n.* 13.

22 Item tamquam Sedis Apostolicæ delegatus cogere legatarios ad exequendas pias dispositiones, etiamsi executores sint exempti quomodocumque. Decisum refert *Fr. Leo in thes. p.* 2. *c. ult.*

23 Item potest ipsemet exequi testamentum, negligente hærede intra annum adimplere voluntates defuncti. Barb. *alleg.* 2. *n.* 15.

24 Ille scilicet Episcopus, in cujus jurisdictione sita sunt bona distribuenda; non ille, in cujus jurisdictione testator morabatur. Idem *ib.*

25 Tempus sex mensium in piis relictis currere incipit, post aditam hæreditatem, a monitione Episcopali. Idem *n.* 18. 19. *& seqq.*

26 Imo tenetur Episcopus exequi, constituto de negligentia executorum. Idem *n.* 26.

27 Possunt etiam peti alimenta apud Episcopum a laicis, & coram eo hac ratione eos convenire. Idem *ib. n.* 9.

28 De beneficiis reservatis, seu affectis in prima instantia cognosci possunt in Curia, neque comprehenduntur in Decreto Trid. sup. *n.* 1. ex Constit. Greg. XIII. apud Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 34. *n.* 113. *&* 117.

29 Ee præscriptione, consuetudine, vel privilegio possunt inferiores Episcopo quærere sibi facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 84. *n.* 5.

30 Testis probaturus immemorabilem debet esse annorum quinquaginta quatuor. Nald. *V. Consuetudo n* 10.

31 Potest Episcopus punire excessus Notariorum suorum, Fiscalis, nunciorum, lictorum, custodum carcerum. Barb. *alleg.* 107. *n.* 15.

32 Licet non possit ferri sententia cum censura, nisi in scriptis; tamen fieri potest præceptum sub censura sine scriptis. Nald. *V. Superior. n.* 3.

33 Potest Episcopus habere carcerem. Barb. *l. c. n.* 20.

34 Custos carceris fidelis esse debet. Id. *n.* 21.

35 Si cognoscat carnaliter mulierem carceratam, etiam meretricem, punitur acerrime. Idem *n.* 22.

36 Potest habere satellites, quot voluerit. Cong. Episc. 14. Apr. 1615.

37 Satellitio usurus laico, satis est si Episcopus a laico judice semel licentiam petat. Eadem 3. Oct. 1585.

38 Potest implorare brachium sæculare. Trid. *sess.* 24. *c.* 8. *& sess.* 25. *c.* 5.

39 Potest & censuris compellere, ut opem det. Barb. *alleg. cit. n.* 25.

40 Non potest delegare judici laico causas criminales Clericorum. Ibem *alleg.* 108. *n.* 1.

41 Neque Laico, & Clerico simul. Id. *ib.* [n. 2.

42 Neque Clerico conjugato. Idem *n.* 4.

43 Nisi sit in loco, ubi non est Clericus sufficiens ad tales causas. Idem. *n.* 5.

44 Et nisi pro delicto esset inferenda pœna sanguinis, quia tunc tenetur delegare sententiam ferendam laico. Idem *ib.*

45 Potest assumere laicum assessorem. Id. *n.* 6.

46 Rei ne diebus festis torqueantur, nisi ob atrocitatem delicti. Prov. 4.

47 Neque testes diebus festis testimonium dicant, etiamsi die feriali jurati sint, nisi in causis, quibus licet. *ib.*

48 Habet Episcopus fiscum, cui applicantur bona clericorum hæreticorum patrimonialia. Barb. *alleg.* 107. *n.* 16. 17.

49 Unde & potest imponere pœnam pecuniariam, eamque sibi, vel Cameræ suæ applicare. Idem *n.* 18.

50 Potest tenere Camerarium pignorum. Congr. Episc. 14. Apr. 1615.

51 Publice peccanti detur publica pœnitentia, quam tamen Episcopus mutare potest in secretam. Trid. *sess.* 24. *c.* 8.

52 Pœna salutaris non significat pecuniariam. Congr. Episc. 9. Aug. 1594.

53 Pœnæ criminales ne applicentur fabricæ palatii Episc. Eadem 3. Jan. 1594.

54 Pœnæ fori Ecclesiastici non possunt applicari Vicario, vel Cameræ Episcopali, ut sic, etiam in minima parte. Eadem 27. Julii 1619.

55 Si Episcopus esset pauper, eas posset sibi sumere, testatur decisum Molfes. relatus a Ricc. *resol.* 300. *n.* 3. *ver. limita.*

56 Debent erogari in usus pios. Trid. *sess.* 25. *c.* 3. & 14.

57 Pœnæ locis piis assignatæ non exactæ intra mensem a die, quo solvi debent, a locorum administratoribus, statim Seminario adscriptæ intelligantur. Prov. 1.

58 Pœnarum attributio, & solutio in certum codicem in Archivio asservandum referantur. Prov. 4.

59 Notarius intra triduum moneat Præfectos locorum piorum, ut exigant; alias teneatur de suo. Prov. 1.

60 Condonans pœnam contra incendiarios *in c. pessimam* 23. *q.* 8. ultra obligationem restitutionis suspenditur per annum ab officio Episc. Barb. *alleg.* 111. *n.* 23.

61 Procurans Episcopus, ut clerici capiantur a Dominis temporalibus, suspenditur a perceptione fructuum Ecclesiæ secuto effectu. Idem *ib. n.* 29.

62 Carcerum Protector deligatur duraturus ad arbitrium Episc. Prov. 5.

63 Qui carceratos invisat sæpe, & arctiori custodia detentos consentiente Vicario, eove præsente, vel alio. *ib.*

64 Visitet Episcopus carceres, & reos semel in anno. Prov. 3.

65 Designentur patroni miserabilium personarum, qui eas gratis defendant. Prov. 1.

66 Advocati, Procuratores, Notarii, & alii officiales notorie criminosi arceantur a foro Episcopali. Prov. 3.

67 Cancellariæ proventus ne locentur, nisi feudalis Ecclesiasticæ. Cong. Episc. 26. Aug. 1592.

68 Acta omnia Notarii in codicem, non in pagellas referant, mense saltem, postquam illa rogati confecerint. Prov. 3.

69 De expensis actorum, & mercede Notarii plura. Trid. *sess.* 24. *c.* 20.

70 Taxa servetur approbata a Gregor. XIII. Congr. Episc. 14. Apr. 1615.

71 Singulis annis, aut alternis decernatur Ecclesiasticus vir, qui taxam recognoscat, & ministros delinquentes puniat, tum restitutione, tum aliis pœnis. Pr. 5.

72 Pro litteris Episcoporum commendatitiis Clericorum, neque Vicarius, neque Notarius aliquid accipere potest. Cong. Episc. 15. Maji 1601.

73 Sigillo utatur Episcopus cum imagine Sancti Ecclesiæ patroni, in iis, quæ requirunt Episcopalis sigilli impressionem. Prov. 4.

74 Visitet Episcopus tribunal fori sui semel in anno. Prov. 3.

V. Exempti, *n.* 3. 9. & *seqq. Festi dies*, *n.* 45. & *seqq. Fori Privilegium*. *n.* 31. 32. *Hebrei*, *n.* 30. *Juramentum*, *n.* 6. 7. *Locorum piorum cura*, *n.* 22. 23. *Notarius*, *n.* 32. *Regularium jura sub Episcopis n.* 59. 60. 62. & *seqq. Sequestrum*, *n.* 1. *Spolia clericorum*, *n.* 14. *Testamentum*, *n.* 2. 15. & *seqq.*

ADDITIO.

1 Cancellaria Episcopalis non debet locari, nec vendi, nec ex ea Episcopus aliquod emolumentum habere. *Congr. Epis.* 12. *Jan.* 1598.

2 Potest Episcopus cogere laicos ad ferendum testimonium veritatis pro suæ curiæ informatione, sub pœna pecuniaria & in subsidium excommunicationis. *Congr. Conc.* 16. *Mart.* 1630.

3 Potest item coercere, & punire quoscumque exemptos, qui offendunt officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium, vel alias impediunt Episcopi jurisdictionem. Decisum refert *Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 43. *n.* 154.

4 Potest fieri carcer ex pœnis ab Episcopo. *Congr. Episc.* 25 *Jan.* 1596.

5 Fiscali aliqua pars pœnarum applicari potest non Episcopo, neque Notario. *Eadem* 4. *Sept.* 1595.

6 Si jubeat Episcopus aliquem crudeliter fustigari, tunc per duos menses a Missarum celebratione suspendendus esset, *Isidor. Moscon. de majest. milit. Eccl. p.* 1. *c.* 8.

7 In pari necessitate melius est subvenire pauperibus loci, in quo degit Clericus condemnatus in pœnam pecuniariam. *Congr. Episc.* 21. *Nov.* 1600.

8 Gratis debent dari, quæ sequuntur a Notario Episcopali. *Congr. Conc.* 8. *Martii* 1602. Approbatio ad confessiones audiendas, licentia administrandi Sacramenta.

De-

Deserviendi beneficiis.
Sepeliendi defunctos.
Celebrandi Missas.
Colligendi eleemosynas.
Mandata publicandi in Ecclesiis initiandos prima tonsura, & aliis ordinibus.

9 Quoad alia, si nullum habet salarium, quoad litteras collationis, vel institutionis curatarum Ecclesiarum, vel deputationis Vicariorum, in his unum aureum poterit percipere. *ib.*

10 Quoad litteras dimissorias, vel testimoniales decimam unius aurei partem numquam excedat. *Eadem ib.*

Functiones Episcopales.

1 Nullus Episcopus cujusvis privilegii praetextu potest exercere Pontificalia in Dioecesi aliena, nisi de Ordinarii expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantum. Trid. *sess.* 6. *c.* 5

2 Sub poena suspensionis ab exercitio Pontificalium; ordinatis autem ab executione ordinum, ipso jure. Idem *ib.*

3 Etiamsi inadvertenter hoc faciat, etiam benedicendo calicem, vel corporalia. Navar. *consl.* 12. *de cler. excom. celebr. cum Zerol. par.* 2. *V. Episcopi*; excusatur a Suar. *de censur. disp.* 28. *sect.* 4. *n.* 7.

4 Suspensio a Pontificalibus est reservata Papae. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 111. *n.* 9.

5 An sic suspensus fiat irregularis, si celebret? Negat Nav. cum aliis, Affirmat Innoc. cum aliis. Vide distinctionem inter has opiniones apud Sayr. *de censf. l.* 4. *c.* 16. *n.* 17. 18. 19.

6 Patriarcha habens aliquas Ecclesias Immediate sibi subjectas in aliena Dioecesi, non potest dare licentiam Pontificalium in aliena Dioecesi sine consensu Dioecesani. Cong. Conc. apud Ricc. *in prax. for. Eccl. post resol.* 495. *in not. de mat. Episc.*

7 Vicarius Generalis sine mandato speciali non potest dare licentiam exercendi Pontificalia. comm. DD.

8 Capitulum Sede vacante dare potest, non tamen ad ordinandos suos subditos. Quar. *Cap. Sede vacante q.* 1.

9 Non potest superior loci exempti dare licentiam ibidem alieno Episcopo Pontificalia exercendi sine consensu Episcopi loci, intra cujus fines locus exemptus est constitutus. Congreg. Conc. 1. Julii 1597. *V. Abbas. n.* 50

10 Pontificalibus vestibus uti potest Episcopus in locis exemptis ex concessione Concilii Vienn. in Clem. Barb. *alleg.* 80. *n.* 4.

11 Et ibidem, & in aliena Dioecesi, refert posse Missam celebrare in Pontificalibus. Barb. *ib.*

12 Sed in aliena Dioecesi negatur verius, ex Ricc. *in praxi p.* 1. *decis.* 467. *n.* 1. 2.

13 Baculus pastoralis non potest adhiberi ab Episcopo, nisi in sua Dioecesi, & nisi extra Dioecesim concedantur illi consecrationes, ordinationes, vel benedictiones personales Apostolica auctoritate. Caer. Episc. *l.* 1. *c.* 17.

14 Debet autem adhiberi in omnibus processionibus, quibus interest Episcopus in sua Dioecesi. Idem *ib.*

Reliqua de baculi usu *vide ib.*

15 Exercens Pontificalia sine Missa in peccato mortali non peccat mortaliter, nisi ministret sacramenta. Nald. *Episc. n.* 2.

16 Septimum candelabrum adhibeatur in Missis tantum Episcopi solemnibus, non defunctorum. Congr. Rit. 19. Maji 1607.

17 Episcopo Pontificalia exercenti deserviant ii, qui solent in Cathedrali, si in ea exercet. Prov. 4.

18 Assistens pluviali indutus datur Episcopo tantum, & Episcopalibus insignibus utenti. *ib.*

19 Missae solemnes Episcopi a Parochis praenuncientur. Prov. 6.

20 Dum Episcopus celebrat Missam, etiam planam, aliae ibi Missae ne fiant. Prov. 4.

21 Episcopo absente, Vicarius non potest Missas Conventuales, nec Pontificales celebrare. Congr. Episc. 16. Maji 1600.

22 Neque deferre sacramentum, aut sacras Reliquias, nec aliis functionibus se immiscere. Eadem *eodem die.*

23 Sed functiones fiant a prima Dignitate, & postea ab aliis. Congr. Rit. 1. Martii 1614.

24 Referendarii Commendatarii in monasteriis commendatis, ubi Abbates uti possunt Pontificalibus insigniis, possunt & iisdem uti, nimirum, Mitra, Annulo, Baculo, & dare benedictionem solemnem, nisi adsit Antistes aliquis, aut Legatus, vel de eorum tunc consensu. Paul. III. Anno 1540. Sixtus V. An. 1586.

25 Auditores Rotae Rom. gaudent eodem privileg. Clem. VII. Anno 1525.

26 Et Protonotarii participantes.

Vide Protonotarii n. 2. 4.
Vide Cap. Sede vac. n. 50.
Patriarcha, n. 9.

ADDITIO.

1 Episcopus in festis non solemnioribus, & in ferialibus non debet aequaliter sedere cum Canonicis, sed eosdem eminentius ascendere. *Congr. Conc.* 20. *Julii* 1620. *Barb. de Canon. c.* 32. *&* 36.

2 Non potest cantare Missam in Ecclesiis Regularium ipsis invitis *Cong. Episc.* 6. *Julii* 1593.

3 Vicarius Apostolicus non potest functiones Episcopales facere. *Cong. Rit.* 15. *Febr.* 1614.

4 Episcopo delegato debentur ea, quae Episcopo delegnati circa assistentiam Canonicorum. *Eadem* 20. *Febr.* 1604.

5 At non tamen Diaconorum ad sedem. Vide supra Canonic. munera erga Episcopum. *n.* 27. *&* *eadem* 1. *Sept.* 1607.

6 Nisi sit antiqua hac de re consuetudo. *Eadem* 7. *Julii* 1612.

7 Absente Episcopo pertinent functiones Episcopales ad primam dignitatem, quæ residet, & ordine ad sequentes, si primæ absint. *Ead.* 19. *Jan.* 1608. 21. *Mart.* 1609. 30. *Jan.* 1610. 11. *Nov.* 1614.

8 Nisi ad alium pertineant ex immemorabili consuetudine. *Ead.* 9. *Maji* 1609.

9 Non tenetur prima dignitas ex obligatione, sed ex sua voluntate, & devotione. *Eadem* 9. *Dec.* 1600.

10 Neque potest Episcopus eas alteri ad libitum delegare. *Eadem* 20. *Febr.* 1601. 4. *Apr.* 1615. 9. *Dec.* 1617.

11 Neque prima dignitas potest sibi, quem voluerit substituere. *Ead.* 22. *Jan.* 1618.

12 Coadjutor dignitatis potest eas facere, quas coadjutus. *Ead.* 14. *Febr.* 1615.

13 Episcopo ordinationem celebranti extra propriam Ecclesiam tenentur assistere Canonici, dummodo in Cathedrali remaneat sufficiens Canonicorum numerus. *Eadem* 7. *Julii* 1612.

14 Eidem exercenti Pontificalia, seu Pontificaliter concionanti, etiam extra Cathedralem, in Civitate tamen, & non in Diœcesi, tenentur Canonici assistere, & inservire, qui solent in Cathedrali. Dec. refert *Galett. in Marg. cas. conf. V. Can. pen.*

15 Non convenit assistentia Canonicorum collegiatæ. *Eadem Congr. Rit.* 1. *Julii* 1601. 20. *Apr.* 1602. 15. *Julii* 1617.

16 Neque convenit assistentia simplicium presbyterorum, neglectis Canonicis. *Ead.* 2. *Aug.* 1613.

17 Ad Episcopum spectant sumptus pro suis paramentis Pontificalibus, & pro ornatu Altaris majoris: ad Capitulum pro reliquis. *Cong. Episc. in una Macer. Junii* 1583.

Gratia.

1 PRo gratia, vel justitia obtinenda in Curia prohibetur dari aliquid, vel promittere, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reservata absolutione Papæ. Gregor. XIII. Anno 1573.

2 Ampliatur etiam respectu quorumvis tribunalium, etiam laicalium, in toto statu Ecclesiastico, sub eadem pœna & aliis. Clem. VIII. apud Naldum. *Gratia n.* 13. *& habetur in Bulla de Bono regimine*, §. 22. 15. *Aug.* 1592.

3 Falso obtentæ in criminosis summarie recognoscantur ab Episcopo, & rejiciantur. Trid. *sess.* 13. *c.* 5.

Græcorum jura.

1 GRæci degentes in locis Latinis; & eorum Ecclesiæ, & pia loca subjecta sunt Episcoporum Latinorum visitationi, & omnimodæ jurisdictioni, servatis eorum approbatis ritibus. Pius IV. Anno 1564.

2 Ne Græci latino more Missas, & divina officia celebrent, nec Latini e contra sub pœna suspensionis perpetuæ a divinis. Pius V. A. 1566.

3 Ritibus quoque proprii circa Sacramenta serventur, ex Clem. VIII. Decreto *apud Quar. in Summ. Bullar.*

4 Fidei professio fiat a Græcis juxta formam datam a Greg. XIII. *apud Quar. ib.*

5 Mulieres Latinæ datæ Græcis in matrimonium ne permittantur vivere ritu Græcorum. Cong. Episc. 20. Febr. 1590.

V. Præcedentia, n. 15.

Hæretici.

1 IN locis Italiæ, & insularum adjacentium nullus hæreticus quovis prætextu domicilium contrahere, habitare, aut morari possit. Greg. XV. An. 1622.

2 Neque cuiquam liceat hæreticos receptare, opem ferre, favorem, &c. Idem *ib.*

3 Et contra prædictos procedatur juxta formam juris, & puniantur. Idem *ib.*

4 Itali quicumque ne audeant habitare in loco hæreticorum, in quo non est aliqua Ecclesia com Sacerdote Catholico. Clem. VIII. Anno 1596.

5 Abstineant item a matrimonio cum hæreticis mulieribus, hæreticorum sepulturis, & mutuo compatrum officio in baptismo non legitimo, neque eorum medicis utantur, nisi ex inopia Catholici. Idem *ib.*

6 Antequam eant ad eos, id significent Ordinariis, quibus singulis annis transmittant testimonium de confessione, & communione facta. *ib.*

7 Alias procedi potest contra eos, ut de hæresi suspectos. *ib.*

8 Nemo mittatur ad hæreticorum loca, etiam causa mercaturæ, nisi agant annum vigesimum quintum. Prov. 6.

9 Neque eant sine licentia Deputati ab Episcopo, & cum redeunt, ferant testimonium ab Episcopo, seu Parocho Catholico, quod ibi catholice vixerint. Pr. 3.

10 Qui prope hæreticorum loca habitant, ea conditione concedatur accessus, ne die festo illic opus servile faciant, imo redeant die festo. Prov. 6.

11 Nullo modo liceat alicui sua bona vendere, ut illic constituant domicilium.

12 Suspectus est de hæresi, qui obdurato animo censuris annexus in illis per annum insurduerit. Trid. *sess.* 25. *c.* 3. *de ref.*

13 Bis in anno initio Adventus, & Quadrag. moneantur populi a Parochis, ut revelent suspectos de hæresi. Prov. 2.

14 Si odii, gratiæ, vel amoris, lucri, vel commodi temporalis obtentu contra justitiam & conscientiam omiserit Episcopus procedere contra quemcumque super hæresi, suspenditur per triennium ab officio. Barb. *alleg.* 111. *n.* 30.

15 Non potest Episcopus absolvere hæreticum, licet

licet Concil. Trid. concedat ei facultatem ob Bullam Cœnæ. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 40. *n.* 23. 24.

16 Data in Jubilæis facultate absolvendi a casibus in Bulla Cœnæ, reservatur tamen crimen hæresis. DD. citati a Barb. *alleg.* 1. *n.* 178.

17 Non potest Episcopus dispensare in irregularitate, quæ provenit ex hæresi per *cap. licet*. Ricciull. *de jur. pers. l.* 1. *cap.* 16. *n.* 6. *contra Sanchez, & alios*.

18 Et longe minus quoad usum sacerdotii in altaris ministerio. Idem *ibid. n.* 8.

V. Excommunicatio, n. 43. *Irregularitas, n.* 36. 60. 64. 65. 66. *Libri prohibiti, n.* 8. 9. 28. 29. *Regularium jura sub Episcopis, n.* 63. *Vicarius Capitularis, n.* 1.

Hebdomada major.

1 AD legendam Passionem in Missa privata non extinguntur luminaria in altari. Paul. Comitol. *in resp. mor. lib.* 1. *quæst.* 49.

2 In pulsatione, quæ fit in fine Matutini tenebrarum, arceatur indecorus tumultus. Prov. 1.

3 Is in fine tantum, semelque fiat. Prov. 4.

4 In Feria V. communio cleri fiat in Missa solemni. Cong. Rit. 27. Sept. 1608.

5 In hac Feria, & sequenti processio cum Hostia in calice reservata non fit extra Ecclesiam. Cong. Episc. 6. Aug. 1591.

6 Locus pro reponenda Hostia paretur, non cum pannis nigris. Gavant. *in Thes. Sac. Rit. tom.* 1. *par.* 4. *tit.* 8. *n.* 9.

7 Hostia reposita videri non debet, sed in Calice, & Arca servari. Prov. 4.

8 Clavis Arcæ non debet dari laico, quamvis nobili. Congr. Rit. 30. Jan. 1610.

9 *In Parasceve* si incidat festum Annunciat. B. Virg. non tenentur fideles audire Missam. Eadem 19. Febr. 1622.

10 Neque in eo die fiat communio, nisi infirmorum. Eadem *ibid.*

11 Adoratio Crucis ne fiat alibi eo die ante statam horam in Cathedrali. Prov. 5.

12 Nec in Diœcesi ante horam Ecclesiæ Matricis. *ibid.*

13 Fiat hæc adoratio cum corporis prostratione. *ibid.*

14 *In Parasceve non potest* fieri nocte processio cum Eucharistia. Cong. Episcop. 22. Martii 1596.

15 Sabbato Sancto non sunt pulsandæ campanæ a quo quam ante Cathedralem, seu Matricem Ecclesiam. Conc. Lat. *sess.* 11.

16 Matrix in Diœcesi est Parochialis Ecclesia. Congr. Rit. 9. Febr. 1608.

V. Baptismus, num. 37. 38.
Confraternitates. num. 26.
Missæ Ritus num. 27.
Oratio publica num. 20.

Hebræi.

1 HEbræorum sit una tantum Synagoga, neque vicina nostris Ecclesiis. Paul. IV. An. 1555. Pius V. 1567. Prov. 5.

2 Novæ Synagogæ prohibentur ædificari, & dirutæ renovari; ruinosæ tamen possunt resarciri. Sylv. *V. Judæi q.* 4. *ad* 5.

3 Bona immobilia possidere non possint. Paulus IV. & Pius V. *sup.*

4 Portent habitum, & signum distinctivum. Sylv. *loco cit. q.* 4.

5 *Non prodeant* in publicum in triduo majoris hebdomadæ. Idem *ibid. ad* 6.

6 In Parasceve ostia claudant, & fenestras. *ib.*

7 Ne circumcidant alienos. *ibid.*

8 Ne ducant Christianam in uxorem *ibid.*

9 Ne impugnent dogmate perverso fidem catholicam. *ibid. ad* 14.

10 Ne habeant officia publica, neque dignitates. *ibid.*

11 Neque commercium, quod possit esse gravamini Christianis. *ibid.*

12 Ne recipiantur uti testes contra Christianos. *ibid.*

13 Cogantur ad restituendas usuras supra id, quod eis toleratur, per judicem Ecclesiasticum, si laici negligant. *ibid.*

14 Cogantur, ne exigant usuras. *ibid.*

15 Cogantur ad solvendas decimas prædiales. *ib.*

16 In libris rationum scribant Italice, sub pœna nullitatis, seu lingua communi loci. Paul. IV. *ubi supra.*

17 Sola arte strazzariæ, seu cienciariæ utantur. Idem *ibid.*

18 Et menses in eorum computis sint triginta dierum completorum. Idem *ibid.*

19 Pignora non possunt vendi a Judæis, nisi post 18. menses integros. Idem *ibid.*

20 Non habitent in ædibus vicinis Ecclesiæ. Prov. 1.

21 In festis nostris ne quidquam servile publice agant. Prov. 5.

22 *Ne permittantur* accedere ad Monasteria Monialium. Congreg. Episc. 28. Novemb. 1594.

23 Non debent cogi ad fidem nostram. Sylv. *supra q.* 6.

24 Neque impediri in suis ceremoniis, modo non fiant in opprobrium fidei. *ibid.*

25 Neque in sabbatis trahi ad judicium. *ibid.*

26 Nec effodi, aut violari eorum sepulchra. *ib.*

27 Neque spoliari bonis injuste quæsitis, si convertantur, neque debita successione in bonis suorum. *ibid.*

28 Habeatur concio ad eosdem, qui jussi conveniant. Prov. 1.

V. Concio Sacra, num. 59. 60.

29 Promulgetur aliquando Constit. Greg. XIII. Anno 1581. contra blasphemias eorum. Prov. 6.

30 Si deliquerint in prædictis, sortiuntur forum Ecclesiasticum. *cap. postulasti, de judic. Vide Abb.*

Abb. in clem. 1. *n.* 2. *de test.* & Sylv. *loc. citat. q.* 5. *secundum*.

31 Nostri vero ad Synagogas eorum non eant, neque ad convivia, nuptias, choræasve. Prov. 1.

32 Nec iisdem famulentur assidue. Sylv. *l. c. q.* 1.

33 Si operas locant, cum iis non comedant. Pr. 1.

34 Nec azyma eorum manducent. Sylv. *loc. cit.*

35. *Neque mulieres* nostræ sint nutrices infantum in domibus eorum. Sylv. *ibid. quæst.* 2. Greg. XIII. *Constit.* 131.

36 Neque potest Episcopus in hoc dispensare. Idem *ibid.*

37 Extra eorum domum, possunt de licentia Ordinarii. Prov. 1.

38 Neque juvent hebræas ornandas. *ibid.*

39 In diebus festis cum iis non contrahatur. *ib.*

40 Ne agri, bonave Ecclesiastica iis locentur, neque sacra supellex pignore detur. *ibid.*

41 Eorum opera ne matrimonia tractentur. *ib.*

42 Neque iis uti medici vocentur. *ibid. V. Medicus num.* 7. Paulus IV. & Greg. XIII.

43 Nec in balneo cum iis se lavent. Sylv. *l. c.*

44 Nihil in testamento iis relinquatur. Id. *ib.*

45 Participantes clerici cum Judæis privandi sunt officio, & beneficio: Sylv. *q.* 5.

46 Laici vero excommunicandi. *ibid.*

47 Servus Judæi si fit Christianus, est liber. Idem *q.* 3.

48 Cathecumeni ne baptizentur, nisi prius instructi. Prov. 1. Post octo menses. *cap. Judæi, de cons. dist.* 4.

49 Non tenetur Episcopus, neque Parochus alimenta dare Cathecumenis. Navarr. *cons.* 1. *de bapt. n.* 2. *par.* 1. *l.* 3. *ead.* 2.

50 Si moriantur Cathecumeni, non tradantur Ecclesiasticæ sepulturæ, neque cum psalmis eorum cadavera ducantur. *Ricciul. de jure person. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 35.

51 Neque pro iis Missæ fiant. Idem *c.* 5. *n.* 3.

52 Baptizati saltem per annum curæ alicujus probi viri committantur. Prov. 1.

53 Neque hi inter se multam consuetudinem habeant, neque ulla in re mosaicos ritus retineant. Paul. III.

54 Circa bona eorum, dotemque fœminarum servetur Const. Pauli III. An. 1542.

55 Gaudeant privilegiis, libertatibus, ac immunitatibus civium loci, in quo baptizantur. Idem. *ibid.*

56 Male partæ incertæ restitutionis in pium usum iisdem baptizatis conceduntur. Id. *ibid.*

57 Redeuntes ad Judaismum puniantur, ut hæretici, post monitionem canonicam. Idem *ib. V. Libri prohibiti. num.* 6. 7.

Additio Editoris.

„ Confer Clementis XI. Constitutionem 61. „ *Propaganda*, & Benedicti XIV. Encyclicam „ an. 1751. *ad Primatem, Archiepiscopos, & „ Episcopos Poloniæ.*

Hermaphroditus.

1 Est irregularis. *Nav. in Man. c.* 27. *n.* 203. *Tolet.*

2 A Papa dispensandus. Iidem.

3 Is, in quo prævalet sexus virilis, potest deinde ordinari. Iidem.

Horæ Canonicæ.

1 Non est relinquendum officium Breviarii pro officio devotionis. Congr. Rit. 29. Novemb. 1603.

2 Episcopus Regularis debet recitare officium juxta ritum suæ Diœcesis, non Regulæ. Ead. 11. Junii 1615.

3 Cappellani Episcopi conforment se illi. Eadem *ibid.*

4 Qui est de gremio Ecclesiæ alicujus, debet recitare officium, quod in Choro dicitur, licet alibi moretur. Ead. 8. Septembris 1602.

5 Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiæ, non tamen obligati Choro, non tenentur recitare officia, quæ in Choro propria dicuntur. Eadem *ibid.*

6 Non potest Episcopus addere officia sanctorum, nisi juxta Rubricas Breviarii, vel de licentia Sedis Apostolicæ. Ead. 8. Aprilis.

7 Neque potest extendere officium concessum Civitati ad Diœcesim. Ead. 16. Januarii 1607.

8 Non potest fieri officium de sancto, eo quod in loco sit ejus nomine Ecclesia, vel reliquia, nisi in proprio titulo Ecclesiæ, & ubi est Reliquia. ead. 8. April. 1628.

9 Conceditur officium duplex pro Reliquia insigni, & approbata. Ead. 3. Junii 1617.

10 Reliquia insignis est corpus, caput, brachium, crus, & ea pars, in qua passus est martyr, integra. Ead. 8. Aprilis 1628.

11 Prædicta sub pœna nullitatis officii. *ibid.*

12 Festum Rosarii celebrari debet ubique, ubi est altare Rosarii, sub ritu duplicis majoris, in Dom. 1. Octobris Gregor. XIII. Anno 1573.

13 Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis habet Octavam in Civitate tantum, & celebratur festum in tota Diœcesi. Congreg. Rit. 2. Maji 1619.

14 De sancto canonizato non potest fieri officium sine novo Decreto Congregationis Rituum, extra propriam Ecclesiam. Ead. 9. Decemb. 1628.

15 Officium, & Missa B. Rocchi conceditur tantum in Ecclesiis ejus nomine dicatis. Ead. 26. Novemb. 1629.

16 Moniales ne dicant in Confiteor, ad Primam, & Completorium, Tibi, mater, Vobis sorores, sed ut in Breviario Ead. 18. Augusti 1629.

17 Officio parvum B. V. debet dici in Choro, etiam in Dominicis, si aderat consuetudo. Eadem 1. Sept. 1607.

18 Et tempore Paschali non additur Alleluja Antiphonis, nec aliis. Ead. 28. Martii 1626.

19 Vesf-

19 Vesperæ Defunctorum pro prima die mensis dicuntur post Vesperas, etiam Dominicæ, si accidat hæc ante primam diem. Eadem 23. Maji 1603.

20 Matutinum Defunctorum in die Commemorationis omnium Defunctorum recitandum est mane, nisi Episcopus sit celebraturus die sequenti solemnem Missam. Ead. 1. Septembris 1607. & Cærem. Episcop. *lib.* 2. *c.* 10. (*a*).

„ (*a*) Potest etiam recitari die præcedenti „ post matutinum omn. Sanctorum, ex nuperrimo S. R. C. decreto.

21 Calendarium quotannis edatur ab eo, quem Episcopus elegerit. Prov. 4.

22 Recognoscatur a peritioribus. *ibid.*

23 Notentur in eo dies Coronationis Papæ, & Consecrationis Episcopi, ut saltem Collectæ dicantur in Missa. Prov. 3. 4. 6.

24 Beneficiati, qui eas omittunt sine justa causa, non faciunt fructus suos respondentes diebus illis, in quibus omiserint. Pius V. Anno 1571.

25 Qui Matutinum omittit, dimidiam partem fructuum diei amittit: qui reliquas Horas dimidiam. *ibid.*

26 Qui Horarum singulas, sextam partem fructuum. *ibid.*

27 Qui primo semestri omittit, peccat graviter, sed fructus facit suos. *ibid.*

28 Præstimonia, portiones præstimoniales, & qualiacumque alia beneficia cum prædictis conveniunt. *ibid.*

29 Qui pensionem habet, eodem modo obligatur pro rata, in Horis Beatæ Virginis. *ibid.*

V. Altare, *n.* 30. *Beatorum cultus*, *n.* 22. *& seqq. Ecclesiæ reconciliatio*, *n.* 13. *Interdictum*, *n.* 10. *& seqq. Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 27. 28. *Reliquiæ SS. n.* 45.

A D D I T I O.

1 Commemoratio S. Mariæ debet cum oratione fieri in officio occurrenti in Ecclesiis ejusdem nomine dicatis, etiamsi officium patrum ejusdem recitatum fuerit, cum ibi sit Titularis. *Congr. Rit.* 10. *Jan.* 1604.

2 Officium S. Franciscæ Romanæ in Urbe Roma est ad libitum, ritu semiduplici. *Ead.* 13. *Mart.* 1632.

Nova Additio Editoris.

„ 1 Officia Sanctorum ratione Corporis, seu „ insignis Reliquiæ recitanda, intelligi debent „ de Sanctis in Martyrologio Romano descri- „ ptis, & dummodo constet de identitate Cor- „ poris, seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, „ qui reperitur in Martyrologio Romano de- „ scriptus: de ceteris autem Sanctis in prædi- „ cto Martyrologio non descriptis, aut quibus „ a S. Sede non fuerit specialiter concessum, „ Officia recitari, & Missæ celebrari non de- „ bent, non obstante, quod ipsorum Corpora, „ vel insignes Reliquiæ in Ecclesiis asserventur, „ quibus tamen, ab Ordinariis Locorum appro- „ batis, debita Fidelium veneratio, prout ha- „ ctenus servatum fuit, exhibeatur, sed absque „ Officio, & Missa, sub pœnis de non satis- „ faciendo præcepto recitandi Officium, aliis- „ que in Constitutione S. Pii V. contentis. S. „ R. C. 11. Augusti in Decreto generali ab „ Innoc. XII. approbato 19. Octob. 1691.

„ 2 Si Festum S. Joseph occurrat in feria V. „ majoris hebdomadæ, ejus Officium transfe- „ rendum erit ad aliam diem juxta Rubricas „ Breviarii Romani, & Decreta S. R. C. Ce- „ terum præceptum audiendi Missam, & va- „ candi ab operibus servilibus, non erit trans- „ ferendum, sed servandum in prædicta feria „ V. adeoque per Ordinarios Locorum accura- „ te providendum, ut eo die aliquæ quidem „ Missæ privatæ ante celebrationem solitæ Mis- „ sæ Conventualis celebrandæ, pro præcepti ad- „ implemento non desint; sed tamen propterea „ antiquus mos Communionis Cleri in Missa „ solemni illius diei, quo Ecclesia SS. Euchari- „ stiæ Sacramenti institutionem, & memoriam „ recolit, summa religione hactenus retentus, „ nullatenus omittatur. S. R. C. 13. Sept. 1692.

„ 3 Si Officium, & Missa de aliquo Sancto „ celebrentur in Cathedrali, vel Matrice, seu „ Parochiali, propter insignem Reliquiam, quæ „ ibi asservatur, non potest celebrari per Ci- „ vitatem, sed in ipsa sola Ecclesia, ex De- „ creto S. R. C. contra abusus edito 8. Apri- „ lis 1628. impresso in Missali Romano, & in „ Breviario. Si autem Officium concessum sit „ universo Clero Civitatis de aliquo Sancto, „ cujus insignis Reliquia asservatur in Cathe- „ drali, vel Matrice, seu Parochiali, tunc Mis- „ sa cum Symbolo celebranda est in ipsa Ec- „ clesia tantum, in aliis vero Ecclesiis sine „ Symbolo, ex Rubrica Missalis Romani de „ Symbolo, juxta Decretum S. R. C. 3. Decemb. „ 1684. & 10. Jan. 1693.

„ 4 Occurrente duplici minori, etiam trans- „ lato, in die Commemorationis omnium Fi- „ delium defunctorum, Officium faciendum est „ de Sancto, Missæ vero celebrandæ sunt de „ Requiem. S. R. C. 19. Junii 1700.

„ 5 Dum aliqua legata relinquuntur cum o- „ nere celebrandi Officium alicujus Sancti sub „ altiori ritu, quam qui a Sede Apostolica ei „ præscribitur, licitum erit hujusmodi Officia so- „ lemnius celebrare quoad pompam extrinsecam, „ non autem quoad ritum Ecclesiasticum. S. „ R. C. 14. Maji 1644.

„ 6 Recitatio Officii de Beatis non canonizatis non est satisfactoria præcepti, nisi quoad „ illos, quibus Sedes Apostolica de hoc indul- „ sit; nec talium Beatorum nomina possunt poni „ in Kalendario, nisi illius tantum Loci, ea- „ rumque personarum, in quo, & a quibus cul- „ tus Beati cum Officio, & Missa celebratur. S. „ R.C.27. Septemb. 1659. approbante Alex. VII.

„ 7 Re-

„ 7 Recitantes ex legitima concessione Officium SS. Sacramenti in qualibet feria V. non impedita, illud persolvere debent, ut in die ejusdem Solemnitatis; Missam vero debent celebrare, quæ est votiva Ss. Sacramenti. S. R. C. 12. Julii 1664. *Hujusmodi Officium SS. Sacramenti, si debe per annum recitari ut in die Solemnitatis ejusdem, ut patet ex relato Decreto, debet recitari cum Alleluja; quia in die Solemnitatis dicitur Alleluja; excepto tempore post Septuagesimam: & in Missa dicatur* Gloria.

„ 8 Cum in omnibus Dominiis Imperio subjectis recitetur ex indulto Apostolico Officium proprium S. Angelorum Custodum cum octava mense Septembri non est de eis recitandum etiam secunda die Octobris. S. R. C. 30. Septemb. 1679.

„ 9 Officia concessa semel in hebdomada, ut de Conceptione B. M. V. in Sabbato, vel de SS. Sacramento in feria V., non sunt celebranda in Adventu, Quadragesima, Quatuor temporibus, nec in Vigiliis. S. R. C. 1. Martii 1681.

„ 10 Ubi Festum S. Thomæ Cantuariensis Martyris celebratur sub ritu duplici, si occurrerit in Dominica, recitandum erit Officium de Sancto, cum commemoratione Dominicæ, & die 30. Decembris agendum de die infra octavam Nativitatis. S. R. C. 1. Martii 1681.

„ 11 In Officio feriæ quartæ Cinerum, Privilegiati debent relinquere commemorationem octavæ, & dicere Preces, Psalmos Graduales, &c. & servare omnino Rubricas dictæ feriæ quartæ Cinerum. S. R. C. 24. Januarii 1682.

„ 12 Si Officium ad libitum non poterit celebrari, & habuerit etiam ritum simplicem de præcepto, eo anno non omittatur, sed celebretur ritu simplici. S. R. C. 13. Junii 1682.

„ 13 Quando aliqua Officia concessa sunt, ut recitentur in diebus Dominicis, ut de Patrocinio B. M. V. &c. si aliqua ex dictis Dominicis impediatur aliquando ab alio Officio majoris ritus, vel dignitatis, in tali casu dictum Officium non potest transferri in aliam Dominicam, vel ad primam diem non impeditam, sed debet omitti. S. R. C. 20. Martii 1683. *Advertendum, dictum Decretum loqui de concessis, non de præceptis, nam præcepta transferri debent ad primam diem non impeditam. Sicuti pariter transferri debent Officia concessa toti alicui Regno, vel Provinciæ, ut patet ex responsione S. R. C. ad quæsitum Metropolitanæ Hispalensis.*

„ 14 Quando pro aliquo Festo, vel Officio concesso ponitur ritus duplex absque expressione majoris, vel minoris, concessio intelligenda est de duplici minori, etiamsi ad honorem Deiparæ facta fuerit. S. R. C. 2. Octobris 1683.

„ 15 Quando in Indultis, & Decretis super concessione Officiorum leguntur verba illa *recitari posse*, *fieri posse*, ita intelligenda sunt, ut nihil significent præter Officia ad libitum, quibus omnino competit Decretum 24. Januarii 1682. pro Sanctis ad libitum emanatum. S. R. C. 20. Novembris 1683. Verum hic apponendum quod posterius decrevit eadem S. R. C. 5. Maji 1736. nempe: Non possunt transferri Officia illa affixa certis diebus, quæ sunt concessa pro Locis, & Ecclesiis particularibus ad eorum instantiam; at quando Officia prædicta sunt de præcepto pro aliquo Statu, sicut plura B. M. V. affixa certis diebus, transferatur. *Et cum supplicatum esset eidem S. R. C. pro declaratione: An sub nomine Sanctorum ad libitum comprehendantur Officia duplicia, & semiduplicia Sanctorum, recitari concessa aliquibus Regnis, Provinciis, Civitatibus, & alicui particulari Ordini, eum particulis possint, & valeant?* S. R. C. die 16. Septemb. 1730. *respondit* negative. Et die 26. Novemb. 1735. *ad quæsitum Metropolitanæ Hispalensis, utrum scilicet Festum Patrocinii S. Joseph, toti Hispaniæ concessum sub ritu duplici in tertia Dominica post Pascha, si occurrat eodem die Festum majoris ritus, per quod transferendum sit, an transferri possit?* S. R. C. *respondit* transferri posse, Ita tamen, ut Archiepiscopus assignet pro dicto Festo aliquam diem, quæ non sit Dominica.

„ 16 In Ecclesiis Titularibus sub invocatione S. Mariæ Angelorum, Officium cum Missa erit ut in Festo S. Mariæ ad Nives, sed lectiones secundi nocturni sumendæ sunt a secundo nocturno die Nativitatis ejusdem B. M. V. mutato verbo *Natali* in verbum *Festivitate*. S. R. C. 10. Junii 1690.

„ 17 Non licet aliquid ex devotione, seu auctoritate privata, miscere, mutare, vel apponere inter ea, quæ integrant Officia cujusvis diei; quia in Officia Sanctorum nihil est addendum, vel immutandum, nisi a Sancta Sede Apostolica concessum fuerit. S. R. C. 10. Junii 1690.

„ 18 Officia Sanctorum ratione Corporis, seu insignis Reliquiæ recitanda, intelligi debent de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptis: de ceteris autem Sanctis non descriptis in prædicto Martyrologio, aut de quibus a Sancta Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, & Missæ celebrari non debent, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto, aliisque in Constitutione S. Pii V. contentis: per hoc tamen, si tale Corpus, vel Reliquia insignis, legitima recognita fuerint ab Episcopo, debita veneratio non tollitur. S. R. C. 11. Augugi 1691. approbante Innocentio XII.

„ 19 Offi-

„ 19 Officia ad libitum occurrentia infra octavas non privilegiatas, etiam particulares, & propriæ Religionis, omittenda sunt. S. R. C. 11. Augusti 1691.

„ 20 In feria VI. post octavam Ascensionis potest fieri de Officio simplici translato. S. R. C. 11. Augusti 1691.

„ 21 Officium S. Francisci Salesii in posterum est duplex. S. R. C. 24. Novemb. 1691. annuente Innocentio XII.

„ 22 A die 17. Decembris inclusive, usque ad vigiliam Nativitatis Domini exclusive, fieri potest quodcumque Officium duplex, vel semiduplex, occurrens, vel translatum, sed in utrisque Vesperis pro commemoratione feriæ dicantur Antiphonæ majores tunc occurrentes. S. R. C. 17. Maji 1692. Idem statutum fuerat 5. Martii 1644.

„ 23 In Officio simplici Martyris, qui sanguinem non fudit, pro secundo responsorio dicendum est, *Domine prævenisti*, in quacumque feria occurrat, nec tantum in feria IV. S. R. C. 10. Januarii 1693.

„ 24 Officium S. Margaritæ Viduæ, Scotorum Reginæ, deinceps est semiduplex de præcepto. S. R. C. 21. Februarii 1693. annuente Innocentio XI.

„ 25 Officium semel in hebdomada concessum, recitari potest die Sabbati, si tota hebdomada sit impedita; & in tali casu omittendum Officium de S. Maria in Sabbato. Prima autem die mensis non impedita Festo duplici, vel semiduplici, & in qua occurrit recitari Officium defunctorum, potest recitari supradictum Officium semel in hebdomada concessum, transferendo, vel etiam aliquando omittendo Officium defunctorum. S. R. C. 27. Apr. 1697. & 7. Febr. 1699. *Hoc Decretum intelligitur de Officio semel in hebdomada concesso extra diem fixam.*

„ 26 Cum Officia non sint ejusdem ritus, Episcopus in sua Diœcesi non potest minus digno fixam diem assignare. S. R. C. 15. Martii 1698.

„ 27 Festa ad libitum, quæ semper cadunt infra octavas Sanctorum, celebrari non possunt, attento Decreto S. M. Innocentii XI. die 24. Januarii 1682. emanato. S. R. C. 15. Martii 1698.

„ 28 Parochus duarum Ecclesiarum unitarum debet de ambarum Titulari recitare Officium juxta Rubricas, maxime si Ecclesiæ sint peræque unitæ. S. R. C. 5. Julii 1698.

„ 29 Officium semel in hebdomada concessum non potest recitari in vigiliis ordinariis, nec in Quatuor temporibus, juxta alia Decreta jam emanata. S. R. C. 7. Februar. 1699.

„ 30 Officium Semiduplex occurrens in Dominica infra octavam non privilegiatam, debet recitari feria secunda immediate sequenti, dummodo non sit impedita dicta feria ab Officio novem lectionum occurrente; & hoc etiam si intercederet aliquod translatum primæ, vel secundæ classis. S. R. C. 22. Decemb. 1696. 19. Julii 1700. & 1. Septemb. 1703.

„ 31 Officium S. Petri de Alcantara Confessoris ad ritum duplicem elevatur. S. R. C. 16. Aprilis 1701. annuente Clemente XI.

„ 32 Officium S. Ubaldi Episcopi, & Confessoris, deinceps est semiduplex de præcepto. S. R. C. 11. Febr. 1702. approbante Clemente XI.

„ 33 Officium Expectationis Partus B. M. V. pro sola Hispania, & non pro omnibus Regnis Hispano Monarchæ subjectis, indultum esse a Gregorio XIII. S. R. C. 4. Aprilis 1705. declaravit.

„ 34 Officium Sanctorum ad libitum, sive duplex, sive semiduplex, occurrens in die, quo fieri debet Officium de Dominica anticipata ante Septuagesimam, vel ante Dominicam 24. post Pentecosten, non est recitandum cum commemoratione dictæ Dominicæ, neque transferendum, sed potius omittendum. S. R. C. 4. Aprilis 1705.

„ 35 Infra octavam Corporis Christi, occurrente Festo novem lectionum, non debet omitti nona lectio Festi simplicis; in Officio enim tantum de octava Corporis Christi omitti debet dicta lectio. S. R. C. 4. Aprilis 1705.

„ 36 S. R. C. die 20. Martii 1706. magis explicavit dies, in quibus non potest recitari Officium concessum recitandum in singulis mensibus, vel hebdomadibus anni; nempe: In feriis Adventus, ac Quadragesimæ, in Quatuor temporibus, in Vigiliis sive cum jejunio, sive sine jejunio, in feria secunda Rogationum, atque in illa feria, in qua secundum Rubricas est reponendum Officium Dominicæ. *Decretum S. R. C. quoad hoc, habetur in Bullario particulari Clementis XI. Ad quos dies addidit eadem S. R. C. eodem die, & anno, dies, in quibus ponendum est Officium duplex, vel semiduplex, translatum, & dies infra quascumque octavas, in quibus non potest recitari dictum officium, &c.*

„ 37 Officium S. Hedvigis Viduæ est semiduplex de præcepto. S. R. C. 20. Martii 1706. annuente Clemente XI.

„ 38 Officium S. Antonini Episcopi, & Confessoris, in posterum est semiduplex de præcepto. S. R. C. 2. Aprilis 1707. approbante Clem. XI. 16. ejusdem mensis, & anni.

„ 39 Diebus sexta, & septima infra octavam SS. Trinitatis, ubi est Titularis, faciendum est Officium de die secunda, & tertia infra octavam Corporis Christi, cum commemoratione SS. Trinitatis. S. R. C. 8. Junii 1709.

„ 40 De Titulo, & Consecratione Parochialis Ecclesiæ, quæ non est Cathedralis, non debet fieri Officium in die, neque per octavam, a Sacerdotibus, qui non sunt de Clero illius Parochiæ, licet sub eadem Parochia degant. S. R. C. 17. Augusti 1709.

41 In

„ 41 In occursu duorum Festorum, Officium „ minoris ritus transferendum est in diem im- „ mediate sequentem, etiamsi sit Dominica: „ hoc intelligitur quando talis occursus est per- „ petuus, & non per accidens. S. R. C. 2. Ju- „ lii 1712. & die 20. Novemb. 1717.

„ 42 Officium S. Pii V. Papæ, & Confesso- „ ris, cum Lectionibus secundi Nocturni, & „ Oratione propriis, est semiduplex de præce- „ pto. S. R. C. 28. Januar. 1713. annuente „ Clemente XII. 17. Februarii ejusdem anni.

„ 43 Officium S. Agathæ Virginis, & Mar- „ tyris, elevatur ad ritum duplicem. S. R. C. „ 26. Augusti 1713., approbante Clemente XI. „ 29. ejusdem mensis, & anni.

„ 44 Officium S. Josephi Sponsi B. M. V., „ cum novis Antiphonis, Versibus, Lectioni- „ bus primi Nocturni, Responsoriis, & Capi- „ tulis, approbavit, & ab omnibus Christifi- „ delibus tam Sæcularibus quam Regularibus, „ qui ad horas canonicas tenentur, die 19. Mar. „ tii in posterum recitari, & in Breviario ap- „ poni mandavit S. R. C. 3. Februar. 1714., „ annuente Clem. XI. sub die 4. ejusdem men- „ sis, & anni.

„ 45 Officium S. Joannis de Deo Confessoris „ elevatur ad ritum duplicem. S. R. C., appro- „ bante Clemente XI. 21. Aprilis 1714.

„ 46 Officium S. Anselmi Archiepiscopi Can- „ tuariensis, & Angliæ Primatis, elevatur ad „ ritum duplicem. S. R. C. 3. Februarii 1720., „ approbante Clemente XI. 8. ejusdem mensis, „ & anni. In utrisque Vesperis dici debet ad „ Magnificat antiphona *O Doctor optime*, & in „ Missa *In Medio* debet dici *Credo*: ita rescri- „ bente eadem S. R. C.

„ 47 Officium proprium SS. Nominis Jesu ab „ omnibus Christifidelibus, qui ad horas cano- „ nicas tenentur sub ritu duplici secundæ classis „ Dominica secunda post Epiphaniam recitari, „ & Missam respective celebrari debere, in- „ dulsit S. R. C. 29. Novembris 1721., an- „ nuente Innocentio XIII. 20. Decembris ejus- „ dem anni.

„ 48 Officium S. Isidori Episcopi, & Con- „ fessoris, recitetur sub ritu duplici, cum Le- „ ctionibus propriis secundi, ac tertii noctur- „ ni, & octavo responsorio *In medio*, & ora- „ tione *Deus, qui populo tuo*, nec non cum „ antiphona ad Magnificat in utrisque Vespe- „ ris *O Doctor optime*; assignata Missa de Com- „ muni Doctorum, cum *Credo*. S. R. C. 25. „ Aprilis 1722., approbante Innocentio XIII.

„ 49 Officium S. Pauli primi Eremitæ dein- „ ceps est duplex minus. S. R. C. 11. Julii 1722., „ annuente Innocentio XIII. 18. ejusdem men- „ sis, & anni.

„ 50 Officium S. Birgittæ Viduæ elevatur ad „ ritum duplicem. S. R. C. 26. August. 1724., „ annuente Bened. XIII. 2. Sept. ejusdem anni.

„ 51 Officium S. Andreæ Avellini Confesso- „ ris sub ritu semiduplici, cum Lectionibus se- „ cundi nocturni, & Oratione propriis ubique „ recitetur, S. R. C. 7. Julii 1725. approbante „ Benedicto XIII. 18. Augusti ejusdem anni.

„ 52 Benedictus XIII. concessit, ut in toto „ Ecclesiastico Statu ab omnibus, qui ad horas „ canonicas tenentur, sequentia B. M. V. Of- „ ficia in ejus respective Festivitatibus recitari, „ & Missæ respective celebrari debeant, vide- „ licet: Die 23. Januarii, Desponsationis B. „ M. V. cum S. Joseph, feria sexta post Do- „ minicam Passionis, de Septem doloribus B. M. „ V. die 16. Julii, B. M. V. de Monte Carme- „ lo; Dominica secunda Novembris, Patroci- „ nii B. M. V., die 10. Decembris, Transla- „ tionis Sacræ Domus Lauretanæ; & die 18. „ Decembris, Expectationis Partus B. M. V.: „ & ita decrevit, & servari mandavit die 23. „ Augusti 1725. *Hæc, & similia Officia, utpo- „ te de præcepto recitanda in toto Statu Ecclesia- „ stico, si aliquando fuerint impedita ab aliquo „ Officio majoris ritus, etiamsi fuerint affixa a- „ licui Dominicæ, nihilominus possunt transferri; „ idque colligitur etiam ex Decreto S. R. C. 26. „ Novembris 1735., & 5. Maji 1736.*

„ 53 Officium S. Vincentii Ferrerii Confesso- „ ris deinceps est duplex. Benedictus XIII. 5. „ Aprilis 1726.

„ 54 Officium B. M. V. de Mercede elevatur „ ad ritum duplicem majorem. Benedictus XIII. „ 22. Martii 1727.

„ 55 Officium S. Rosæ Limanæ Virginis sub „ ritu duplici, cum Lectionibus secundi No- „ cturni, & Oratione propriis, ab omnibus, „ qui horas canonicas tenentur recitari, & „ Missam respective celebrari, mandat Bene- „ dictus XIII. 28. Julii 1727.

„ 56 Quoad Officium B. M. V. de Monte „ Carmelo notandum, quod idem Benedictus „ XIII. die 24. Septembris 1726. extendit ad „ omnes Christifideles utriusque sexus, qui ad „ horas canonicas tenentur, & recitari manda- „ vit prout jacet, Romæ impressum anno 1726.; „ & S. R. C. die 23. Junii 1736. declaravit, ad „ hoc teneri etiam quoscumque Regulares. I- „ dem Summus Pontifex idem statuit quoad „ Officium de Septem Doloribus B. M. Virg. „ sub ritu duplici majori, die 22. Augusti „ 1727.

„ 57 Officium S. Rosæ Viterbiensis Virginis „ cum Lectionibus secundi nocturni, & Ora- „ tione propriis, prout erant approbatæ pro „ Ordine Minorum, celebretur in toto Statu „ Ecclesiastico, & in Etruria, sub ritu dupli- „ ci de præcepto. Benedictus XIII. 18. Janua- „ rii 1728.

„ 58 Officium S. Mariæ Magdalenæ de Paz- „ zis, alias sub ritu semiduplici pro Ecclesia „ universali die 25. Maji recitari concessum in „ posterum ab omnibus utriusque sexus Christi- „ fidelibus existentibus in tota Italia, & Insu- „ lis adjacentibus, qui ad horas canonicas te- „ nentur, sub ritu duplici recitari posse, & de- bere,

„ bere concessit Benedictus XIII. 28. Januarii „ 1728. *Cui Officio assignata est dies 27. Maji*, „ *quia die 25. ejusdem mensis recitari debet in* „ *perpetuum Officium S. Gregorii VII. sub ritu* „ *duplici minori*.

„ 59 Officium SS. Joannis & Pauli Martyrum elevatur ad ritum duplicem. Benedictus „ XIII. 21. Maji 1728. *Unde Rubrica illa*, „ *quæ hactenus lecta est in Breviario ad diem 26.* „ *Junii, nempe*: Si hoc Festum venerit in Dominica, transfertur in sequentem diem, *modo cesset*.

„ 60 Officium S. Eusebii Episcopi Vercellensis, & Martyris, cujus hactenus die 15. Decembris facta est sola commemoratio, in posterum ab omnibus, qui ad horas canonicas „ tenentur, recitetur die 16. ejusdem mensis sub „ ritu semiduplici, cum lectionibus secundi nocturni propriis; & Missa respective celebretur. Benedictus XIII. 7. Julii 1728. *Nulla* „ *itaque fiat commemoratio S. Eusebii in primis* „ *Vesperis, Laudibus, ac Missa de die octava* „ *Conceptionis*; *& in relato Officio S. Eusebii* „ *responsorium octavum sit* Domine prævenisti, „ *fuit enim S. Eusebius vere Martyr*: *licet sanguinem non fuderit*.

„ 61 Officium S. Gregorii VII. Papæ, & „ Confessoris, cum Lectionibus secundi nocturni, & Oratione propriis, ab omnibus, qui ad „ horas Canonicas tenentur, die 25. Maji sub „ ritu duplici recitari, & Missa respective celebrari, atque in Missali, ac Breviario Romano „ apponi, mandavit Bened. XIII. 25. Sept. 1728.

„ 62 Quoad Officium Septem Dolorum ulterius Benedictus XIII. die 25. Januarii 1729. „ mandavit, quod, impedita feria sexta post „ Dominicam Passionis, transferatur ad Sabbatum immediate sequens, etiamsi in dicto „ Sabbato occurreret aliud Festum duplex, „ dummodo non sit altioris gradus; & illud „ Officium occurrens in Sabbato transferatur „ juxta Rubricas generales.

„ 63 Officium S. Scholasticæ Virginis, cum „ Lectionibus secundi Nocturni, & Oratione „ propriis, ab omnibus, qui ad horas canonicas „ tenentur, sub ritu duplici recitari, & Missa „ respective celebrari debet. Benedictus XIII. „ 1. Februarii 1729.

„ 64 Die 4. Decemb. recitari debet sub ritu „ duplici Officium S. Petri Chrysologi Episcopi, & Confessoris, cum Oratione, & Lectionibus propriis, & respective Missa celebrari, ab omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur. Bened. XIII. 10. Febr. 1729.

„ 65 Officium S. Vvenceslai Martyris in posterum est semiduplex de præcepto. Bened. „ XIII. 14. Martii 1729.

„ 66 Officium S. Joannis a S. Facundo Confessoris, cum Lectionibus secundi nocturni, „ ac Oratione propriis, ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu duplici recitetur, & Missa respective celebretur. Benedictus XIII. 16. Novemb. 1729.

„ 67 Officium S. Monicæ Viduæ elevatur ad „ ritum duplicem. S. R. C. 26. Augusti 1730.

„ 68 Officium S. Andreæ Corsini elevatur ad „ ritum duplicem a Clem. XII. 3. Januar. 1731.

„ 69 Officia Sanctorum, quæ in fine anni „ supersunt, non sunt transferenda ad annum „ sequentem, sed quoties toto anni decursu de „ illis celebrari non valeat, tunc in illo anno „ diebus eorum propriis consideranda sunt tamquam simplicia, faciendo illorum commemorationem ut fit in semiduplicibus, cum „ nona lectione composita ex omnibus lectionibus propriis secundi nocturni (si proprias „ habuerint) ad modum unius. S. R. C. 26. „ Novemb. 1735., 8. Martii 1738. & 6. Sept. „ 1738. *Officia prædicta consideranda sunt tamquam simplicia, quatenus cum alio Officio majoris ritus, vel dignitatis occurrentia, nonam* „ *tantum lectionem, & commemorationem admittunt*: *hæc autem commemoratio fieri debet ad* „ *modum semiduplicis, scilicet in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Officii ea die currentis (dummodo in secundis Vesperis illam* „ *omitti non contingat ob sequens duplex 2. classis)* „ *etiam ante commemorationem de die infra* „ *octavam*.

„ 70 Officium S. Stanislai Episcopi, & Martyris, deinceps est duplex. S. R. C. 10. Martii 1736. annuente Clemente XII. 13. ejusdem mensis, & anni.

„ 71 Quamvis Officium B. M. V. de Monte „ Carmelo celebrandum sit prout in Festo S. „ Mariæ ad Nives, Missa tamen, & non solum Evangelium, dicatur illa, quæ a Sede „ Apostolica approbata est, quæ incipit *Gaudeamus omnes*, *&c.* S. R. C. 5. Maji 1736.

„ 72 Officium S. Margaritæ de Cortona de „ Communi nec Virginum, nec Martyrum, „ cum Oratione, Lectionibus secundi nocturni, & Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac Missa propriis, celebretur die 23. „ Februarii sub ritu semiduplici in tota Italia. „ S. R. C. 5. Maji 1736. annuente Clemente „ XII. 11. ejusdem mensis, & anni.

„ 73 Officia a Benedicto XIII. demandata „ in honorem B. M. V. sub diversis, Titulis superius expressis, pro toto Statu Ecclesiastico, omnia debent recitari sub ritu duplici „ majori. S. R. C. die 15. Septemb. 1736.

„ 74 Officium S. Vincentii a Paulo Confessoris sub ritu semiduplici celebretur, cum „ Oratione, ac Lectionibus secundi nocturni „ propriis, & in tertio nocturno Homilia in „ Evangelium *Designavit Dominus*, ut in Festo S. Lucæ 18. Octobris. S. R. C. 7. Decembri 1737. annuente Clemente XII. 11. ejusdem mensis, & anni.

„ 75 In tota Italia, & insulis ei adjacentibus atque in aliis Dominiis, & Regnis, & „ Provinciis, die 21. Junii celebretur Officium

S. A-

,, S. Aloysii Gonzagæ Confessoris sub ritu duplici, cum Oratione, Lectionibus, ac Missa propriis. S. R. C. 18. Maji 1737.

,, 76 Officium, & Missa S. Julianæ de Falconeriis, Fundatricis Tertii Ordinis Servorum B. M. V. cum Oratione, Hymno, & Lectionibus propriis secundi nocturni, sub die 20. Martii 1728. præfatæ Servorum B. M. V. Religioni, & Civitati Florentiæ concessum, in posterum, prout jacent, ab omnibus Christifidelibus utriusque sexus tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, die 19. Junii sub ritu semiduplici recitari, & respective celebrari debere indulsit. S. R. C. 8. Martii 1738. approbante Clemente XII. die 15. ejusdem mensis, & anni.

,, 77 In Officiis SS. concessis Regularibus infra annum, puta Conceptionis semel in hebdomada, & similibus, octava benedictio erit, *Cujus festum colimus &c.*

,, 78 Adveniente notitia alicujus Officii recitandi, a Sacra Rituum Congregatione recenter concessi, si talis notitia ita opportune perveniat, ut prædicti Officii recitatio evenire possit tempore congruo, scilicet, vel die a Sacra eadem Congregatione pro tali recitatione præscripto, vel diebus post illum vacantibus, quibus juxta rubricarum regulas hujusmodi Officium recitari possit, recitetur quidem; si autem talis notitia non ita opportune pervenerit, ut prædictis diebus impleri potuerit, Officii recitatio pro præsenti anno omittatur S. R. C. 11. Julii 1739.

,, 79 Ubi adest Indultum recitandi qualibet feria V. per annum Officium SS. Sacramenti, occurrente in eadem feria V. quocumque Officio novem Lectionum, etiam translato, omissa recitatione Officii SS. Sacramenti, faciendum est Officium ea die occurrens, etiamsi esset de die infra octavam. S. R. C. 1. Octobris 1740. *Idem dicendum de Officio per annum Immaculatæ Conceptionis, aliquibus in Locis quolibet Sabbato recitandum, & de aliis similibus.*

,, 80 Ubi octava Corporis Christi ex indulto Sacræ Rituum Congr. est ita privilegiata, ut de nullo festo infra eandem fieri possit, nisi fuerit primæ classis, in quo æquiparatur octavæ Epiphaniæ Domini; si aliqua alia octava inchoata sit ante Festum Corporis Christi, eo adveniente cessat octava jam inchoata. Quod si infra octavam Corporis Christi occurrat Festum primæ classis habens octavam, de eo celebrabitur Officium cum commemoratione octavæ Corporis Christi; sequentibus autem diebus fiet Officium de ipsa Octava Corporis Christi, cum commemoratione octavæ occurrentis. S. R. C. 22. Aprilis 1741.

,, 81 Persolventes Divinum Officium extra Chorum, non tenentur ad psalmos Graduales, nec Pœnitentiales, neque ad Officium parvum B. M. V. nec defunctorum; quæ quidem Officia & Psalmi, sunt onera tantummodo ex præcepto implenda in Choro. S. R. C. 2. Septemb. 1741.

,, 82 In recitatione Officiorum particularium serventur Decreta a Sacra Rituum Congreg. edita super illorum recitatione, non excedendo limites concessionis: nec ad servandam uniformitatem licitum est, Officia alicui Diœcesi concessa recitari in aliis Diœcesibus ejusdem Regni, vel Provinciæ. Qui autem particularia Officia recitare, vel ipsa a ritu duplici minori ad duplicem majorem elevare desiderant, instent in eadem Sacra Congr. pro illorum concessione, vel elevatione; & interim serventur Rubricæ ram de Occurrentia, quam de Concurrentia Festorum, quæ ex ritu Officii, non autem ex apparatu, & concursu, propriam ac veram desumunt solemnitatem. S. R. C. 1. Decembris. 1742.

,, 83 Duplicatio antiphonarum preter diem Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, & diem depositionis defuncti, fiat in diebus tertio, septimo, trigesimo, & anniversario tantum. S. R. C. 8. Martii 1738.

Hospitale

1 NOviter fundatum sine auctoritate Episcopi non subditur Episcopo. DD. apud Barbos. *alleg.* 75. *n.* 3.

2 Si locus ab antiquo sit in forma Ecclesiæ, ubi Sacerdotes celebrant, præsumitur auctoritate Episcopi fundatum. DD. *ibid. n.* 5.

3 In dubio, præsumitur Episcopo subjectum. Sylv. *V. Hospitale*, *q.* 11. *v. Quintum*.

4 Potest Episcopus visitare quodcumque, nisi sit sub Regum immediata protectione. Trident. *sess.* 22. *cap.* 8. *& sess.* 7. *cap.* 15. *& sess.* 25. *c.* 8.

5 In dubio, an sit sub immediata Regum protectione, cognitio causæ spectat ad Episcopum. Decisum refert Marta *de jurisd. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 8.

6 Uni, & eidem personæ administratio ultra triennium concedatur. Idem *session.* 25. *cap.* 8.

7 Nisi aliter in fundatione reperiatur. *ib.*

8 Si inutile reddatur, potest Episcopus cum duobus de Capitulo convertere redditus in alium pium usum. *ibid.*

9 In laicali videat Episcopus saltem, an omnia fiant juxta mentem fundatoris. Barbos. *loc. cit. num.* 7.

10 Procurationem non debet Episcopo visitanti. Sylv. *V. Hospitale*, *q.* 9. *v. Quintum*.

V. Seminarium clericorum, *n.* 28. 29.

Jejunium.

1 POtest Episcopus jejunium transferre in præcedentem diem, quando illud occurrit in festo

festo solemni. Sylv. *Jejunium*. *q.* 7. *V. Festi dies n.* 15. 39. 40.

2 Item potest ex causa dispensare in jejunio, & in bonum aliud compensare. Id. *ibid.*

3 Item in jejunio ex voto. *ibid.*

A D D I T I O.

Si vigilia S. Matthiæ incidat in ultimam diem Bacchanalium, potest Episcopus transferre jejunium in præcedens Sabbatum, ne violetur jejunium. *Dian.* 3. *par. tr.* 6. *Miscell. res.* 66.

Nova additio Editoris.

„ 1 Nulli permittant Episcopi jejunii diebus „ carnibus vesci, nisi adjecta lege religiosè ser- „ vandi unicam comestionem. Benedictus XIV.

„ 2 Jejunia ab Episcopo indicta servari de- „ bent etiam a Regularibus. Benedictus XIV. „ *de S. D. l.* 13. *c.* 4. §. 6. & 7.

„ 3 Nequit Episcopus, aut Archiepiscopus ab- „ rogare obligationem jejunii in Provinciali Sy- „ nodo indicti. Bened. XIV. *de S. D. l.* 13. *c.* „ 5. §. 8. & Cozza *de jejun. p.* 3. *a.* 9. *dub.* 1. *n.* 5.

Jesuitissæ.

1 NUlla est, & invalida ab ortu suo Congregatio mulierum Jesuitissarum, & quatenus opus est supprimitur, & extinguitur. Urban. VIII. Anno 1630.

2 Neque tenentur ad observationem votorum ad instar solemnium in ea emissorum. *ibid.*

3 Habitent extra collegia, domosque ubi habitarunt; neque simul degant, neque simul conveniant ad aliquid spirituale, vel temporale tractandum, habitum deponant, ad eumdem alias non admittant: neque amplius eum resumant; nec ulli earum ad hæc consilium, auxilium, favorem, directè, vel indirectè, aut quomodolibet præstent; neque pro religiosis, seu prætensæ Congregationis, ullo modo se gerant. *ibid.*

4 Sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ reservatæ summo Pontifici. *ibid.*

5 Quæ vovere in quemcumque eventum voluerunt, cum eorum vota sint simplicia, Ordinariis subsint; eum usu, non dominio bonorum, & cum facultate de iis disponendi ad usus pios. *ibid.*

6 Ab intestato succedant ii, qui non emisso voto, successuri fuissent. *ibid.*

7 Si nubere velint, conceditur, cum relaxatione omnium votorum de facto emissorum. *ibid.* Melius agent, si Moniales fiant. *ibid.*

8 Amplissimis clausulis firmatur hæc Constitutio. *ibid.*

9 Ordinarii eam publicent, & contenta quæcumque executioni mandari curent. *ibid.*

10 Censuris, pœnis, & aliis remediis, & omni appellatione remota. *ibid.*

Illegitimi.

1 EXcluduntur a successione quacumque bonorum. Pius V. Anno 1571.

2 Et a successione bonorum patrimonialium. Idem Anno 1572.

3 Potest Episcopus dispensare cum illegitimo, ut obtineat beneficium simplex sine cura. Sylv. *V. beneficium* 3. *q.* 7.

4 Non autem Personatum, vel Dignitatem sine cura. Idem *ibid.*

5 Potest ad beneficium simplex, cui annexa est cura animarum, quando Ecclesia curata habet proprium Vicarium diversum ab illegitimo. Idem *ibid. q.* 8.

6 Prædicta intellige, nisi aliud obstat canonicum impedimentum, quam illegitimitas. *ib. quæst.* 9.

7 Neque potest Episcopus dispensare cum illegitimo, ut plura beneficia retineat. *ib. q.* 5.

8 Potest Episcopus dispensare ad dimidias portiones, seu beneficia inferiora Cathedralis Ecclesiæ. DD. apud Barbos. *alleg.* 45. *n.* 23.

9 Item potest cum illegitimis etiam ex damnato coitu ad minores ordines. Idem *ib. n.* 19.

10 Item ad Canonicatus Collegiatæ Ecclesiæ. *num.* 21.

11 Non ad Dignitates, vel Personatus. *n.* 29.

12 Nec in iis, quæ requirunt ordinem sacrum. *n.* 30.

13 Neque consequenter verius in Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis. *num.* 31. Contrarium docent alii *ibid.* minus vere, ex jure novo Concil. Trid.

14 Neque ad pensiones. Gigas. *q.* 17.

15 Illegitimus dispensatus a Papa ad sacros ordines non censetur dispensatus ad beneficium curatum. Sylv. *loc. cit. q.* 10.

16 Dispensatus super certo beneficio non potest obtinere aliud, si fuit in culpa, ut non habuerit illud. *ibid. q.* 11.

17 Si non fuit in culpa, aut dispensatio fuit super incerto beneficio poterit aliud obtinere. *ibidem.*

18 Dispensatus ad beneficium curatum non potest obtinere Dignitatem. *ib. q.* 12.

19 Dispensatus a Papa ad beneficium curatum, potest promoveri ad beneficium, cui præficiendus est aliquis per electionem. *ib. q.* 16.

20 Dispensatus in ordine, & beneficio, & promotus non potest impetrare dispensationem super pluralitate, non facta mentione illegitimitatis. Idem. *ib. q.* 13.

21 Legitimatus a Principe non ideo est legitimatus quantum ad Ecclesiam. Sà *v. Filius. num.* 11.

V. Cap. sede vac. num. 43. & *seqq.*
Familiaris Episcopi, *num.* 14.
Filii Clericorum illegitimi.

Imagines sacræ.

1 OMnis tollatur abusus, superstitio, turpis quæstus, omnis lascivia a sacro imaginum usu. Trid. *seß.* 25. *de sacr. Imag.*

2 Nihil inordinatum, præposterum, profanum, inhonestum appareat. *ibid.*

3 Nulla insolita imago ponatur in Ecclesia non prius approbata ab Episcopo. *ib.* (*a*).

„ (*a*) S. C. C. a. 1700. apud Monacellum *in* „ *formul. T.* 1. *tit.* 3. *form.* 8. *n.* 49.

4 Non patiantur Episcopi causa a se non cognita, & scripto probata imaginem extra morem ornari, alterave ibi erigi, vota appendi, aut novi quidquam fieri. Prov. 4.

5 Neque pingantur historiæ non probatæ. Pr. 1.

6 Neque de industria in imaginibus sanctorum effigies hominum viventium, vel mortuorum. *ibid.*

7 Neque admittantur effigies jumentorum, quæ ad sacram non attinent historiam. Prov. 4.

8 Corona Christi Domini a coronis sanctorum distinguatur, addita figura Crucis. Prov. 1.

9 Neque detur corona, nisi canonizatis. *ib.*

10 Imago Crucis ne humi ponatur, sub pœna gravissima. citat. Can. Sylv. *V. Imagines*. §. 4.

11 Neque sacra imago exprimatur humi, neque sub fenestra, unde a pluvia deformari queat, neque ubi clavi figendi, neque in loco sordido. Prov. 4.

12 Crucis imago lapidea, vel lignea erigatur, ubi trivia sunt frequentiora. Prov. 3.

13 Cruces, & sanctorum imagines pro Ecclesiarum usu statis precibus benedicantur. Prov. 4.

14 Oratoria in viis cum imaginibus tegantur a superiori parte, ne corruant. *ib.*

15 Et ea certis congruis locis ædificentur. *ib.*

16 Aulæa intexta turpibus imaginibus ne adhibeantur in Ecclesia, neque imagines ethnicorum. Prov. 2.

17 In cubiculis omnibus curetur imago sacra. Prov. 4.

18 Imagines turpes, & obscenæ etiam a laicorum domibus abjiciantur, Prov. 3.

19 Quæ picta sunt indecore, vel deleantur, vel corrigantur. Prov. 1.

20 Quæ pene delata sunt, renoventur, aut deleantur, & comburantur, cineribus in pavimenti fossis collocatis. Prov. 4.

21 Puniantur pictores, & ii, quorum jussu in hoc genere peccatur, etiam pœna interdicti. *ib.*

22 Rectores Ecclesiarum, qui permiserint, etiam pœna excommunicationis afficiantur. *ib.*

23 Ne imagines cereæ, quæ voti causa offeruntur, venditari ullo modo possint. *ib.*

V. Processio. n. 50. 51. 52.

Immunitas Ecclesiastica.

1 ECclesia, etiam non consecrata, auctoritate Episcopi fundata, gaudet immunitate. Sylv. *V. Immunitas quæst.* 1.

2 Etiam interdicta, & item cæmeterium. *ib.*

3 Item Hospitale, & privata Oratoria (non tamen intra domos laicorum) auctoritate Episcopi fundata. *ibid.*

4 Item Palatium Episcopi, etiamsi non sit Ecclesiæ conjunctum. Idem *ibid.* 3. *q.* 1.

5 Item spatium 40. passuum quoad Matricem Ecclesiam. 30. quoad minores Ecclesias. *ibid.*

6 Item monasteria Regularium. *ibid.*

7 Item Corpus Christi si in via gestetur, & ad illud quis confugiat. *ibid.* non autem si quis illud recipit in carcere. *ibid.*

8 Cappellæ privatæ Palatiorum non gaudent immunitate. Congr. Episc. 17. Novemb. 1617.

9 Gaudent immunitate confugientes ad Ecclesiam Judæi, Pagani, excommunicati. Sylv. *loco cit.* 3. *q.* 3.

10 Non gaudent clerici, & religiosi. Idem *ibid.* sed gaudere declaravit Congr. Episcop. 24. Januarii 1617.

11 Conceditur Immunitas gestantibus arma prohibita in Ecclesiis. Ead. 30. Septembr. 1616.

12 Et inferentibus sfrigia in Ecclesiis. Ead. 16. Novemb. 1618.

13 Existens extra cæmeterium, vel ecclesiam, & trahens violenter eum, qui est intra, per partem vestis exterius existentem, violat immunitatem. Sylv. *loco cit. q.* 9. *Primum.*

14 Contra violatores innoventur Canones, & Concilia Generalia, & Apostolicæ sanctiones. Trid. *seß.* 25. *cap.* 20.

15 Debent enim excommunicari, pecunia mulctari, publica pœnitentia affligi, nec restitui communioni, nisi restituant extractum. Sylv. *q.* 8.

16 De delictis in Ecclesia commissis moneatur statim Episcopus, etiamsi committantur in Ecclesia Regularium. Prov. 6.

17 Exule recurrente ad Ecclesiam, aut alio criminoso, consulatur Episcopus, vel statim moneatur, si veniant illi de repente. Prov. 1.

18 Magistratus sæcularis non potest dare hospitium militibus in domibus Ecclesiarum, etiam locatis laicis, & indirecte tendit in præjudicium Ecclesiæ. Congr. Episcop. 9. Junii 1617.

19 In crimine hæresis, & in delictis Ecclesiasticorum ne se intromittat Curia sæcularis sub pœnis alias inflictis. Gregor. XIV. Anno 1591.

20 Publici latrones, viarumque grassatores, depopulatores agrorum, qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesiis, seu cæmeteriis committunt, non gaudent immunitate eccl. Idem *ibid.*

21 Neque proditores homicidæ, aut assassini, vel hæretis, seu læsæ Majestatis in personam Principis rei. *ibid.*

22 Traduntur hi Curiæ sæculari, si requisiti sint ab Ordinariis. *ib.*

23 Nec extrahantur a locis sacris sine expressa licentia Episcopi; & si locus est exemptus, vicinioris Episcopi. *ibid.*

24 Si recusent Episcopi tradere prædictos, tunc mi-

minori tumultu, qui fieri poteſt, extrahantur. *ib.*

25 Et ad carceres Eccleſiaſticos ducantur, donec ab Epiſcopo cognoſcatur, an ipſi rei prædicta delicta commiſerint. *ibid.*

V. Caſus reſervati. n. 3.

Clericus n. 78. 79. 81. 89.

Fori Privilegium n. 27. 28.

A D D I T I O.

1 Spatium 30. ſeu 40. paſſuum circa Eccleſiam de conſuetudine non ſervari docet *Far. in prax. crim. q.* 28. *& de immun. Eccl. n.* 294.

2 Fallit immunitas hæc in Eccleſiis, quæ ſunt intra ambitum caſtellorum ob anguſtiam loci. *Barb. de jure Eccl. l.* 2. *c.* 3. *n.* 42.

3 Domus clericorum exiſtentium intra dictos paſſus Eccleſiæ, cui ſerviunt, gaudent immunitate. *DD. cum Barb. ibid. n.* 39.

4 Imo, & laicorum inſervientium viciniæ Eccleſiæ. *ibid.*

5 Paſſus quilibet habet quinque pedes, & pes 15. digitos. *ibid. n.* 40. 41.

6 Eccleſiæ capanna intra 30. paſſus, quæ tantum inſervit pro ſervitio Eccleſiæ, gaudet immunitate. *Congr. Immun. menſe Decemb.* 1632.

7 Gaudet confugiens, & ſe immiſcens inter eos, qui aſſociant venerabilem Euchariſtiam, licet non tangat Sacerdotem, neque haſtam baldachini. *DD. cum Barb. loc. cit. n.* 69.

8 Gaudet furtum committens in Eccleſia de re Eccleſiæ, etiam Pixide. *ibid. n.* 123.

9 Non gaudet mater occidens filium infantem. *Cong. Conc.* 3. *Decemb.* 1632.

10 Neque, qui alium occidit veneno. *Ead. ibid.* (*a*).

„ (*a*) Vide Benedicti XIV. Inſtitutionem 41.

11 Contravenientes Conſtit. Greg. XIV. ex multorum DD. ſententia poſſunt abſolvi ab Epiſcopo, *Dian. p.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 41.

Indulgentiæ.

1 POteſt Epiſcopus nondum conſecratus, etiamſi non ſit Sacerdos, elargiri Indulgentias. DD. apud Barboſ. *alleg.* 88. *n.* 7.

2 Et demandare facultatem eas concedendi clerico, nedum Vicario. *ibid. n.* 10.

3 Subditis tantum ſuis, & externis in ſua juriſdictione morantibus. *ibid. n.* 23.

4 Archiepiſcopus etiam per totam provinciam. Sylv. *V. Indulgentias q.* 5. *Quartum*.

5 Poteſt Epiſcopus concedere exemptis etiam, & religioſis. Barb. *loc. cit. n.* 27.

6 Et ſibi ipſi. *n.* 28.

7 Poteſt etiam concedere ſubditis ſuis, ut ab alieno Epiſcopo recipiant Indulgentias. *n.* 25.

8 Mortuis dare non poteſt. *num.* 24.

9 Epiſcopo inferior dare non poteſt. *n.* 17.

10 Poteſt Epiſcopus dare indulgentiam 40. dierum, non ultra. *n.* 14.

11 In Dedicatione Eccleſiæ dare poteſt Indulgentiam unius tantum anni, & in anniverſario ejuſdem 40. tantum dierum. *ibidem*.

V. Eccleſiæ conſecratio. num. 11.

12 Si Dedicetur a pluribus, non ultra annum, nec ultra 40. poteſt dari. Sylv. *l. c. q.* 2. *Secundum*.

13 Si detur annus ab Archiepiſcopo, & annus a proprio Epiſcopo, ſubditi Epiſcopo biennium habebunt, Conprovinciales unum annum ab Archiepiſcopo. Sylv. *ibid. Sextum*.

14 Si Epiſcopus dat 40. dies, & ſucceſſor ejuſdem ob eamdem cauſam 40. dies, utraque non valet. Idem *ib.*

15 Durant perpetuo prædictæ Indulgentiæ. *ibid. Septimum*.

16 An Capitulum ſede vacante dare poſſit indulgent. Affirmant Sylv. & alii: Negant Henriquez, & alii apud Barboſ. *loc. cit. n.* 21. *Vide ſupra Capitulum ſede vacante. n.* 49.

17 Clauſula in Indulgentiis Papalibus; *Dummodo alias non conceſſerimus*, intelligitur de alia ſimili expreſſa in eadem conceſſione. Nald. *V. Clauſula Dummodo*.

18 Quæſtus omnis pro his conſequendis prohibetur. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Indulgent.*

19 Revocatæ ſunt omnes, quæ continent quæſtus, & manus adjutrices. Pius V. Anno 1566.

20 Quæcumque Indulgentiæ publicentur ab Epiſcopo, adhibitis duobus de Capitulo. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 9.

21 Litteræ Indulgentiarum ne affigantur arculis eleemoſynarum, ſed apud altare collocentur apertæ. Prov. 5.

22 Et capſa eleemoſynarum, ſi ab Epiſcopo concedatur, remota ſit ab altari. *ibid.*

23 Eleemoſynæ dentur Eccleſiæ, locove, cujus cauſa conceſſæ ſunt. Prov. 4.

24 Si colligantur hoc titulo eleemoſynæ, eligantur perſonæ ſpectata fide; & collectæ, de Epiſcopi conſenſu, & ſcientia expendantur in utilitatem earum Eccleſiarum, pœna ſuſpenſionis ipſo facto Eccleſiaſticis; laicis autem ſuppreſſionis ſcholarum, privationis habitus, & aliis arbitrio Epiſcop. Prov. 7.

25 Eccleſiis Regularium alias conceſſæ Indulgentiæ non fuerunt ſubiatæ per revocationem earum, quæ conceſſæ fuerunt perſonis ipſis Regularibus ante Paulum. V. Cong. Epiſcop. 21. Aug. 1615.

26 Quæcumque habentur, etiam in Eccleſiis exemptis, referantur in librum in Archivio aſſervandum. Prov. 4.

27 Earumdem Tabellæ in propriis Eccleſiis habeantur. *ibid. V. Archiepiſcopus n.* 49. *Coadjutor Epiſcopi. n.* 14. *Concil. Provinciale num.* 113. 114. *Doctrina Chriſtiana. n.* 14. *Euchariſtia n.* 52. *Quæſtores, n.* 4. 6. *Regularium jura ſub Epiſcopis n.* 40.

A D D I T I O.

Falſæ ſunt, quæ ſequuntur ex Decreto Romæ impreſſo 23. Junii 1635. a S. Rom. Inquiſit.

 1 Quæ

1 Quæ afferuntur concessæ a Pio V. Principi Senarum.

2 Item a Pio V. Magno Duci Etruriæ, & confirmatæ a Clem. VIII.

3 Item a Clem. VIII. Ecclesiæ S. Mariæ Montisserrati.

4 Item Indulgentia Plenaria pro defunctis a Clem. VII. *Matriti 20. Junii 1606.*

5 Item Indulgentiæ fundatæ super revelationem B. Jo: de Cruce piaculari grano, quod dicitur tetigisse unum ex tribus, quæ sunt apud Papam, Regem Hispaniarum, & Generalem Minorum de observantia.

6 Item Indulgentia, quæ dicitur concessa a Jo: XXII. illis, qui osculantur plantam pedis B. V. prælo datam.

7 Item ex, quæ a Papa Adriano VI. dicuntur concessæ granis benedictis ad instantiam Card. Lanchinaves Trigermani Brabantini, impressæ Panormi An. 1611.

8 Anno Jubilæi non suspenduntur Indulgentiæ plenariæ concessæ pro articulo mortis. *Alph. Leo tr. de Jubil. 1. q. 6. n. 242.*

9 Neque suspenduntur Indulgentiæ pro defunctis, neque altaria privilegiata. *Id. ib. n. 246. 248.*

10 Qui ex privilegio habet usum mitræ, non tamen potest dare Indulgentias. *Congr. Rit. 4. Martii 1606.*

11 In Ecclesia, in qua exposita est Indulgentia plenaria, non datur ab Episcopo Indulgentia ab eo dari solita; Cærem. Ambrosianum.

Inquisitionis Sanctæ officium.

1 CONstituat Episcopus Congregation. Theologorum, & Juristarum una cum Inquisitore. Prov. 5.

2 Secretum, silentiumque indicatur iisdem, dato juramento, ut neque nutu significent, proposita latæ sententiæ excommunicatione. *ib.*

3 Notarii idem præstent juramentum de secreto, custodes carceris, & alii ministri. *ibid.*

4 Causarum acta, nec aliud quidquam ad causas attinens, typis edatur. *ibid.*

5 Procurator, Advocatusque dari debet, qui fidei professionem emiserit, & qui omni labe caruerit, suspicioneve hæresis. *ibid. V. Fidei Professio. num. 27.*

6 Detur facultas in scriptis, & cum juramento de legitima tantum defensione facienda. *ib.*

7 Qui Inquisitorem, Advocatum, aliosve ministros Sancti Officii, aut denunciatorem, accusatorem, aut testem in causa fidei perterrere fecerit, occiderit, verberarit, dejecerit, eo ipso est excommunicatus, reservata absolutione Papæ. Pius V. *Const.* 83. Anno 1569.

8 Item illi qui ejusdem Sancti officii ædes, aut ministrorum, aliisve res expugnaverit, invaserit, incenderit, aut libros, litteras, scripta combusserit, diripuerit, interverterit, asportarit. Id. *ib.*

9 Item ille, qui ad hæc consilium, auxilium, favorem præstiterit. *ibid.*

10 Et qui delinquentibus contra officium S. Inquisitionis veniam petere, aut pro illis intercedere tentaverint. *ibid.*

11 Et qui carcerem, seu custodiam etiam privatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumve eripuerit, receperit, occuluerit, seu facultatem fugiendi dederit, etiamsi effectus non sequatur. *ib.*

12 Aliæ pœnæ ibidem infliguntur gravissimæ. *ib.*

13 Promulganda est aliquando prædicta Constitutio Pii V. Prov. 3.

V. Irregularitas n. 71. 72.

ADDITIO.

1 Episcopus terminare potest sine interventu Inquisitoris causas superstitionum, incantationum, veneficiorum, & blasphemiarum, nisi sapiant manifeste hæresim. *Cong. S. Off. 2. Dec. 1602. apud. F. Leon. in Thes. Fori Eccl. tit. de sortileg.*

2 Omnia gratis in hoc genere expediantur. *Ead. 5. Jan. 1602.*

Interdictum.

1 POtest Episcopus ponere Interdictum contra subditos suos; non debet tamen interdicere clericos, aut eorum Ecclesias perpetuo, vel ad longum tempus, nisi de consensu Capituli. Sylv. *V. Interd. 3. q. 3.*

2 Propter delictum domini, vel Capitali, vel alicujus communitatis. Idem *ib. q. 5.*

3 Et quando officiales laici nolunt remittere clericum ad Curiam Ecclesiasticam. Aufrer. *de pot. Jud. Eccl. supra laic. n. 8.*

4 Non pro debito pecuniario, nisi contraria adsit consuetudo, cui standum erit. Sylv. *loc. c.*

5 Subjacet interdicto ipso facto omnis locus, quo Ecclesiastici compelluntur ad solvenda pedagia, guidagia, vel alia, per se aut per alium de rebus suis, quas non deferunt causa negociandi. Sylv. *Interd. 4. q. 1. Tertio.*

6 Item Civitas, quæ committit aliquid in Episcopum suum, ut capiatur, percutiatur, banniatur. *ibid. Quinto.*

7 Item quando in aliquo loco detinetur Episcopus invitus. *ibid. Sexto.*

8 Item quando dominus loci impedit, ne Legatus, aut Nuncius Papæ possit exequi officium suum. *ibid. Septimo.*

9 Non potest Episcopus suspendere Interdictum pro festivitate, missa nova, &c. Negant, affirmant DD. apud Barb. *alleg.* 38. *n.* 5.

10 Tempore Interdicti quotidie possunt missæ & officia divina celebrari, submissa voce, januis clausis, non pulsatis campanis; excommunicatis, & interdictis exclusis. Idem *Interd. 5. q. 1.*

11 Non habet locum hæc moderatio in Interdicto populi, seu universitatis, non expresso loco in sententia. *ibid.*

12 Ne-

12 Neque in Ecclesia, vel monasterio specialiter interdictis. *ibid.*

13 In Festis Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumpt. B. V. & Corporis Christi, cum octava, campanæ pulsantur, & jannis apertis alta voce divina celebrantur, interdictis admissis; non tamen ii, quorum causa latum est interdictum, appropinquent altari. Idem *ib. q.* 2. *Primum*. Non ait, Sacramenta ministrantur; quod bene nota.

14 Nimirum a primis vesperis cujuslibet festorum prædictorum usque ad Completorium festi. Idem *ibid. Secundum*.

15 Potest Episcopus in prædictis festis altaria, & virgines consecrare, vela benedicere, & imponere monialibus, calices, paramenta, aquam, Abbates, & hujusmodi. *ib. Tertium*.

16 Item sacerdos potest benedicere sponsam, aquam, candelas, olivas, nisi sit & ipse interdictus. *ibid.*

17 Intellige sponsæ benedictionem in festo Assumptionis B. V. & Corporis Christi, non in aliis. *ibid.*

18 In aliis diebus hæc eadem possunt fieri, sed eo modo, quo diximus. *n.* 10. Idem *ib.*

19 Sepultura conceditur in prædictis festis probabiliter. *ibid.*

20 Sed probabilius oppositum mihi videtur. Ugol. *c.* 9. *§.* 1. *n.* 1. *fuse, & optime*.

21 Extra prædictas moderationes prohibentur exercitia deputata certo ordini Ecclesiastico, celebratio divinorum, administratio sacramentorum, collatio ordinum, Ecclesiastica sepultura cum officio, pulsatio campanarum. Sylvest. *sup. q.* 3. adde aperitionem Januarum. *ibid.*

22 Item Missa sicca prohibetur, Idem *ib.*

23 Non suspenditur jurisdictio Prælati, etiam circa spiritualia. *ibid.*

24 Episcopus per vias non debet benedicere populo interdicti tempore. Ugol. *Tab.* 5. *cap.* 8. *§.* 5. *n.* 4.

25 Oratio privata in Ecclesia non prohibetur, etiamsi orantes sint interdicti, vel interdicta Ecclesia. Sylv. *supra q.* 5. *Tertium*.

26 Prædicatio potest fieri, etiam pulsata campana. *ibid. Sextum*.

27 Pulsari potest campana pro Ave Maria, pro nota horarum diei. *ibid.*

28 Baptismus potest cum catechismo ministrari. *ibid. q.* 7.

29 Item pœnitentiæ Sacramentum, etiam sanis ministrari potest. *ibid.*

30 Item Confirmationis. *ibid.* & potest consequenter confici Chrisma cum modificatione supra dicta. *n.* 10.

31 Potest deferri viaticum ad infirmos cum campanula, & lumine. *ibid.*

32 Item dari damnatis ad mortem. *ibid.*

33 Item & clericis secreto intra divina. *ib.*

34 Non aliis, licet admissis licite ad divina. *ib.*

35 Prægnantibus dari potest communio, si probabiliter imminet periculum mortis. *ibid.*

36 Post partum non possunt introduci in Ecclesiam. Ugol. *de interdicto*. *Tab.* 5. *c.* 8. *initio*. Affirmat oppositum. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 176. sed fiat sine stola.

37 Matrimonium quoque conceditur sine benedictione nuptiali. Sylv. *supra q.* 7. Negat Ugol. *Tab.* 5. *c.* 7. §. 3. *n.* 1.

38 Extrema unctio prohibetur, Sylv. *initio q.* 7.

39 Ordo commendationis animæ non prohibetur. *ibid. q.* 4. *Sextum*.

40 Ordinum collatio non prohibetur Clero, si populus tantum est interdictus. Id. *q.* 7. *except.* 6.

41 Sed extra locum interdictum promoveri poterit. *ibid.*

42 Si locus tantum sit interdictus, neque ob delictum universitatis, laici, qui non sunt in culpa delicti, poterunt extra locum ordinari. *ibid.*

43 In loco interdicto verius non possunt ordines conferri, neque clericis, neque laicis. *ibid.*

44 Ecclesiastica sepultura denegatur laicis etiamsi egerint pœnitentiam. *ibid. q.* 8. *Primum*.

45 Et sepeliri debent in loco non sacro, sine officio divino. *ibid. Tertium*.

46 Soluto interdicto transferri poterunt in Ecclesiam, vel cœmeterium. *ib. Primum*.

47 Et debent solemniter. Sà. *Interdictum n.* 22.

48 Clericis non interdictis, & Interdictum servantibus conceditur sepultura cum silentio, cum officio sine nota, cum moderatione supradicta. *n.* 10. Sylv. *q.* 8. *Quartum*.

49 Vel in Ecclesia propria, vel in alia. *ibid.*

50 Confratribus quoque idem conceditur, qui ex privilegio religiosorum, quorum sunt confratres, admittuntur ad divina, non tamen in Ecclesia interdicta. *ibid.*

51 Etiam in interdicta docet Panormit. *ib.*

52 Privilegiati, ut admittantur ad divina tempore Interdicti, excluduntur tamen si causa, vel concausa fuerunt interdicti. Sylv. *q.* 5. *Octavum*.

53 Privilegiatus ad perceptionem sacramentorum, potest sepeliri in Ecclesia. Idem *qu.* 8. *Sextum*.

54 Negat prædicta *num.* 50. *&* 53. Ugol. *loco cit. c.* 9. *§.* 3. *n.* 2.

55 Violantes Interdictum, nempe contra modificationes prædictas aliquid facientes, fiunt irregulares. Sylv. *ibid. q.* 5. *Primum* si compleatur actus celebrandi divina.

56 Possunt recipi mortuaria, & orari potest pro pœnitentibus mortuis, alias minime. Idem *q.* 8. *Septimum*.

57 Pœnæ multæ violantium interdictum habentur apud Sylv.

V. Interdictum 6.

V. Protonotarii, *n.* 3. *Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 43. *Sepultura*, *n.* 22.

Irregularitas.

1 Potest Episcopus in sua Diœcesi dispensare cum suis subditis in irregularitatibus provenientibus ex delictis occultis, excepto ho-

micidio voluntario, aut delicto deductum ad forum contentiosum. Tri d. *sess.* 24. *cap.* 6.

2 In ea nempe Diœcesi, in qua Concilium Tridentinum saltem quoad aliqua est receptum, ita decisum refert Suar. *disp.* 45. *sess.* 2. *n.* 6.

3 Non potest cum Regularibus se illi subjicientibus ob hanc dispensationem. Bonac. *de irregul. disp.* 7. *q.* 5. *punct.* 1. *propos.* 2. *n.* 4.

4 Potest cum subdito suo extra Diœcesim existente extrajudicialiter. Suar. *l. cit. n.* 10. *Vide Censura, n.* 7.

5 Potest, etiamsi ipse Episcopus non existat in Diœcesi, extrajudicialiter dispensare. Bonac. *loc. cit. num.* 5.

6 Delictum occultum intelligitur formaliter occultum; licet actio materialiter fuerit notoria. Idem *n.* 5. *ibid.*

7 Deductum autem ad forum contentiosum illud est, quod semiplene est probatum. Id. *ibid.*

8 Et eo magis illud, quo quis convictus, & condemnatus fuit. Idem *ibid. n.* 7.

9 In jubilæo non datur facultas dispensandi in irregularitatibus, nisi fiat illius expressa mentio. Nav. *c.* 27. *n.* 250.

10 Non potest Episcopus dispensare cum Neophyto. Bonac. *loc. cit. q.* 2. *punct.* 1. *prop.* 3.

11 Neophytus est ille, qui ex aliena lege nuper est adultus baptizatus. Idem *ibid.*

V. Ordo In genere num. 15.

12 Neque potest cum abstemio. Nav. *c.* 27. *n.* 204.

13 Neque in irregularitate proveniente ex defectu, vel deformitate, vel infirmitate corporis. Idem *num.* 200.

14 Neque ex defectu occulto, ex *c. liceat.* Bonac. *q.* 2. *punct.* 3. *prop.* 3.

15 Ad Episcopum pertinet judicare, utrum defectus, vel deformitas corporis inducat irregularitatem. Idem *ibid. punct.* 2. *prop.* 3.

16 Etiam in Regularibus standum erit judicio Episcopi in vitio corporis. Barb. *alleg.* 42. *n.* 60.

17 Sed neque potest dispensare cum dæmoniaco, nisi, ut exerceat ordines jam susceptos, si tamen spatio unius anni non vexetur. Ugol. *de irreg. c.* 55. *n.* 2.

18 Æthiops non videtur irregularis. Majol. *de irreg. lib.* 1. *c.* 21. contra Ugol. *c.* 50. *n.* 4.

19 Maleficiatus ad contrahendum matrimonium inhabilis, non est irregularis ad ordines. Sayr. *lib.* 6. *c.* 9. *n.* 14.

20 Simulans se esse dæmoniacum est irregularis. Idem *ibid.*

21 De illegitimis. *Vide supra Illegitimi.*

22 Non potest Episcopus dispensare in bigamia propria, & interpretativa. Bonac. *quæst.* 2. *punct.* 5. *prop.* 2.

23 Neque ad primam tonsuram. Decisum refert Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 6. *n.* 5.

24 Nisi necessitas urgeat ob ministrorum penuriam, & aditus ad Papam sit difficilis. Barbos. *alleg.* 49. *n.* 25.

25 Potest in similitudinaria cum clerico in sacris, qui matrimonium cum unica, & virgine contraxit. Idem *ibidem numero* 26.

26 Secus, si cum vidua, vel corrupta, vel duplex iniit matrimonium. Idem *ibid.*

27 Infamia facti potest auferri per dispensationem Episcopi, quatenus potest dispensare in adulterio, & criminibus minoribus adulterio. Nav. *num.* 204.

28 Infamis in uno loco, est ubique infamis. Ugolin. *cap.* 60.

29 Nulla pœnitentia solemnis hodie inducit irregularitatem, nisi adjunctam habeat infamiam. Bonac. *q.* 3. *p.* 2. *propos.* 2. *num.* 4.

30 Cum solemniter pœnitentibus si dubitatur de irregularitate, potest Episcopus dispensare ob necessitatem, vel utilitatem ad minores ordines. Barbos. *alleg.* 43. *n.* 8.

31 Non potest dispensare cum convictis, & condemnatis de crimine nefando. Idem *alleg.* 44. *num.* 30.

32 Sodomitam non esse irregularem, docet Bonac. *q.* 3. *punct.* 7. *propos.* 3.

33 Rebaptizans, & rebaptizatus ex culpabili iteratione baptismi, etiam occulta, fiunt irregulares. Idem. *q.* 3. *punct.* 3. *propos.* 1.

34 Potest Episcopus dispensare in occulta iteratione baptismi, ex *c. liceat.* Concil. Trid.

35 Iteratio Confirmationis, & ordinis non inducit irregularitatem. Ugol. *c.* 35. §. 4. contra Nav. *c.* 27. *n.* 247. non enim est in jure expressum.

V. Confirmatio num. 18.

36 Baptizatus ab hæretico est irregularis, si ille est adultus. Suarez *sect.* 1. *n.* 11.

37 Excommunicatus suscipiens minores ordines non fit irregularis. Navar. *de sentent. excommunic. cons.* 28. *contra Sylv. & alios.*

38 Suscipiens majores fit. DD. communiter.

39 Intellige prædicta de excommunicatione majori. DD. citati.

40 Suspensus, vel interdictus recipiendo sacros ordines non incurrit irregularitatem. Sayr. *lib.* 7. *c.* 10. *n.* 13. *& aliis.* Incurrit ex Sylv. *V. Irregularitas. q.* 2. *& aliis* (*a*).

„ (*a*) Sed prior illa *Sayri* sententia fulci-
„ tur decreto S. C. C. 31. *Januarii* 1688. Vide
„ Benedictum XIV. *de S. D. l.* 12. *c.* 3. §. 7.

41 Non incurrit is, qui suscipit ordines sacros, vel illos exercet, pœnam excommunicationis latæ sententiæ imposita contra suscipientem, vel exercentem eosdem ordines. Reginald. *lib.* 30. *num.* 182.

42 Incurrit ille, qui uno, & eodem die, non advertente Episcopo recipit minores ordines, vel ultimum minorem cum Subdiaconatu, vel duos ordines sacros. Bonac. cum aliis. *quæst.* 3. *punct.* 4. *prop.* 3.

43 Solusque Papa dispensat, nisi sit occultum. Sayr. *lib.* 7. *c.* 10. *n.* 36. *& alii.*

44 Recipiens ordines per saltum, non est irregularis, sed suspensus. Communiorem dicit Bonac. *loc. cit. prop.* 4. *contra Ugol. Sayrum, & alios.*

45 Non potest Episcopus dispensare, si per saltum ordinatus ministraverit, Barb. *alleg.* 47. *n.* 8.

46 Con-

46 Conjugatus recipiens ordinem sacrum est irregularis. Bonac. *loc. cit. propos.* 5.

47 Recipiens item ordines sacros ab Episcopo, qui renunciavit dignitati, etiamsi recipiens forte ob ignorantiam non peccaverit, Ugol. *c.* 40. *lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 27.

48 Poterit Episcopus proprius dispensare, si ordinatus probabiliter ignoravit illius renunciationem. Idem *ibid.*

49 Recipiens ordinem extra tempora ab Episcopo, qui sine culpa est, dispensari potest. Majol. *c.* 24. *n.* 9. ut scilicet exerceat, non ut ascendat ad altiorem.

50 Ligatus censura, etiam occultus, si exercet solemniter actus majoris ordinis, citra scandalum, necessitatem, ignorantiam, inadvertentiam, oblivionem, fit irregularis. Bonac. *q.* 3. *punct.* 5. *prop.* 1. (*a*).

„ (*a*) Incurrit etiam irregularitatem, qui ab „ Episcopo suspensus appellat, & interea præ„ cepto Episcopi contempto, celebrat, aut cu„ ram exercet. S. C. C. 21. *Junii* 1625.

51 Qui dubitat, se esse excommunicatum, celebrando fit irregularis, si revera esset excommunicatus; secus si non erat. Suar. *distinct.* 11. *sect.* 3. *n.* 7. Sylvest. *v. Irregul. n.* 15. *& alii.*

52 Actus solemnes sunt, canere in choro ut hebdomadarium, Epistolam cum manipulo; Evangelium cum stola; baptizando solemniter; absolvendo a peccatis; benedicendo sponsis; ministrando Eucharistiam; exercendo ordinem Episcopalem.

53 Non est actus ordinis assistere matrimonium contrahentibus. Suar. *loc. cit. n.* 18. *& alii.*

54 Ligatus duplici censura, duplicem incurrit irregularitatem. Bonac. *loc. cit. prop.* 1. *n.* 10.

55 In prædictis non dispensat Episcopus, nisi censura sit occulta. Navar. *n.* 241. *& alii.*

56 Licet censura sit lata ab inferiore Papæ. Majol. *c.* 19. *n.* 1. 2. *cap.* 21. *n.* 2.

57 Clericus ministrans in ordine sacro, quem non habet, serio, & ex officio, est irregularis. Navar. *n.* 242. *communis.*

58 Absolvens sacramentaliter item, cum non sit sacerdos. Id. *ib. contra Sylv. V. Confess.* 1.

59 Non potest Episcopus in his dispensare, nisi, ut exerceat ordines susceptos, quod si occultum sit delictum, potest eum dispensare, ut alios suscipiat. Sylv. v. *Irregularitas* 3. *quæst.* 8. Ugol. *c.* 37. *n.* 14. *& alii.*

60 Hæretici, apostatæ a fide, eorum fautores, & defensores, etiam occulti, sunt irregulares. Navar. *n.* 205. *& alii.*

61 Non autem colentes dæmonem sine hæresi, neque scismatici. Suarez *dist.* 43. *sect.* 1. *contra Majolum, & Ugolinum.*

62 Neque clerici apostatæ a clericali habitu, & tonsura. Ugol. *cap.* 37. *n.* 6. *contra Majolum.*

63 Religiosus professus apostata a Religione est irregularis. Ugol. *loc. cit.* §. 4.

64 Filii hæreticorum sunt irregulares usque ad secundam generationem per lineam virilem & paternam; usque ad primam per lineam maternam; si parentes mortui sint cum hæresi. Sayr. *lib.* 6. *c.* 10. *num.* 4. *& communiter.*

65 Nati ante hæresim parentis non sunt irregulares. Navarr. *de hæret. conf.* 27. Ugolin. §. 1. *num.* 1. (*b*).

„ (*b*) Immo etiam nati post hæresim a patre „ ejuratam S. C. C. *a.* 1591. & 21. *Maji* 1718.

66 Non potest Episcopus dispensare in irregularitate ob hæresim. Suarez *dist.* 43. *sect.* 1. *ad finem contra Ugolinum, & alios.*

67 Clericus, aut alius juste mutilans, vel occidens, vel cooperans ad mutilationem, vel homicidium, secuto effectu, fit irregularis. DD. communiter.

68 Item qui mortem accelerat dicto, vel facto. Navarr. *n.* 215.

69 Item qui contulit, & influit in sententiam judicis. Ugol. *c.* 9. §. 2. *n.* 7. *& alii.*

70 Item qui ex pietate docet ministrum justitiæ, ut acuat gladium, &c. Graf. 1. *part. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 68.

71 Denunciatores, testesve in officio Sanctæ Inquisitionis non fiunt irregulares, licet nullam faciant protestationem. Ugol. *cap.* 6. §. 5. *& commun.*

72 Protestatio si fiat coram judice sanguinis, impedit irregularitatem. Communiter DD.

73 Neque est necessaria in scriptis. Ug. *l. c.* §. 7.

74 Sed debet esse expressa. Idem §. 8.

75 Et tam in laicis, quam in clericis. Navarr. *cap.* 27. *n.* 226.

76 Consulens bellum justum, vel pugnans in eo, non tamen occidens, aut mutilans, non est irregularis. Bonac. *quæst.* 4. *punct.* 4. *propos.* 1.

77 Cooperans bello injusto est irregularis. Ugol. *loc. cit.* §. 1.

78 Non potest Episcopus dispensare in irregularitate causa belli. Suar. *loc. cit. n.* 12. *& alii.*

79 In arte chirurgiæ accidit irregularitas, quando ex incisione, seu adustione sequitur mors culpa chirurgi. Bonac. *quæst.* 4. *punct.* 5. *prop.* 1.

80 Item in medico, si dubiam præbendo medicinam, sequitur mors; nisi casus infirmi sit desperatus. Idem *ibid.*

81 Clericus in sacris incidendo, vel adurendo extra casum necessitatis, fit irregularis. Idem *ibid. prop.* 2. Oppositum docent Sayrus, & alii. *ibid.* morte scilicet non secuta, vel secuta ex morbi gravitate, non ex incisione: in dubio erit irregularis. *ibid.*

82 Non fit, qui jubet secundum artis peritiam incisionem, vel adustionem, etiamsi sequatur mors. Bonac. *loc. cit.*

83 Clericus in sacris secando venam, ad emittendum sanguinem, si moriatur, fit irregularis. Idem *ibid.*

84 Adjuvans chirurgum periculum incisione, vel adustione, non est irregularis. Idem *ibid.*

85 Occidens alium ad suæ vitæ defensionem cum moderatione inculpatæ tutelæ, non est irregularis. Suarez, & alii communiter.

86 Etiamsi dederit causam invasionis Bonac. cum Lessio, & Suar. *sect.* 1. *num.* 11. *contra Navarr. & alios.*

87 Neque ad membrum suum, seu vultum a mutilatione, seu deformitate defendendum. Sayr. *cap.* 12. *n.* 5. *contra Navar. & alios.*

88 Neque ad defensionem honoris sui cum moderamine. Suar. *dec.* 46. *sect.* 2. *& alii contra Nav. & alios. Vide Bonac. loc. cit. punct. 6. prop.* 2.

89 Neque occidens invasorem proximi cum moderamine, seu arma invaso ministrans. Id. *ibid. contra Navarr. & alios.*

90 Homicidium omnino casuale, non volitum in se, nec in causa, non inducit irregularitatem. DD. apud Bonac. *q.* 4. *punct.* 7. *prop.* 1.

91 Puer major septennio occidens fit irregularis. Idem *ib. contra Henriquez, & alios.*

92 Casuale volitum in causa, inducit irregularitatem. Idem *ibid. prop.* 2.

93 Dans operam rei illicitæ periculosæ homicidii, eo secuto, est irregularis. Suarez, & alii apud Bonac. *ibid.* Negant alii; *ibid.* si adhibita fuit diligentia, ne sequeretur homicidium.

94 Baptizatus occidens, vel abscindens membrum voluntarie simpliciter, vel secundum quid, secuta morte, vel mutilatione, est irregularis. DD. communiter.

95 Membrum est oculus, manus, pes, auris, virile membrum, mamilla fœminæ. Navar. *cap.* 27. *num.* 20. *& alii.*

96 Si debilitatum est, & aridum, & mutiletur, adhuc inducitur irregularitas. Suar. *dist.* 44. *sect.* 2. *n.* 11.

97 Item si major membri pars abscindatur. Idem *num.* 8.

98 Non est irregularis, qui debilitat membrum, neque qui cæcum facit, aut claudum, absque membri mutilatione, neque qui digitum abscindit. Bonac. *q.* 4. *punct.* 8. *prop.* 1. *n.* 6. 7. 8.

99 Mandans, etiam tacite, homicidium, seu actiones periculosas homicidii, est irregularis. Idem *ibid. prop.* 2.

100 Consulens illi, qui paratus non erat ad homicidium, auxilians, cooperans, non impediens, cum ex justitia tenetur, sunt irregulares. Idem *ibidem propos.* 3. 4. 5.

101 Multis percutientibus, illi, qui lethale vulnus infligunt sunt irregulares, non alii: nisi ex pluribus levioribus vulneribus sit mors accelerata. Idem *ibid. prop.* 4. *n.* 30.

102 Et nisi ii omnes communi consensu sint aggressi. *ibid.* 29.

103 Non impediens homicidium quod tenetur ex justitia impedire, incurrit irregularitatem homicidii voluntarii, si ex odio non impedit, casualis vero si ex timore, negligentia, avaritia. Suar. *dist.* 45. *sect.* 5. *n.* 9.

104 Ratum habens homicidium non factum nomine suo, & factum, se insciente, non est irregularis. Id. *dec.* 43. *sect.* 3. *n.* 24. *contra Nav. & alios.*

105 Non potest Episcopus dispensare in homicidio voluntario justo, vel injusto. Tr. *Sess.* 24. *c.* 6.

106 Potest dispensare in homicidio casuali occulto. *ibid.*

107 Item in homicidio patrato occulto, causa defensionis, non servato moderamine. Nav. *cap.* 27. *n.* 239. *& alii.*

108 Item in mutilatione injusta occulta. Suar. *dec.* 44. *sect.* 4. *n.* 35. *& alii contra Sanchez, & alios*, & decisum refert. Idem Suar. *ibid.*

109 Posse Episcopum dispensare in homicidio ex defectu perfectæ lenitatis, affirmant Suar. *dec.* 44. *sect.* 6. *n.* 13. *& alii.*

Negant Salonius, & Bonac. *q.* 4. *punct. ult. prop. ult.*

110 Potest Episcopus causa cognita dispensare in irregularitate ex homicidio; non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo. Trid. *Sess.* 14. *cap.* 7.

111 Idem potest Capitulum sede vac. Beja. *par.* 4. *casu* 37. *vers. tandem.*

112 Sed committatur causa, ait Trid. *loc. cit.* *V. Aqua benedicta*, *nu.* 1. *Benedictio*, *nu.* 20. *Canonicatuum optio*, *n.* 20. 21. *Functiones Episcopales*, *n.* 52. *Suspensio*, *n.* 3. 4. 10. 13. 15. *Torneamentum n.* 7. 8.

A D D I T I O.

Non inccurrit irregularitatem Sacerdos male ordinatus concelebrans in sua ordinatione cum Episcopo ordinante, licet eo casu sit suspensus Nald. *V. Sacerdos n.* 9. *contra Nav. Barbos. & alios.*

Nova additio Editoris.

„ 1 Irregulares sunt ad quartum usque gra„ dum descendentes ab interfectore Rectoris „ Ecclesiæ, cujus is jus patronatus obtinebat; „ non tamen filii nati antequam Rector inter„ ficeretur. S. C. C. 2. Augusti. 1628. Vide Be„ nedictum XIV. *de S. D. l.* 13. *c.* 24. §. 21.

„ 2 Irregulares quoque sunt illegitimi filii. „ Clausula autem illa: *dummodo paternæ incon„ tinentiæ imitator non sit*, quæ Pontificum cum „ ejusmodi illegitime natis interdum dispen„ santium, ut ad sacros Ordines promoveri va„ leant, litteris interseri solet, verificabitur, si „ quæsierit Episcopus, an quidquam bonis mo„ ribus indignum perpetrarit? Quod si integro „ decennio dispensandus probe vixit, debet E„ piscopus exequi litteras dispensationis, quam„ vis prius incontinentiæ nomine suspectus es„ set; sed hoc casu debet Episcopus accuratius „ inquirere, ad diluendam prioris vitæ suspi„ cionem. S. C. C. 23. *decembris* 1596.

Judex Synodalis.

1 IN Diœcesana Synodo eligantur saltem quatuor Judices, quibus delegandæ erunt causæ a Sede Apostolica. Tridentina *Sess.* 25. *cap.* 10.

2 De-

2 Debent eſſe in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti, aut Perſonatum obtinentes, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonici. Idem *ib.*

3 Canonici collegiatarum etiam inſignium, alioqui Doctores, non poſſint eſſe Judices Synodales, etiamſi nullus Doctor reperiretur, nec eis aptior in Capitulo Cathedralis, & inter obtinentes Dignitates. Deciſum refert Maſſobr. *de Syn. c.* 4. *dub.* 10. *in fine.*

4 Oppoſitum docent alii apud Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg.* 106. *n.* 12. ſed melius negatur etiamſi ſint periiiſſimi.

5 Canonicus in Cathedrali diſpenſatus ſuper minori ætate non poteſt eſſe Judex Synodalis. Maſſobr. *l. c. dub.* 11.

6 Canonici Regulares, aut Monachi, etiamſi ſint in Cathedrali, non ſunt capaces delegationum Apoſtolicarum. Archid. Geminian. Butt. *in c. ſtatutum* 11. *de reſcript. in* 6.

7 Vicarius Epiſcopi Generalis poteſt eligi. Maſſobr. *dub.* 13.

8 Protonotarius Apoſtolicus item, ex eodem. *dub.* 12.

9 Quam plures hodie ſunt eligendi in gratiam Regularium, ut ex iis Conſervatores ſibi eligant. Greg. XV. Anno 1621.

10 In provincia Mediolanenſi debent nominari omnes Canonici Cathedralium Eccleſiarum in Judices, ex Decreto Sac. Congr. Concil. edito 27. Sept. 1614.

11 Judici non Doctori, detur Aſſeſſor non ſuſpectus. Leo X. Anno 1515.

12 Si quis obierit, ſubſtituatur alius ab Ordinario cum conſilio Capituli uſque ad Synodum. Greg. XV. *ubi ſupra.*

13 Qui tempore commiſſionis cauſarum reperiebatur conſtitutus in dignitate, & deſignatus inter judices Synodales, commiſſionem reſignaverit, poterit de eadem cauſa cognoſcere. Deciſum a Congr. Conc. 2. Martii 1587.

V. Notarius, n. 31.

Synodus Diœceſana, n. 45. 46.

ADDITIO.

Non poteſt eſſe is, qui eſt coadjutor Canonici Cathedralis Eccleſiæ. *Garz. de ben. p.* 5. *c.* 4. *in add. poſt n.* 130. *dub.* 28. Vide Conſervatores.

Juramentum.

1 NE exigantur, neque reddantur Juramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel Eccleſiaſticæ libertati obviantia. Greg. XIII. Anno 1584.

2 Sub pœna ſuſpenſionis, & interdicti, & excommunicationis reſpective, cum reſervatione Papæ. *ib.*

3 Tam ab actore, quam a reo calumniæ juramentum exigi poteſt. Prov. 5.

4 Juramentum Clerico, non niſi a Sacerdote deferatur, ſi ille examinandus eſt in foro ſæculari de licentia Epiſcopi. Prov. 6.

5 Neque detur ab Epiſcopo licentia, ubi eſt ſuſpicio de irregularitate. *ib.*

6 Non licet in judicio jurare diebus feriatis, niſi pro pace, & piis cauſis; pro rebus autem temporalibus minime, niſi forte ex magna neceſſitate. Sylv. *V. Juram.* 2. *q.* 4. ſtandum conſuetudini locorum. Nald. *v. Juram. n.* 6.

7 Relaxatio Juramenti ne unquam detur, niſi ad agendum tantum; nullo modo ad excipiendum. Prov. 5. niſi defenſionis ergo.

8 Et ne ad agendum quidem poſt commiſſum perjurium. *ib.*

9 Non tamen poteſt Epiſcopus in reſervatis Papæ. Sylv. *Juramentum* 5. *q.* 3.

10 Neque in contractibus in forma Cameræ Apoſtolicæ. Covar. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 6. *verſ. id vero var. reſol.*

11 Neque in caſibus non prohibitis Epiſcopo, ſine cauſa rationabili. Sylv. *l. c. q.* 2. *in fine.*

12 In eo, qui juravit non petere abſolutionem a Juramento, eſt neceſſaria ſpecialis abſolutio. Sà. *v. Juramentum n.* 37.

13 Et ille Epiſcopus poteſt relaxare, ſeu habilitare, qui eſt Epiſcopus jurantis, ſeu loci contractus, non autem creditoris. Cov. *l. c. n.* 1.

V. Clericus, n. 74. 75.

Diſpenſatio, n. 15. 23.

Juſpatronatus.

1 SOlus fundator Cappellæ, aut dotator de ſuis propriis bonis poteſt juſpatronatus obtinere, & inſtitutio eſt Epiſcopi. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 12.

2 Titulus juriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento oſtendantur, ſive etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat. Idem *ſeſſ.* 25. *c.* 9.

3 Exactior erit probatio in iis perſonis, vel communitatibus, vel univerſitatibus, in quibus uſurpatio ſolet præſumi, & ſpatium annorum 50. ſaltem in continuatis præſentationibus, & admiſſis probandum erit. *ib.*

4 Abrogantur reliqui patronatus omnes, exceptis ſuper Cathedralibus Eccleſiis, & iis, quæ ad ſupremos Principes jura imperii in dominiis ſuis habentes pertinent, & quæ in favorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt, *ib.*

5 Patronatus quicumque in beneficiis antea liberis acquiſiti a 40. annis citra, & in futurum acquirendi, ex augumento dotis, ſeu ex nova conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ ab Ordinariis diligenter cognoſcantur, & revocent in totum non legitime conſtitutos, reſtituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt. Idem *ſeſſ.* 25. *c.* 9.

6 Probatio facienda ab Epiſcopo juxta formam prædictam, locum habet etiam in beneficiis, quo-

quorum institutio pertinet ad Abbates, & Commendatarios cum ordinaria jurisdictione. Decisum refert Garz. *p.* 9. *c.* 3. *n.* 19. *in decl.* 2.

7 Sufficit probatio ex solis præsentationibus continuis ultra hominum memoriam, licet in iis non sit mentio de fundatione, vel dotatione. Decisum refert Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. Gloss.* 18. *n.* 46.

8 Probatio, quæ fit per solos testes, non per scripturam, rejicitur. Decisum refert idem *ib. n.* 79.

9 Duæ præsentationes sufficiunt, ut dicantur multiplicatæ. Barb. *alleg.* 72. *n.* 31.

10 Non potest repelli patronus e sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione post Conc. Trid. Ordinarius admisisset præsentatum, etiamsi post obitum præsentati de validitate jurispatronatus iterum contigerit dubitari. Decisum refert Gonzal. *l. c. n.* 26.

11 Secus si patroni præsentatio sine causæ cognitione fuisset admissa. Decisum refert idem *ibid.*

12 Juspatronatus ex privilegio sublatum est a Trid. nisi sit ex causa onerosa. Vivian. *de jurep. p.* 2. *l.* 11. *c.* 5. *a n.* 103.

13 Nullum item est ex sola reparatione. Idem *p.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 44.

14 Nullum item ex solo augmento dotis. Rota apud Barb. *alleg.* 70. *n.* 16.

15 Abrogatum est item a Trid. juspatronatus acquisitum præscriptione, vel consuetudine. DD. apud Barb. *ib. n.* 17.

16 In fundatione debet accedere consensus Episcopi, seu Ordinarii. Viv. *p.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 24.

17 Et sufficit post factum. Garz. *p.* 12. *c.* 2. *n.* 209.

18 Ordinarii nomine in hac materia venit quilibet Prælatus Episcopalem habens potestatem. Viv. *l. c. n.* 17.

19 Non est repellenda materia, dum instat de rebus turpiter quæsitis fundare juspatronatus. Nav. *Miscel.* 52. *n.* 7.

20 Valet translatum in alios, successiones cum vera universitate. DD. apud Barb. *alleg.* 71. *n.* 7.

21 Item donatione omnium bonorum, Ricciull. contra Lambert. *in praxi resol.* 147. & donatione simplici.

22 Quæ si fiat de laico in laicum, debet adesse consensus Episcopi. Barb. *d.* 71. *n.* 23.

23 Secus, si de laico in Ecclesiasticum. *ibid. n.* 26.

24 Si de Ecclesia in Ecclesiam, requiritur consensus. *n.* 27.

25 Et item, si de compatrono in filium compatroni. *ib. n.* 29.

26 Non autem si de compatrono in compatronum. *n.* 28.

27 Licet tutius requiratur. Viv. *p.* 1. *l.* 4. *c.* 1. *n.* 13.

28 Permutatione transfertur de consensu Episcopi, si in laicum: non autem, si in Clericum. Viv. *l. c. c.* 3.

29 Venditione veræ universitatis transfertur. Idem *c.* 5.

30 Non venditione de per se, sub pœna excommunicationis. Trid. *sess.* 25. *c.* 9.

31 Et amissionis juspatronatus. Viv. *p.* 3. *l.* 15. *c.* 2.

32 In venditione prædicta non requiritur consensus Episcopi. Barb. *d.* 71. *n.* 76.

33 Amittitur, ob præsentationem indigni, ob hæresim, proditionem patriæ, occisionem Rectoris, seu Episcopi, usurpationem fructuum beneficii, confiscationem omnium bonorum. Viv. *p.* 3. *d.* 15. *c.* 1. *per totum*.

34 Præsentatio facta alii, quam Episcopo, citra privilegium, nulla est omnino. Trid. *sess.* 14. *c.* 13.

35 Laici intra quadrimestre, Ecclesiastici intra semestre præsentent. DD. communiter: in mixto, intra semestre.

36 Juspatronatus ad laicorum confraternitates spectans laicale censetur. Rota *in Romana* 7. *Febr.* 1628. *coram Durano*.

37 Patronus laicus variare potest, non Ecclesiasticus. Viv. *p.* 2. *l.* 10. *c.* 1. *n.* 1.

38 Præsentatione nulla ob defectum ignoratum a patrono, datur aliud quadrimestre, vel semestre a die scientiæ nullitatis. Idem *par.* 2. *l.* 5. *c.* 2. *n.* 27.

39 Elapso tempore potest Episcopus admittere præsentationem. Idem *p.* 2. *l.* 7. *c.* 6. *n.* 13.

40 Nisi ille indignum præsentaverit scienter. *n.* 15.

41 Et nisi transactum sit semestre collationis Episcopalis cum devolutione ad superiorem. *n.* 14.

42 Patronus non potest seipsum præsentare. Barb. *alleg.* 72. *n.* 85.

43 Neque procurator mandantem, neque seipsum. Idem *ib. n.* 87. 88.

44 Neque substitutus prædictos. *n.* 89.

45 Unus ex patronis potest ab aliis præsentari. *n.* 91.

46 Neque donatarius donatione temporanea jurispatronatus potest præsentare donatorem. *n.* 95.

47 Præsentatio non fit per litteras, sed re ipsa. *n.* 110.

48 Nisi notorie constet Episcopo, eum esse idoneum. Decisum refert Garz. *p.* 4. *c.* 1. *n.* 23.

49 Potest fieri præsentatio etiam die Paschatis. Viv. *p.* 2. *l.* 7. *c.* 1. *n.* 5.

50 Et extra Diœcesim institutoris. *ib. n.* 9.

51 Quid, si Ecclesia est in finibus duarum Diœcesum; quatuor opiniones affert Barb. *l. c. n.* 150.

52 Fiat edictum ab instituente ad valvas Ecclesiæ vacantis, & Cathedralis, cum termino ad opponendum, aliter nulla est collatio. Viv. *p.* 2. *l.* 9. *c.* 1. *n.* 4. 5.

53 Et tot fiant, quot sunt præsentati. *n.* 14.

54 Nisi aliud habeat legitima consuetudo. *n.* 23.

55 Ab Episcopo examinentur, etiamsi ad inferiores spectet institutio, alias irrita sit. Trid. *sess.* 25. *c.* 9.

56 Et ad quævis beneficia. Idem *sess.* 7. *c.* 13.

57 Non

57 Non idonei repellantur ab Episcopo. Idem. *sess.* 25. *c.* 9.
58 Si curatum est beneficium. *V. supra Beneficiorum Parochial. provisio*, *n.* 31. 33. *& seqq.*
59 An Cappellania sit sacerdotalis, ita ut satis sit, si promoveri queat præsentatus infra annum. Ajunt: Negant DD. apud Barb. *alleg.* 24. *a n.* 37. Attende verba fundationis.
60 Potest autem institui præsentatus etiam in mense Apostolico. Cong. Episc. 15. Mart. 1586.
61 E pluribus præsentatis ille instituatur, qui a majori parte. Barb. *alleg.* 72. *n.* 197.
62 Inter æque idoneos, & cum æqualibus votis est locus gratificationi penes institutorem. *n.* 199.
63 Vel penes patronum. Leo *in Thes. fori p.* 2. *c.* 6. *n.* 12. *Hoc est*,
64 Si patronus est Clericus, ad hunc spectat gratificatio. Trid. *sess.* 24. *c.* 18. §. *si vero*, Zerol. *p.* 2. *v. Juspatronatus*.
65 Præsentatus a pupillo præfertur præsentato a tutore. Sylv. *q.* 8.
66 Dignior, si æque non idonei. Barb. *n.* 200. *l. c.*
67 Dignior, qui de linea fundatoris, si idoneus. *n.* 201. *idem*.
68 Vel alia de causa. *n.* 204. 205.
69 Potest Episcopus instituere patronum idoneum sine ulla præsentatione. Sylv. *V. Juspatronatus q.* 7.
70 Non potest Episcopus commendare ad alicujus vitam beneficium jurispatronatus sine consensu patroni. Viv. *p.* 3. *l.* 14. *c.* 3. *n.* 53.
71 Devoluta institutione ad superiorem, hic intra semestre instituere debet, a die notitiæ devolutionis. Barb. *alleg.* 72. *n.* 194.
72 Inter beneficiatos, ut supra.
V. Beneficiorum collatio, *n.* 21.
73 Unio beneficiorum liberorum ad Ecclesias patronatas nulla est. *Vide supra Benefic. unio n.* 4.
74 Non possunt auferri, neque ab Episcopo, insignia fundatorum in Cappellis de jurepatronatus. Lambert. *de jurep. q.* 5. *princ. art.* 4.
75 Decreta de pœnis patronorum prædictis. *n.* 30. 31. 33. sæpius evulgentur. Prov. 5.
V. Benef. Paroch. Provisio, *n.* 31. *& seqq. Benef. resignatio*, *n.* 9. *Benef. Permutatio*, *n.* 6. *Benef. Unio*, *n.* 4. *Bona Ecclesiastica*, *n.* 2. 9. *Canonicatuum collatio*, *n.* 17. *Canonicatuum optio*, *n.* 4. *Ecclesia*, *n.* 12. 38. *Parochia n.* 10. *Visitatio inferiorum Episcopo*, *n.* 9.

ADDITIO.

1 Filius ex legitimo matrimonio natus, eget dispensatione, ut possit immediate obtinere beneficium de jurepatronatus, quod obtinuit pater, ad quod beneficium in fundatione vocati sunt proximiores de genere. *Congr. Conc.* 23. *Apr.* 1613.
2 Juspatronatus non acquirit ille, qui dotat insufficienter, quod arbitrabitur ordinarius; sed dicitur benefactor. *Ead. apud Gerz. de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 52.

Legatum.

1 IN legato ad pias causas sufficiunt duo, vel tres testes. Sylv. *V. Legatum* 4. *q.* 9.
2 Vitiato testamento, non tolluntur legata ad pias causas. Idem *ib. q.* 10.
3 Ex causa potest Episcopus mutare legatum in alium usum, quia forte in eo loco non potest fieri. Idem, *q.* 11. 12.
4 Alias, nec in facto, nec in modo, nec in loco. *ib.*
5 Mutatio vero ne fiat sine consensu hæredis gravati. Idem *q.* 13.
6 In defectum executoris, qui vel non est datus, vel negligit, potest Episcopus se intromittere in legatis ad pias causas, alias minime. Idem *q.* 15.
7 Ille scilicet, qui est Episcopus testatoris, vel Episcopus executoris, si iste est compellendus. Idem. *V. Testamentum* 2. *q.* 3. *vers. Quintum*.
8 Legatus calix intelligitur argenteus; planeta vero serica. Sà.
Legatum n. 45.
V. Commut. ult. volunt. n. 4. *& seqq. Notarius*, *n.* 15. 16. 17. *Quarta funeralis*, *n.* 1. 4. 8. *Seminarium clericorum*, *n.* 22. *Spolia clericorum*, *n.* 9. *Testamentum*. *n.* 19. *& seq.*

ADDITIO.

1 Factum pro anima dicitur factum ad piam causam. *DD. cum Barb. de jure Eccl. l.* 3. *c.* 27. *n.* 11.
2 Item pro excarcerandis carceratis. *ib. n.* 4.
3 Item pro utilitate consanguinei pauperis, *ib. n.* 10. 16.
4 Item quod pupillis relinquitur. *n.* 18.
5 Item quod ratione studii. *ib. n.* 19.
6 Item quod pro constructione monumenti. *ib. n.* 20.
7 Legatum pro anima dicitur id, quod pro bono publico, veluti viarum, pontium, & hujusmodi, si eorumdem sit necessitas. *ib. n.* 21.
8 Pro executione Legatorum, si a testatore non præfinitur tempus, datur annus in profanis, & Episcopo item, ut cogat hæredes ad solutionem. *ib. n.* 27. 28.
9 Legatum pium omnino intra sex menses adimplendum est. *ib. n.* 28.
10 A die hæreditatis aditæ, *ib. n.* 29.
11 In legatis piis a tempore insinuationis testamenti, seu publicationis. *ib.*
12 Una monitio, vel bina sufficit facta hæredi, vel personaliter, vel per nuncium, seu epistolam, & in generali. *DD. ib. n.* 35. 36. 37.
13 Et tenetur Episcopus de præcepto exequi mandata testatorum. *ib. n.* 40.
14 Neque potest excludi Episcopus a testatore in hac executione. *ib. n.* 41.
15 Devoluta executione legati pro electione pupillorum, seu pauperum, quibus est aliquid distribuendum, etiam electio devolvitur ad Episcopum. *n.* 45.

Legatus.

1 LEgatus a latere potest conferre beneficia, & provisus a Legato præfertur proviso ab Episcopo. Nald. *v. Legatus*, *n.* 3.

2 Dispensat in omni voto, in quo Episcopus. Idem *n.* 6.

3 Dispensat in defectu ætatis in Parochialibus. Idem. *ib.*

4 Potest conferre Dignitates post primam in Cathedrali. Idem *n.* 7.

5 Potest audire confessiones, & aliis hoc munus delegare, etiam Regularibus. Idem *n.* 8. in sua nimirum Provincia.

6 Potest absolvere a casibus reservatis Episcopo. Idem *ib.*

7 Non tamen a censuris per sententiam latis. Idem *ib.*

8 Potest committere absolutionem a reservatis Episcopo, non simpliciter, sed quando occurrunt casus. *ib. n.* 9.

9 Alia potest, prout in litteris ei datis a Papa.

ADDITIO.

Legato præsente in Civitate, Episcopus non potest uti Mozzetta; neque Rochetto discooperto, nec benedicere populo, sed intra Ecclesiam, eo absente, vel annuente potest benedicere. *Cong. Rit.* 2. *Oct.* 1601.

Libri prohibiti.

1 INdex librorum prohibitorum habeatur apud impressores, bibliopolas, & personas Ecclesiasticas. Prov. 1.

2 Et apud eos, qui numerosam librorum suppellectilem habent. Prov. 5.

3 Indices tamen, & Syllabi omnes particulares extra Urbem editi, sine auctoritate S. Cong. Indicis, sunt prohibiti. Congr. Ind. 16. Martii 1621.

4 Catalogus librorum in partibus impressorum, qui aut sunt prohibiti, aut expurgandi, transmittatur ab Episcopis ad sedem Apostolicam, in Ind. §. 4. Clem. VIII.

5 Liberum sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, eos etiam libros prohibere, quos in suis Diœcesibus expedire judicaverint. *in Ind. reg.* 10.

6 Libri Thalmudici, Cabilistici, aliique nefarii hebræorum libri omnino damnantur. Clem. VIII. *in Indice Librorum*, *&c.*

7 Liber Magazor prohibetur, præterquam scriptis hebraica lingua. *ib.*

8 Hæresiarcharum libri cujuscumque nominis, tituli, aut argumenti, omnino prohibentur. Pius IV. *in Ind. reg.* 2.

9 Item hæreticorum libri, qui de religione ex professo tractant. *ib.*

10 Libri, qui res lascivas, seu obscœnas ex professo tractant, narrant, docent, omnino prohibentur. *ib. reg.* 7.

11 Libri omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, sive in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantantiones artis magicæ. *ib. reg.* 9.

12 Alii libri a prænarratis supra poterunt permitti ab Episcopis, pro qualitate materiæ, & personarum, quibus conceduntur. *ib. in reg.* 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9.

13 Missalia impressa Venetiis ab anno 1596. usque ad 1601. diversa a Missali Pii V. Romæ edito, nisi corrigantur, sunt prohibita. Congr. Indicis 17. Febr. 1601.

14 Officia omnia non approbata Romæ, & item parva sanctorum, Joseph, Angeli Custodis, sunt prohibita, & similia. Eadem Congr. 2. Dec. 1624.

15 Conc. Trid. alio idiomate, quam latino, edi vetitum est. Eadem 15. Nov. 1619.

16 Declarationes Concilii Tridentini, Remissiones Doctorum ad loca ejusdem, una simul impressæ, prohibitæ sunt. Cong. Ind. 29. Apr. 1621.

17 Prohibiti in una lingua, censentur prohibiti in quacumque lingua, & sub iisdem pœnis. Clem. VIII. *in Ind.* §. 6.

18 Licentiam librorum, quæ judicio Episcopi, seu Inquisitoris datur in scriptis, detur gratis, & singulo triennio renovetur. Clem. VIII. *in Ind.* §. 2.

19 Neque Episcopus, neque Inquisitor potest concedere facultatem legendi, aut tenendi libros hæreticorum, qui ex professo tractant de religione, nec alios omnino damnatos in Indice. Congregat. S. Officii apud Nald. *Liber*. *n.* 10.

20 Illi vero, quibus datur licentia, tenentur Episcopo significare, vel Inquisitori, quæ repererint corrigenda. Clem. VIII. *supra* §. 2.

21 Sed revocatæ sunt omnes licentiæ retinendi libros prohibitos a Greg. XV. 1623. * & Urb. VIII. 2. Aprilis 1631.

22 Neque dari amplius possunt, nisi a Sacr. Congr. Inquisitionis Romanæ. Idem *ib.*

23 Habent Episcopi, & Inquisitores conjunctim facultatem expurgandi quoscumque libros, etiam in locis exemptis, & nullius, soli vero Episcopi, ubi non sunt Inquisitores. *in Indice* §. 1. *de correct. librorum*.

24 Correctores sint tres saltem. *ib.*

25 Approbata correctione a prædictis permittantur. *ib.*

26 Correctores advertant diligenter omnia, quæ illis præscribuntur in hoc genere a Clem. VIII. *in Ind.* §. 2.

27 Imagines quoque obscenæ, etiam in litteris grandioribus, oblirerentur. *ib.*

28 Qui hæreticorum libros, vel scripta propter hæresim, vel suspicionem damnata legerit, habueritve, ipso jure est excommunicatus. Pius IV. Anno 1564. *in Ind. librorum*, *&c.*

29 Potest

29 Potest contra eum procedi, ut de hæresi suspectum. *ib.*

30 Qui libros alia de causa prohibitos legerit, aut habuerit, præter peccatum mortale, Episcopi arbitrio puniatur. *ib.*

31 Contra legentes, aut retinentes libros Astrologiæ judiciariæ, divinationum, & sortilegiorum, &c. possunt Ordinarii, & Inquisitores procedere. Sixtus V. Anno 1585. & Urb. VIII. Anno 1631.

32 Habentes libros prohibitos non satisfaciunt comburendo, sed necessario eos deferre debent ad superiores. Barb. *de pot. Ep. alleg.* 90. *n.* 5.

33 Impressorum officinæ, & bibliopolarum visitentur sæpius a personis deputandis ab Episcopo, sive Vicario. *in Indice reg.* 10.

34 Omnes librarii, & librorum venditores habeant Indices librorum venalium, quos habent, cum subscriptione Deputatorum, nec alios vendant, sub pœna amissionis librorum, & aliis arbitrio Episcopi, vel Inquisitoris. *ib.*

35 Quas pœnas subeant emptores, lectores, impressores. *ib.*

36 Nemo audeat librum a se introductum in civitatem alicui legendum tradere, nisi ostenso prius libro, & habita a prædictis Deputatis licentia, nisi notorie constet, librum esse omnibus permissum. *ib.*

37 Hæredes idcirco, & executores ultimarum voluntatum defuncti librorum indicem offerant prædictis, & obtineant licentiam ante usum eorum, seu translationem in alios. *ib.*

38 Libellorum famosorum auctores, scriptores, evulgatores excommunicati sunt lata sententia, nec absolvantur, nisi fama restituta. Prov. 5.

V. Scriptura Sacra, *n.* 5. 6.

Librorum editio.

1 NEmini liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos vendere, aut retinere apud se, nisi probati sint ab Ordinario sub pœna anathematis, & pecuniæ, in Conc. Later. *sess.* 10. *sub Leone* X. Conc. Trid. *sess.* 4.

2 Regulares, ultra prædictam Ordinarii approbationem, habeant quoque licentiam a suis superioribus. Idem *ib.*

3 Probatio libri edendi fiat per Episcopum, seu ab eo Deputatum, & per Inquisitorem loci, quo imprimitur: & exemplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris subscriptum apud examinatorem maneat. Pius IV. *in Ind. reg.* 10.

4 Ne imprimantur libri de sanctitate, gestis, miraculis, martyrio eorum, qui nondum a Sede Apostolica in numerum Beatorum relati sunt. Congr. S. Inquis. 13. Martii 1625.

5 Nihil imprimatur, quod ad formandos Sacros Ritus attineat, inconsulta Sacra Rit. Congregatione. Ead. Congr. Rit. 21. Martii 1629.

6 Ne imprimantur libri alicubi sine licentia Ordinarii, & Inquisitoris loci, in quo degunt auctores librorum, & licentia ipsa præfigatur operi; alias censeantur prohibiti. Congreg. S. Inquis. Anno 1625. *

7 Musicalium verba in musicis apposita non possunt imprimi absque solita superiorum licentia. Congr. Indicis lib. 17. Dec. 1623.

8 Problemata, vel axiomata ne proponantur publice defendenda, nisi prius recognita ut supra. Prov. 2.

9 Liber alias editus, sine nova facultate ne recudatur. Prov. 6.

10 Electio virorum ad examen librorum fiat eorum, de quorum fide, doctrina, integritate nihil dubitandum sit. Clem. VIII. *de impress. lib. in Ind.* §. 5.

11 Probatio in scriptis detur, & in fronte libri, seu scripti, seu impressi appareat, & fiat gratis. Trid. *sess.* 4.

12 Examinatorum quoque approbatio ante initium operis imprimatur. Clem. VIII. *ubi sup.* §. 5.

13 In fronte libri nomen, cognomen, & patria præferatur auctoris. Idem *ib.* §. 1.

14 Vel certe nomen illius, qui collegit ex aliis. *ib.*

15 Ementito nomine auctoris ne imprimatur. Prov. 6.

16 Liber auctoris damnati expurgatus, si denuo imprimatur, præferat titulum auctoris, & notam damnationis. Clem. VIII. *ubi supra* §. 7.

17 In ejusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis mentio fiat. *ib.*

18 Impressoris nomen, locus impressionis, & annus in principio, & fine libri annotetur, *ib.* §. 3.

19 Impressus liber ne publicetur, vendaturve, antequam fiat collatio cum manuscripto, & detur licentia publicandi, vendendi. *ib.* §. 5.

20 Typographi, & bibliopolæ jurejurando spondeant coram Episcopo, aut Inquisitore se munus suum fideliter executuros. *ib.* §. 6.

21 Insignes, & eruditi ex eis fidei quoque professionem emittant. *ib.*

22 Qui libros communicant scripto, vel evulgant, nisi probati fuerint, subjaceant prædictis pœnis. Trid. *ubi supra*.

23 Qui eosdem habuerint, vel legerint, nisi prodierint auctores, habeantur ipsi auctores. *ib.*

24 Lectiones, annotationes, disputationes, conciones, tractatus permanentes, quæ sibi invicem communicant fratres, modo communicent ad effectum imprimendi, continentur sub decreto librorum imprimendorum. Decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg.* 90. *n.* 14.

ADDITIO.

1 NE imprimantur Libri in materia de Auxiliis, etiam sub prætextu commentandi Sanct. Thomam, aut alio modo, nisi consulta prius S. Inquisitione Romana, sub pœna privationis dignitatum, officiorum, vocis acti-

activæ, & passivæ, facultatis concionandi, publicæ legendi, ipso facto, & aliis pœnis. *Cong. S. Officii* 1625. *apud Lezzanam in sum. quæst. Regul. c.* 9. *n.* 24.

Libri impressi contra dictum Decretum sunt prohibiti. *ib.*

Impressores puniantur amissione librorum, & aliis pœnis. *ib.*

Licentiæ.

1 Licentia laborandi die festo a solo Episcopo concedi debet: judex tamen laicus potest procedere contra non habentes licentiam. Cong. Episc. 21 Aug. 1615.

2 Et gratis debet dari. Ead. 15. Junii 1619.

3 Licentiæ discedendi, audiendi confessiones, concionandi, & ministrandi Sacramenta dentur gratis. Ead. 16. Jul. 1591.

4 Licentia quæritandi eleemosynas a Regularibus mendicantibus in ipsamet monasteriorum ædificatione, seu erectione data censetur. Eadem 6. Oct. 1597.

5 A laicis non potest concedi pro quæstu eleemosynarum. Eadem 8. Nov. 1619.

6 Licentia alloquendi Moniales Regularibus subjectas dari debet laicis in scriptis ab Episcopo, & superiore Monialium conjunctim. Ead. 15. Jan. 1616. *& alias sæpius.*

7 Idem fiat in Diœcesi a Vicario deputando; sed eo casu superior Regularis priori loco subscribat. Eadem 7. Martii 1617.

8 Idem servetur in licentiis ingrediendi monasteria Monialium, exceptis repentinis casibus, in quibus sufficit alterutrius subscriptio. Esd. *ib.*

9 Edicta pro hujusmodi licentiis ab Episcopo tantum subscribantur, & publicentur. Ead. *ib.* *V. Festi dies n.* 45. 46. 47.

Limina Apostolorum.

1 Omnes Episcopi tenentur visitare limina Apostolorum, & de statu Ecclesiarum rationem reddere. Sixtus V. Anno 1585.

2 Per se, vel per nuncium, si legitime sint impediti. *ib.*

3 Nuncius autem debet esse certus cum mandato speciali de gremio Capitulorum Episcopi, aut in dignitate constitutus, seu Personatum habens, & his deficientibus, sit Sacerdos Diœcesanus; & Clero deficiente, aliquis Presbyter, etiam Regularis spectatæ probitatis, & religionis. *ib.*

4 Itali, & alii ex insulis adjacentibus tertio quoque anno: alii remotiores quarto, quinto, vel decimo, pro regionum variate.

5 Annus incipit a tempore suscepti muneris consecrationis, vel pallii traditionis, vel translationis. *ib.*

6 Pœna imponitur suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, & ab administratione spiritualium, & temporalium, & a fructuum perceptione; & est reservata Papæ. *ib.*

7 Excusatio de non veniendo Romam, debet probari legitime coram primo Diacono Cardinali. *ib.*

Si ad curiam profectus Episcopus Papam non visitet, ab eoque non obtenta licentia discedat, incidit in excommunicationem. Ugol. *de pot. Ep. c.* 2. §. 2. *n.* 5.

V. Subsidium charitativum n. 6.
Synodus, n. 7.

ADDITIO.

1 Episcopi in partibus infidelium residentes, si visitent per procuratorem in curia residentem, satisfaciunt constitutioni Sixti V. *S. Congr. de propaganda fide* 28. *Julii* 1626.

2 Coadjutor Episcopi non tenetur visitare, sed coadjutus. *Congr. Conc.* 4. *Aug.* 1609. *apud Barb. de jure Eccl. l* 3. *c.* 10. *n.* 45.

Litaniæ.

1 Litaniæ majores, si incidant in diem Paschatis, transferantur in feriam tertiam sequentem. Congr. Rit. 25. Sept. 1627.

2 Præter Litanias Breviarii Romani, & B. V. Laurentanæ Ædis, omnes aliæ prohibentur. Clem. VIII. Anno 1601.

3 Et præter peccatum, arbitrio Ordinarii pœnæ imponantur. *ib.*

4 Quas luant, & qui ediderint, & qui publice recitarint. *ib.*

5 Non licet addere sanctorum nomina Litaniis, quæ habentur in Breviario, licet sint Patroni locorum. Congr. Rit. 22. *Martii* 1631.

ADDITIO.

„ In Litaniis Sanctorum pro diversitate functionum, & temporum assignatis, & in illis „ pro animæ commendatione, post nomen S. „ Joh. Baptistæ statim adjungi debet illud S. „ Josephi. Benedicti XIII. 19. *Dec.* 1726.

Litteræ dimissoriæ.

1 Ab aliis, quam ab Episcopus, dari non possunt. Trid. *sess.* 23. *c.* 10. (*a*)

(*a*) „ Neque ab Abbatibus qui *nullius diœcesis* esse dicuntur. S. C. C. apud Benedict. „ XIV. *de S. D. l.* 2. *c.* 11. §. 15.

2 Sub pœna, impetrantibus suspensionis ad arbitrium Episcopi, si ordinentur in majoribus; si vero in minoribus, quod non gaudeant privilegio Clericali, præsertim in criminalibus. *ib.*

3 Absolutio a suspensione de qua supra, in iis, qui sunt nullius Diœcesis, spectat ad eum Episcopum, ad quem spectet dare dimissorias. Decisum refert Barb. *alleg.* 7. *n.* 30.

4 Concedentes litteras contra Decretum, ab officio, & beneficio per annum sunt suspensi. Trid. *l. c.*

5 Vi-

5 Vicarius Generalis habens generale mandatum in forma, poteft, abfente Epifcopo, dare dimifforias ad ordines, & remittere interftitia. Congr. Concil. 4. *Martii* 1597.

6 De Capitulo fede vacante. *Cap. fede vacante. n.* 26. 29.

7 Prælatus habens jus cogendi Synodum, poteft dare clericis fæcularibus fibi fubditis. Barb. *l. c. n.* 8. & Rota *in Salamant. jurifd.* 9. *Maji* 1594. *coram Seraphino*.

8 Prælati Regularium dant dimifforias fuis fubditis. Clem. VIII. apud Barb. *alleg.* 7. *n.* 18. & 31.

9 Et in his exprimatur caufa abfentiæ Diœcefani Epifcopi, vel impeditæ ordinationis, fi ad alienum mittantur Epifcopum. Decifum refert Quaranta. *V. Ordo* 15. *Martii* 1596. (*a*)

(*a*) ,, A Clemente VIII. 15. *Martii* 1596. ,, Vide Benedictum XIV. *de S. D. l.* 9. *c.* 17. ,, §. 2. & *Inftitutione* 23.

10 Poffunt dari ab Epifcopo etiam ægroto, vel impedito. Decifum refert Ugolin. *de pot. Epifc. c.* 26. §. 20. *n.* 11.

11 Item fi abfit a fua Diœcefi, abfentibus, & petentibus, & poteft demandare examen Epifcopo loci, ubi petentes degunt. Decifum refert Barb. *alleg. cit. n.* 29.

12 Debent regulariter prius examinari a proprio Epifcopo, quam dentur eis dimifforiæ. Trid. *feff.* 14. *c.* 3. & *feff.* 23. *c.* 3.

13 Dentur gratis, & fponte oblatum rejiciatur. Idem *feff.* 21. *c.* 1. *V. Ordo in genere, n.* 26. 27. 28.

14 Notarii, quibus nullo eft falarium conftitutum, decimam aurei partem pro fingulis litteris accipere poffunt. Idem *ib.*

15 Pœna illis imponitur. *ib.*

16 Accipere aliquid pro dimifforiis non eft tamen fimoniacum. Congr. Epifc. 17. *Sept.* 1587. *Vide Navar. affirmantem confil.* 67. *de fimon. n.* 1. 2. *&* 2. *l.* 5. *ed.* 2.

17 Nec expirant dimifforiæ, tum vivente, tum defuncto dante, neque datæ a Capitulo per ingreffum novi Epifcopi. Barb. *l. c. n.* 23. 24. & Congr. Epifc. *Anno* 1600. *apud Nald. v. Ordo, n.* 12.

18 Non funt negandæ litteræ commendatitiæ, feu dimifforiæ iis, qui non habent beneficia requirentia refidentiam. Decifum refert Barbof. *alleg.* 21. *n.* 1.

19 In dimittendis Sacerdotibus ad alienas Diœcefes videat Epifcopus, ne dimittat eos, quos ad titulum patrimonii ob neceffitatem fuæ Ecclefiæ ordinavit; argumentum enim effet, titulum minus legitimum effe ordinationis, fi neceffitas non fit, poffunt dimitti.

ADDITIO.

1 Epifcopo notorie fufpenfo ob malam collationem ordinum, poffunt ordinandi adire Epifcopos vicinos pro libito, abfque dimifforiis. *Barb. de pot. Epifc. alleg.* 7. *n.* 5.

2 Quæ nondum plene habuerunt fuum effectum, datæ a quocumque, poffunt a fucceffore revocari. *Rebuff. arg. cap. fi qua de rebus* 12. *quæft.* 2.

Litteræ teftimoniales ordinum.

1 Dentur eodem modo, quo dimifforiæ, & fub eifdem pœnis. Trid. *feff.* 21. *c.* 1.

2 Si in litteris plurium ordinum mentio fiat, Notarii tamen ne ultra decimam auri partem accipiant. Prov. 3.

3 Si perdantur, neque poffint probari per teftes, delato juramento in fubfidium, non erit vetitum concedere dimifforias ad alios ordines. Congr. Epifc. 4. *Maji* 1604. *apud Naldum v. Ordo, n.* 15.

4 Obtento refcripto Apoftolico pro recipiendis ordinibus a quocumque Epifcopo, neceffariæ funt litteræ teftimoniales proprii Ordinarii de vita, & moribus, alias incurritur fufpenfio ab executione ordinum, & a collatione per annum ab ordinante. Tolet. *l.* 1. *c.* 49. *n.* 4.

5 Nifi in eodem refcripto (quod folet fieri) concedatur, inconfulto Ordinario proprio.

ADDITIO.

1 Litteris teftimonialibus Regularium, in quibus fit teftimonium de ordine præcedenti fufcepto, eft adhibenda fides. *Mafcard. de probat. concl.* 1145.

2 Litteræ teftimoniales de vita, & moribus dandæ ordinandis extra tempora, fi defint recipienti primam tonfuram non incurrit fufpenfionem. Decifum refert *Tolet. l.* 1. *c.* 49. *n.* 4.

Locorum piorum cura.

1 Loca pia funt ea, quæ auctoritate Epifcopi fundata funt. *Sylv. V. Loca, q.* 4.

2 Regulæ certæ conftituantur ad pietatem aptæ tum a præfectis, & miniftris, tum a pauperibus obfervandæ, maxime precandi certis horis, & doctrinæ Chriftianæ tradendæ. Prov. 5.

3 Tollantur commeffationes, quæ pietatis fpecie fieri folent a fodalitatibus, & certis diebus feftis, propofita pœna. Prov. 1.

4 Bona locanda publice proponantur, facta omnibus conducendi poteftate. *ib.*

5 Exceptis debitoribus loci, *ib.*

6 Conductores dent idoneos fidejuffores. *ib.*

7 Quæ loca pia non funt inftituta ad pecuniam mutuo dandam, eorum adminiftratores ne ulla caufæ fpecie cuiquam, nec etiam univerfitati loci, aut viciniis dent mutuo. Prov. 2.

8 Si dederint; aut ipfimet acceperint, ftatim amoti fint, & per fex annos nullius loci adminiftratione fint digni. *ib.*

9 Præfectus eorum locorum, qui huic reconfenferit, excommunicationis fubeat pœnam. *ibid.*

10 Col-

10 Collectæ fieri possunt semel in mense, & in quatuor anni temporibus, pro iis, qui præ pudore ostiatim medicare non audent. Prov. 4.

11 Oblationes loco pio fiant sine musicis instrumentis excepto organo. Prov. 2.

12 Quæstores sint ejusdem Diœcesis, bonæ existimationis, & famæ, neque ex eorum numero, quos Conc. Trid. damnat. Prov. 1.

13 Non cedant quæsita loco pio extra Diœcesim: officium fiat gratis, vel certa mercede statuta. *ib.*

14 Nullo modo sint participes eleemosynarum. *ib.*

15 Puellæ non quæritent. Prov. 2.

16 In erogandis eleemosynis, alendisque pauperibus testatorum voluntates adimpleantur, cum testimonio Parochorum, consilioque, & aliorum piorum virorum. Prov. 4.

17 Distributiones omnes notentur in libro distincte. *ib.*

18 Qui male distribuerint, ei pœna sit dupli restitutio, & gravior, arbitrio Episcopi. *ib.*

19 Administratores tenentur quotannis reddere rationem administrationis Ordinario. Trid. *sess.* 22. *c.* 9.

20 Nisi sint sub immediata protectione Regum. Idem *ib. c.* 8.

21 Neque si secus in fundatione expresse caveatur. Idem *ib. c.* 9.

22 Si aliis deputatis reddenda est ratio, cum iis adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes sunt nullæ. Id. *ib.*

23 Et hoc decretum locum habet etiam extra visitationem, & in casibus a jure non expressis. Decisum refert Marta *de jurisd. p.* 2. *c.* 18. *n.* 6.

24 Pluries in anno potest Episcopus exigere rationem administrationis locorum piorum, quando illi constet de dolo, vel errore. Barb. *alleg.* 82. *n.* 40.

25 Executio contra administratores condemnatos spectat ad ordinarium, sive ipsi soli, sive ipsi cum aliis deputatis ratio sit reddita. Trid. *sess.* 22. *c.* 8.

26 Qui sunt debitores loco pio non possunt esse procuratores, syndici, aut ministri ejusdem. Prov. 1.

27 Potest Episcopus reservare sibi facultatem reformandi, & augendi, etiam extra visitationem, decreta edita in visitatione Montis pietatis, & locorum piorum. Decisum refert Nald. *v. visitare*, *n.* 13.

V. Visitatio Episcopi, *n.* 5. 8.

ADDITIO.

1 Hospitalia administrata a fratribus B. Jo: Dei non sunt exempta a jurisdictione Ordinarii, nisi solum quoad regularem observantiam. *Congr. Conc.* 12. *Jan.* 1630.

2 Probatio, An loca pia sint sub immediata Regum protectione, judice Episcopo, facienda est. Decisum referunt *DD. apud Barb. de jure Eccl. l.* 2. *c.* 11. *n.* 63.

Ludimagistri.

1 Fidei professionem emittant. Prov. 1.

2 Lectores Philosophi principia, vel conclusiones auctorum contra fidem confutent. Leo X. *Anno* 1513.

3 Ubi Theologiæ lectio haberi nequit, saltem habeatur magister ab Episcopo cum consilio Capituli eligendus, qui Clericos, aliosque pauperes grammaticam gratis doceat. Trid. *sess.* 5. *c.* 1.

4 Eidem vel beneficium simplex, seu fructus ejusdem assignentur, quamdiu in docendo perstiterit; vel ex mensa Capitulari, seu Episcopali, vel alia ratione merces tribuatur. *ib.*

5 Licentia, quæ datur ab Episcopo, docendi pueros, ne detur ultra triennium, ut fiat recognitio magistri. Prov. 5.

6 Doceant etiam fidei rudimenta, & diebus festis, nullo alio doctrinæ genere pueros instruant. Prov. 3.

7 Ne interpretentur libros vetitos, aut obscœna continentes. *ib.*

8 Quotidianas exercitationes inchoent, & concludant pia prece. Prov. 5.

9 Ideoque sacra imago in gymnasio appendatur. *ib.*

Matrimonii denunciationes.

1 Caveatur, ne pro denunciationibus faciendis interrogentur sponsi præsentes de præsenti, sed de futuro matrimonio. Prov. 5.

2 Fiant ter a Parocho proprio tribus continuis diebus festivis inter Missarum solemnia. Trid. *sess.* 24. *c.* 1.

3 Possunt fieri eo tempore, quo nuptiæ prohibentur. Congr. Episc. 12. *Dec.* 1589.

4 Fiant in festis de præcepto. Prov. 1.

5 Non potest Episcopus dispensare, ut fiant in ferialibus diebus. Decisum referunt DD. apud Barb. *de pot. Episc. alleg.* 32. *n.* 14.

6 Posse fieri in magno concursu hominum ad Ecclesiam in die profesto, docet Sanchez *l.* 3. 3. *disp.* 6. *n.* 9. 10.

7 Imo, & extra Ecclesiam. Idem *ib.*

8 Sed in festis de præcepto, & in Ecclesia, intra Missam, ait Trid.

9 Fiant, ubi habitus est consensus utriusque, & parentum, & in diversis Parochiis, ubi habitant. Prov. 3.

10 Denunciationes inter vicinos, quorum alter inter hæreticos habitat, ne fiant inconsulto Episcopo. Prov. 1.

11 Eodem modo, si de vagis hominibus agatur. *ib.*

12 Omittens Parochus ex propria auctoritate denunciationes, suspendendus est ab officio per triennium. DD. apud Barb. *l. c. n.* 7.

13 Si probabilis suspicio est, impediri posse malitiose matrimonium, tunc vel una tantum denunciato fiat, & reliquæ ante consummationem, nisi Ordinarius judicet expedire, ut remittantur. Trid. *l. c.*

14 So-

14 Solus Episcopus potest eas remittere, quando est in Diœcesi. Prov. 5.

15 Si extra Diœcesim sit Episcopus, adhuc potest dispensare in denunciationibus. Sanchez *l.* 3. *disp.* 8. *n.* 6.

16 Neque est necessaria cognitio causæ judicialis. *ib. n.* 4. sed sufficit juramentum partis, & duorum testium, nullum esse impedimentum.

17 Causæ justæ remittendi denunciationes sunt, suspicio maliciosi impedimenti. Trid. *l. c.*

18 Item contrahentium pudor ob nimiam disparitatem, vel quia concubinarii erant, sed æstimabantur conjugati, vel si magnates, & valde noti, vel si injusti impedimenti, aut nullus justi sit timor; vel vicinum tempus prohibitum nuptiarum, & id genus alia. Sanchez *l.* 3. *disp.* 9. *tota*.

19 Non potest Episcopus titulo hujus remissionis præcise imponere pecuniariam mulctam. Idem *ib. disp.* 10. *q.* 2. *n.* 9.

20 Potest Episcopus alterutrius sponsi remittere denunciationes pro utroque. Idem *disput.* 7. *n.* 7.

21 Multo magis ille, in cujus Diœcesi est celebrandum matrimonium. Bonac. *q.* 2. *punct.* 6. *n.* 7.

22 Vicarius etiam potest. DD. apud Barb. *alleg. cit. n.* 29. & Sanchez *disp.* 7. *q.* 1. *n.* 10.

23 Si una sola conceditur, non tamen fiat statim matrimonium. Sanchez *l.* 3. *disp.* 6. *n.* 6.

24 Quando omittuntur denunciationes, per octo dies post contractum matrimonium ne consummetur, & interim fiant denunciationes saltem semel. Decisum refert Barb. *alleg.* 32. *n.* 55.

25 Quocumque impedimento delato, etiam falso, ne ulterius procedatur, sine licentia Episcopi. Prov. 7.

26 Qui falsum detulerit impedimentum scienter, excommunicetur. Prov. 3.

27 Repetantur denunciationes arbitrio Episcopi, si non fit matrimonium intra duos menses a primis. Prov. 5.

28 Omnino post 4. menses repetantur. Decisum referunt DD. apud Barb. *l. c. n.* 55.

29 Qui ante denunciationes matrimonium consummant, pœna stupri puniendi sunt. Riccius *in praxi p.* 1. *res.* 224. *n.* 2.

ADDITIO.

1 Vicarius Generalis non potest impedire. *Congr. Conc.* 27. *Maji* 1627.

2 Omissio denunciationum non facit matrimonium clandestinum. *Eadem* 23. *Febr.* 1630.

Matrimonii impedimenta.

1 Cognatio spiritualis contrahitur tantum inter eos, qui de fonte baptizatum suscipiunt, & unum, vel unam, vel unum, & unam ad summum, & baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem. Trid. *sess.* 24. *c.* 2.

2 Nec non inter baptizantem, & baptizatum, hujusque patrem, & matrem. *ib.*

3 Cum aliis, qui tetigerint baptizatum, non contrahitur ultra designatos, ut supra. *ib.*

4 Cognatio ex confirmatione non egreditur extra confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, & tenentem. *ib.*

5 Et prædicta confirmat Pius V. Anno 1566.

6 Justitiæ publicæ honestatis impedimentum est nullum, ubi sponsalia non sunt valida: ubi sunt valida, primum gradum non excedit. Trid. *l. c. cap.* 3.

7 Et procedit hoc decretum in sponsalibus de futuro tantum. Pius V. Anno 1568.

8 Impedimentum affinitatis ex fornicatione contractæ restringitur ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur: in ulterioribus gradibus ejusmodi affinitas non dirimit matrimonium. Trid. *l. c. cap.* 4. & Pius V. Anno 1566.

9 Contrahere præsumens scienter inter gradus prohibitos, separetur, & spe consequendæ dispensationis careat, eoque magis, si consummare ausus fuerit. Trid. *l. c. cap.* 5.

10 Si ignoranter fecerit, neglectis solemnitatibus requisitis, eisdem subjiciatur pœnis. *ib.*

11 Si solemnitatibus adhibitis, impedimentum postea cognitum fuerit, cujus ille probabilem ignorantiam habuerit, facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. *ib.*

12 Neque tunc erit necessarius novus consensus coram Parocho, si occultum erat. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 32. *n.* 157.

13 Inter raptorem, & raptam quamdiu hæc in ejus erit potestate, nullum potest esse matrimonium. Trid. *loc. cit. c.* 6.

14 Raptor, & omnes præbentes consilium, auxilium, favorem ipso jure sunt excommunicati, & perpetuo infames. *ib.*

15 Clerici faventes raptori, de suo gradu decidant. *ib.*

16 Raptor, sive duxerit, sive non, dotare debet raptam arbitrio judicis. *ib.*

17 Spadonum utroque testiculo carentium matrimonia sunt nulla. Sixtus V. Anno 1587.

18 In impedimentis occultis dirimentibus in casu magnæ necessitatis posse Episcopum dispensare, Ajunt, Negant DD. apud Sanchez *l.* 2. *disp.* 40. *q.* 1. & ipse affirmat.

19 Imo, & ante matrimonium ex urgentissima necessitate. *ib. n.* 7.

20 Nisi adsit ibi Nuncius Apostolicus potens dispensare. *ib. n.* 8.

21 Urgens necessitas est, si matrimonium sit publicum, scandalum in separatione, aditus difficilis ad Papam, inopia sponsorum, aut alia justa causa. *ib.*

22 Vicarius Generalis non potest, nisi ex speciali mandato. *ib. n.* 12.

23 Potest enim Episcopus delegare. *ib. q.* 2. *n.* 14.

24 In impedimentis tantum impedientibus potest Episcopus dispensare. Idem *l.* 7. *disp.* 17. *n.* 15.

25 In ætatis defectu potest ex urgentissima necessitate. Idem *l.* 7. *disp.* 104. *n.* 12.

26 In dispensatione Papæ commissa Officiali Diœcesano, idest, Vicario Generali, non potest Episcopus eam expedire, amoto Vicario. Idem *l.* 8. *disp. ult. n.* 30.

27 Neque etiamsi Vicarius ipse fiat ejusdem loci Episcopus. *ib. n.* 51.

28 Exequi potest successor in Vicariatu. *ib. q.* 1. *n.* 10.

29 Item Vicarius Capitularis, sede vacante. *ib. q. ult. n.* 32. & 33.

30 Item substitutus Vicarius Generalis a Vicario Generali. *n.* 41.

31 Non autem potest ab Episcopo delegari alius Vicarius specialis ad cognoscendas Papæ hujusmodi commissiones. *n.* 42.

32 Potest Vicarius Generalis committere alii processum pro informatione, non ipsam dispensationem. *n.* 43.

33 Eadem potest Vicarius habentis jurisdictionem quasi Episcopalem. *n.* 34.

34 Vicarius Episcopi nihil prorsus potest accipere, sive pro laboribus in instruendo processu, sive pro decreto dispensationis matrimonialis. Congr. Episc. 22. Apr. contra Sanchez, qui concedit stipendium pro solis laboribus, *l. c. disp.* 35. *n.* 10.

35 Neque esculenta, poculentave. Id. *n.* 12.

36 Neque Episcopus oblatum sponte recipere potest. Congr. Episc. 17. Mart. 1619.

V. Baptismus, *n.* 13. 14. 15. *Dispensatio*, *n.* 27. & *seqq.*

Matrimonii celebratio.

1 NE quovis modo, directe, vel indirecte subditi, vel alii cogantur ad matrimonia, anathematisque pœna ipso facto est illata. Trid. *sess.* 24. *c.* 9.

2 Ne vagantes facile ad matrimonium recipiantur, sed a magistratibus etiam sæcularibus coerceantur. *ib. c.* 7.

3 Et non conjungantur, nisi facta diligenti inquisitione, & re ad Ordinarium delata, & ab eo licentia obtenta. *ib.*

4 Tollatur mutua sponsorum conversatio ante matrimonium. Prov. 6. & Trid. *l. c. c.* 1.

5 Sponsis copulam habentibus ante conjunctionem Sacerdotalem ne detur publica pœnitentia, sed salutaris, aut pecuniaria moderata. Congr. Episc. 15. Maji 1590.

6 Non debent prohiberi matrimonia ignorantibus Doctrinam Christianam, nisi comminatorie id fiat. Ead. 3. Mart. 1588. *Barb. alleg.* 31. *n.* 173.

7 Qua ratione ne jungantur ii, qui fidei rudimenta ignorant. Prov. 5.

8 Ne jungantur ii, qui illud clam contrahere attentarint, nisi de licentia Episcopi. Prov. 3.

9 Neque jungantur ante utriusque Parochi, si diversæ sint Parochiæ, testimonium datum de denunciationibus. Prov. 2.

10 Si alter Parochus est alienæ Diœcesis, accedat subscriptio cum sigillo ab Ordinario loci, aut deputato. *ib.*

11 Pro licentiis contrahendi matrimonii nihil accipiatur, nisi moderatum aliquid a Notario pro informatione extraneorum. Congr. Episc. 10. Junii 1586.

12 Gratis matrimonia ministrentur. Eadem 5. Julii 1619.

13 Solemnes nuptiæ prohibentur ab Adventu ad diem Epiphaniæ, & a Fer. 4. cinerum ad octavam Paschatis inclusive, Trid. *l. c. cap.* 10.

14 Quocumque tempore potest matrimonium contrahi, sed solemnitates, convivia, traductio dictis temporibus prohibentur. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 32. *n.* 194.

15 Non ipsa die, qua fit ultima denunciatio. Prov. 3.

16 Potest tamen Episcopus id concedere monito prius populo, aut quia instant dies prohibiti. *ib.*

17 Mane celebretur matrimonium. *ib.*

18 Et nonnisi potest diluculum postridianæ diei, quæ postrema est interdictarum nuptiarum. *ib.*

19 Ne extra Parochialem Ecclesiam celebretur. Prov. 2.

20 Non potest Episcopus prohibere, quin celebretur domi. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg. cit. n.* 10.

21 Episcopus potest dispensare in tempore, & loco. Prov. 3.

22 Conjuges triduo saltem ante consummationem matrimonii peccata sua confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trid. *l. cit. c.* 1. Vel eo die, quo fit matrimonium. Miss. Rom.

23 Laudabiles consuetudines, & ceremoniæ hac in re retineantur. *ib.*

24 Ne cum instrumentis musicis ducatur sponsa ad Ecclesiam. Prov. 2.

25 Usus frangendi cyathi, & similes abusus tollantur. Prov. 1. & 4.

26 In secundis nuptiis viduarum prohibeantur conventus, clamores dissoni ante domos conjugum, vel per vias noctu, sub gravibus pœnis. Prov. 7.

27 Fascinantes, & venefici excommunicentur. Prov. 5.

28 Et ii, qui mandarint, suaserint, consenserint. *ib.* & ii, qui solverint maleficia per verba superstitiosa, & improbata. *ib.*

29 Qui aliter, quam præsente Parocho, vel Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, inhabiles fiunt ad sic contrahendum, & contractus est nullus. Trid. *loc. cit. c.* 1.

30 Possunt tamen iterum inter se coram Parocho, & testibus contrahere. Decisum referunt DD. apud Barb. *n.* 151. *alleg.* 32.

31 Parochus, vel Sacerdos, vel testes aliter assistentes, quam dictum est, una simul, & contrahentes ipsi puniantur arbitrio Ordinarii. Trid. *l. c. c.* 1.

32 Alius Sacerdos non potest benedicere nisi de li-

de licentia Parochi, vel Ordinarii, quacumque sublata consuetudine, vel privilegio. *ib.*

33 Si conjungat, aut benedicat; prætextu etiam privilegii, seu consuetudinis immomorabilis, suspensus ipso jure sit, quamdiu ab Ordinario proprii Parochi absolvatur, licet ille sit Regularis. *ib.*

34 Non Parochus loci, sed contrahentium est necessarius. Prov. *6.*

35 Et Parochus habitationis eorum. Decisum *6.* Jun. 1621. refert Barb. *l. c. n. 63.*

36 Valet coram Parocho notorio fornicatore nondum condemnato, & coram Parocho non Sacerdote; & coram coadjutore Parochi. Decisum refertur a Barb. *l. c. n. 91.*

37 Valet etiam coram Sacerdote degradato, si de Parochi licentia assistat. Sayr. *de cens. l.* 5. *c.* 22. *n.* 26.

38 De Parocho non Sacerdote oppositum fuisse, decisum referunt aliqui apud Barb. *n.* 105. Doctores affirmant valere. *ib.*

39 Valet item coram Parocho prohibito ab Ordinario, ne intersit; imo, & coram Vicario Parochi amovibili ad nutum Ordinarii: licet hic prohibeatur adesse. Decisum refert Barb. *ib. n.* 93.

40 Item coram eo Sacerdote, cui generalis licentia data fuit a Parocho exercendi omnia Parochi officia. Decisum refertur *ib. n.* 107. 127.

41 Vicarius generalis potest constituere alium vice proprii Parochi in favorem matrimonii, imo, & ipsemet adesse pro Parocho. DD. apud Barb. *l. c. n.* 17.

42 Non valet coram Vicario Parochi amovibili, nondum approbato ab Episcopo. Congr. Episc. 22. Dec. 1617.

43 Sufficit alter ex Parochis, si vir, & mulier sint in distincta Parochia. DD. apud Barb. *n. 98. l. c.*

44 Et melius est assistat ille, in cujus Parochia celebratur. Decisum referunt DD. apud eumdem. *ib. n. 65.*

45 Valet etiam, si adsit vi, seu dolose adductus, & intelligit contrahentium sensum, modo non affectet, se non audire. Decisum referunt DD. apud Barb. *ib. n.* 83. 85.

46 Qui Parocho dolose compulso adesse, matrimonium celebrare præsumpserint, ipso facto sint excommunicati, & puniantur pœna centum aureorum. Pr. 7.

47 Iisdemque pœnis teneantur ii, qui auxilium, opem, consilium quoquomodo præbent. *ib.*

48 Parochi pœna triennalis suspensionis ab officio jure Canonico, quia clandestino matrimonio interfuit, non potest diminui ab Episcopo. DD. apud Barb. *l. c. n. 166.*

49 Virgo data in matrimonium viro, qui aliam habuit uxorem, potest benedici, si ita viget consuetudo. Congr. Episc. 8. Martii 1602.

50 Habeat Parochus librum, in quo nomina conjugum, testium, diem, & locum matrimonii contracti describat, & diligenter custodiat. Trid. *l. c. cap.* 1.

51 Scribatur etiam substitutio, quæ fit a Parocho, alterius Sacerdotis in hoc Sacramento, quæ non fit, nisi Episcopo illum probante. Prov. 3.

52 Quæcumque concesserit Episcopus, fiant in scriptis, & Parochus notet in libro singula. Prov. 1.

53 Decreta Concilii Trid. prædicta publicentur populo, quoties expedire videatur. Trid. *l. c. cap.* 1.

V. Benedictio, *n.* 11. *Forum Episcopale*, *n.* 29. *Græcorum jure*, *n.* 5. *Interdictum*, *n.* 37. *Irregularitas*, *n.* 19. 46.

ADDITIO.

1 Tempore Adventus, & Quadragesimæ non prohibeantur sponsalia de futuro. *Congr. Episc.* 18. *Dec.* 1589.

2 Valet Matrimonium, ubi contrahens moratur tamquam Prætor, Judex, Medicus temporalis. Decisum refert *Garz. de benef. p.* 5. *c.* 7. *n.* 11. *ad* 5.

3 Item valet post quartum habitationis mensem a muliere coram Parocho oppidi, ad quod translata fuit sub præcepto illinc non discedendi, donec aliud statuatur. Decisum refert. *Barb. de off. Parochi*, *c.* 21. *n.* 39.

4 Valet conjugium juvenis cum meretrice, qui dubitabat impediri a parentibus, & Romam iverunt, & in quadam Parochia aliquantulum morati erant. Decisum refert. *idem ib. n.* 40.

5 Valet coram Parocho non promoto infra annum. *Congr. Conc.* 12. *Martii* 1593.

6 Etiam, licet collatio ejus beneficii sit nulla ob defectum examinatorum synodalium. *Ead.* 31. *Julii* 1627. *apud Barb. l. c. n.* 51.

7 Non valet coram Parocho illius loci, ubi contrahentes reperiuntur, recreationis tantum causa. Decisum refert. *Garz. l. c. ad* 4.

8 Neque coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam a proprio Parocho unius ex contrahentibus, & ignorat se illam haere, prout ignorat unus ex contrahentibus. Decisum refert *Barb. l. c. n.* 75.

9 Neque valet, si re vera licentia non est vera. *Congr. Conc.* 7. *Sept.* 1620.

10 Neque in iis, qui per fraudem accedunt ad locum, in quo non sit promulgatum *Conc. Trid.* ut ibi sine Parocho, & testibus contrahant. *Ead.* 7. *Febr.* 1602. 5. *Sept.* 1626. 16. *Dec.* 1626. *apud eum Barb. l. c. n.* 92.

11 Absentia viri, qui discessit Anno 1602. usque ad Annum 1627. sine notitia, quod supervivat, non est sufficiens, ut ejus uxor transeat ad secundas nuptias. Decisum refert *Barb. ib. n.* 9. *in una Mediol.*

12 Parochus benedicens secundas nuptias in casu non permisso, an incurrat suspensionem. Ajunt, *Negant DD. apud Barb. l. c. n.* 106.

13 Excusat crassa ignorantia. *ib.* 107.

14 Eleemosyna occasione benedictionis recipi debet a Parocho, & non ab alio. *Congr. Rit.* 25. *Jan.* 1602.

Medicus.

1 NE ultra tertium diem visitet ægrotum inconfessum, sub variis pœnis etiam arbitrio Ordinarii. Pius V. Anno 1566.

2 Ante Doctoratum promittat hoc idem juratus. *ib.*

3 Vel Ordinarii juramentum hoc exigant, aliter mederi, & ab ingressu Ecclesiæ arceatur. *ib.*

4 De absolutione visitantis contra hoc decretum. *Vide sup. v. Absolutio n. 37.*

5 Intelliguntur prædicta de infirmis in lecto jacentibus ob morbum, non podagræ, sed eum, qui de se lectum requirit. DD. apud Barb. *alleg. 91. n. 4.*

6 Bulla Pii V. prædicta quotannis evulgetur. Prov. 3.

7 Medici Hebræi, aut Infideles ne adhibeantur; alias negentur sacramenta, & sepultura Ecclesiastica. Greg. XIII. A. 1581. *V. Fidei professio, n. 27.*

Miraculum.

1 TRia requiruntur ad miraculum; sit aliquod arduum, & difficile; sit insolitum; præter ordinem, & vires naturæ. S. Th. 1. *p. q.* 105. *art.* 7. *ad* 2.

2 Non potest publicari, seu venerari ut tale, sine approbatione Ordinarii. Trid. *sess.* 25. *de invoc. SS. Vide supra Beatorum cultus, n. 2. & seqq.*

3 Falsa miracula prædicantes, sunt excommunicati excommunicatione Papali. Nav. *c.* 27. *n.* 113. *excommun.* 30.

Missa.

1 IN celebratione Missarum tollantur omnia, quæ avaritiam, irreverentiam, superstitionem sapiunt. Trid. *sess.* 22. *cap. prop.*

2 Mercedum conditiones, pacta, quidquid pro missis novis datur, illiberales eleemosynarum exactiones. *ib.*

3 Removeatur certus numerus Missarum, & candelarum. *ib.*

4 Ne cui vago, & ignoto Sacerdoti celebrare liceat *sess.* 23. *c.* 16. neque notorie criminoso. Idem *ubi supra.*

5 Ne admittantur ad celebrandum non approbati. Prov. 1.

6 Alienæ Diœcesis Sacerdotes ferant secum dimissorias duobus non ante mensibus datas, si in Provincia; quatuor, si extra eam in Italia; sex, si extra Italiam. Prov. 1.

7 Neque in Regularium Ecclesiis sine dimissoriis celebrare permittantur. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 21. *n.* 8.

8 Neque in Ecclesiis Monialium celebret quis sine licentia Episcopi, sub pœna suspensionis. Prov. 2.

9 Ne cuiquam Missa prima, nisi a peritis instructo, concedatur. Prov. 1.

10 Missæ novæ convivia, ludi, choreæ tollantur. *ib.*

11 Celebrent Sacerdotes Missam saltem diebus Dominicis, & festis solemnioribus. Trid. *sess.* 23. *c.* 14.

12 Ne detur amplius facultas faciendi plures Missas in die, quacumque de causa. Prov. 5.

13 Ubi non est clericus, ne celebretur sine licentia Episcopi. Prov. 4.

14 Cuicumque capellæ, ubi Missa celebratur, detrahatur aliquid pro clerico, si aliunde non detur; aut ex pluribus capellarum reditibus quantum satis est pro eo uno clerico. *ib.*

15 Facultas celebrandi detur sine præjudicio Parochialis Ecclesiæ. *ib.*

16 Non potest Episcopus cogere capellanum, ut ipsemet celebret, licet in fundatione disponatur, quod Rector celebret; nam per alium potest. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 24. *n.* 29.

17 In privatis domibus, aut extra loca designanda, & visitanda ab Ordinariis ne celebretur. Trid. *l. c.*

18 Non potest Episcopus deputare pro Missa Oratorium in domo privata. Paul. V. per litt. Card. Lancellotti 10. *Martii* 1615. *apud Naldum habes litteras. V. Missas, n.* 32.

19 Si concedat Papa, adhuc non poterit ibi Missa fieri in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. Virg. Festo SS. Petri, & Pauli, & omnium SS. Congr. Rit. 17. Nov. 1607. hoc est: in primo die Paschatis, Pentec. &c.

20 In Oratoriis confratrum ne Missa celebretur diebus festis ante Missam Parochialem. Congreg. Episc. 14. Maji 1585.

21 In Infirmaria Monialium ne permittatur celebrari Missa. Eadem 22. Aug. 1605.

22 In Palatio Episcopi, & privato Oratorio ejusdem potest fieri Missa. Decisum refertur apud Barb. *alleg.* 23. *n.* 5.

23 Ne semel quidem in hebdomada celebret alibi, qui quotidie alicubi celebrare tenetur, nisi alium substituat. Prov. 4.

24 Pro Missis ex legato relictis, non assignato loco, debet capellanus eligere locum, ut innotescat, an satisfecerit. Congr. Episc. 17. Jan. 1594.

25 In altari privilegiato pro certis tantum diebus, si in eos incidat festum duplex de præcepto, non potest dici Missa de Requiem. Congr. Rit. 24. Apr. 1627.

26 Debitis horis fiat Missa. Trid. *l. c.* & Missæ vespertino tempore non possunt celebrari sub pœna suspensionis perpetuæ a divinis. Pius V. Anno 1566.

27 In diebus festis præsente corpore potest celebrari Missa solemnis de Requiem. Congr. Rit. 23. Maji 1603. (*a*)

(*a*) „ Intellige hoc Decretum de Missa solemni, non autem de privatis. S. R. „ Congreg. 15. *Februarii* 1659. Ceterum de„ functorum Missæ non sunt cantandæ, nec

„ cele-

" celebrandæ diebus solemnibus . S. R. C. 23. " *Junii* 1607.

28 Qui Missam ex obligatione beneficii dicendam omiserit, sive is beneficium obtineat, sive sit mercenarius, diebus quidem festis pœnam luat duorum realium, in solemnioribus quatuor, in ferialibus unius. Prov. 7.

29 Qui Missæ quotidianæ onus habent, si per annum saltem illud obierint, infirmitate impediti per mensem, Episcopi judicio, integram eleemosynam percipere possunt. *ib.*

30 Si diutius ob infirmitatem abstinuerint, eleemosyna ejus temporis careant. *ib.*

31 Ordo Missarum in Ecclesiis statuatur, & servetur. Prov. 1.

32 Potest Episcopus dispensare circa locum, tempus, & horam, justa de causa, ut cum eo, qui abest ratione studii. Henriq. *l.* 9. *c.* 24. §. 4.

33 Anticipata celebratio pro incerto eleemosynam oblaturo est prohibita a Paulo V. & Congr. Conc. 15. Nov. 1605.

34 Anticipata celebratio ejus Missæ, quæ die sequenti facienda erat, conceditur. DD. apud Barb. *alleg.* 24. *n.* 14.

35 Si eligatur persona in fundatione, ut quotidie celebret, non tenetur quotidie, sed titulo honestatis, vel alia justa causa, semel in hebdomada potest non celebrare. Barb. *ib. n.* 31.

36 Secus, si dicatur: quotidie ibi celebretur: nam per alium supplere debet. *ib.*

37 Stipendia Missarum statui possunt ab Episcopo. DD. apud Barb. *ib. n.* 8. (*a*)

(*a*) " Imo debent, etiam pro Missis per Regulares celebrandis in eorum Ecclesiis. S. C. " C. 15. *Jan.* 1639. Possunt autem Episcopi stipendium Missæ taxare etiam extra Synodum; " præstat tamen in Synodo. S. C. C. 15. *Nov.* " 1698.

38 Non potest statui, ne Sacerdotes accipiant minus quam taxatum sit. *ib. n.* 9. (*b*)

(*b*) " Modo tamen taxatæ eleemosynæ remissio noxia non sit aliis Sacerdotibus; tunc " enim vetare posset Episcopus. S. C. C. 16. " *Julii* 1689. Eadem ratione non prohibentur " Sacerdotes uberius taxato stipendium accipere, si sponte detur, omnisque dolus & quodcumque pactum etiam implicitum absit. S. " C. C. 16. *Jan.* 1649.

39 Pro stipendio, etiam incongruo, acceptato pro Missa, ea dicatur integre, & non una pro pluribus stipendiis, sublatis omnibus privilegiis. Congr. Conc. Decreto edito 21. Junii 1625. *

40 Qui cum certa eleemosyna suscipit Missam celebrandam, eam ne committat alteri, retenta sibi parte eleemosynæ. *ib.*

41 Præscriptio eleemosynæ jam acceptatæ pro Missa pendet ab offerente eleemosynam: in casu dubio ab Ordinario more locorum. Ead. *Anno* 1626. *in decl.* *

42 Præscripta taxa ab Ordinario, tot tamen dicantur Missæ, quot voluerit offerens eleemosynam, etiam minori dato stipendio. *ib.*

43 Si major eleemosyna detur ultra taxam, ea tota detur celebranti. *ib.*

44 Testatore non præscribente eleemosynam pro certo numero Missarum, quem desiderat, præscribat Ordinarius. *ib.*

45 Qui titulo beneficii, capellæ, legati, salarii, tenentur celebrare, non potest eadem Missa alteri danti eleemosynam satisfacere. *ib.*

46 Administratores Missarum non possunt retinere partem eleemosynarum, nisi cum Ecclesia nullos habet reditus pro cera, paramentis, &c. subministrandis: & tamen expensis præcise pro Missa deductis, dicantur tot Missæ, quot fuerunt ab offerentibus præscriptæ. *ib.*

47 Eleemosynæ quotidianæ ita accipiantur, ut oneribus anterioribus fiat satis, alias rejiciantur. *ib.* 1625.

48 Nova onera in dies ita recipi possunt, ut infra modicum tempus possit satisfieri, nisi consentiat offerens in longiorem dilationem. *ib.*

49 Prohibentur capsulæ pro Missis, etiam in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, hoc est ad colligendas incertas eleemosynas. *ib.*

50 Et in prædictis comprehenduntur etiam privati Sacerdotes. *ib.* 1626.

51 Onera vero perpetua Missarum a sæcularibus, & Clero sæculari ne recipiantur sine licentia Episcopi in scriptis. *ib.* 1625.

52 Qui non concedat licentiam, nisi constet, posse fieri satis oneri novo perpetuo juxta morem patriæ examinato reditu. *ib.* 1525.

53 Pecuniæ pro iisdem, seu bona stabilia deponantur statim penes idoneam personam, vel Aedem sacram, & investiantur, & in eorum alienatione fiat semper mentio oneris perpetui Missarum. *ib.*

54 Depositio, & investituræ forma prædicta præcipitur sub pœna interdicti eo ipso ab ingressu Ecclesiæ. *ib.*

55 Reductio Missarum, seu moderatio onerum reservata est Apostolicæ Sedi, *ib.*

56 Etiam in legato tenui. *ib.* 1626.

57 Si in fundatione datur Episcopo reducendi facultas, ea non est sublata. *ib.*

58 Liber habeatur in unaquaque Ecclesia, in qua scribantur onera Missarum, & quando fit satis, a deputato subscribatur singulis diebus. Prov. 1.

59 Tertio quoque mense per idoneos ministros exigatur ratio Missarum. *ib.*

60 Qui carent hoc libro: Rectores aureo nummo mulctentur; qui non scribunt, duodecim solidis. Prov. 7.

61 In concursu populi, ubi eleemosynæ dantur pro multis Missis, præficiatur, qui colligat, & distribuat onera cum eleemosynis, & rationem reddat. Prov. 1.

62 Aut depositarius eligatur, qui solvat post onerum satisfactionem. *ib.*

63 Mulctæ, de quibus supra, asserventur in capsa, & dentur iis, qui negligentiam supplent. Prov. 7.

64 In qualibet Collegiata, & Plebe constituatur earum exactor. *ib.*

V. Altare n. 28. *Clericus*, *n.* 42. 44. *Exequiæ Ecclesiasticorum*, *n.* 1. *& seqq. Filii Clericorum illegitimi*, *n.* 19. *Functiones Episcopales*, *n.* 11. 20. *Hebrai*, *n.* 51. *Pectis*, *n.* 10. *Protonotarii*, *n.* 3. 16. 17. *Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 29.

ADDITIO.

1 In eo altari, sub quo, vel sub cujus bradella humana sunt corpora defunctorum, non debet celebrari Missa; donec alio transferantur. Cong. Epis. 10. Nov. 1599.

2 Ante diem, & horis indebitis celebrare non licet, etiam vigore privilegiorum ante Concil. Trid. concessorum. Decisum refert *Lezana in sum. q. Regul. c.* 21. *n.* 2.

3 Sacerdos alienigena, qui per longum tempus in aliquo loco celebravit, cujus vita, & mores sunt notorii, non est cogendus ostendere litteras commendatitias sui Ordinarii. *Congreg. Episc.* 26. *Jan.* 1588.

4 Qui quotidie tenetur celebrare, si ægrotet per duos menses, non tenetur per alium satisfacere. *Petr. Nav. de restit. l.* 1. *c.* 2. *n.* 210. *& Nald. V. Missa*, *n.* 11.

5 Per dies quindecim docet idem *Dian. tract. de celebr. Missæ resol.* 27.

6 Per octo dies, vel decem. *Barb. de potest. Episc. alleg.* 24. *n.* 32. cui adhæreo.

7 Non potest satisfieri duabus obligationibus unica Missa, & cum novo stipendio; nisi in fundatione cautum sit expresse, quod non teneatur sacrificium applicare: Nota: expresse. *Congr. Conc.* 13. *Julii* 1630. *apud Barb. de jure Eccl. l.* 3. *c.* 5. *n.* 38.

8 Qui habuerit obligationem unius Missæ in hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare alteri celebrationem dictarum Missarum cum eleemosyna consueta juxta morem regionis, retenta sibi parte dicti stipendii. *Eadem* 7. *Sept.* 1630. *apud eumdem ib. n.* 39.

Missæ ritus.

1 Missæ approbatæ pro certis Regularibus non possunt ab aliis dici, nec in eorum Regularium Ecclesiis. Congreg. Rit. 19. Nov. 1622.

2 Missa Rosarii concessa est Dominicanis tantum, non aliis. Eadem die 8. Apr. 1628.

3 Pro ea solet concedi Missa votiva communis de B. Virg. Ead. 6. Maji 1623.

4 Missa S. Mariæ de Carmelo solis Carmelitis conceditur. Eadem 6. Apr. 1628.

5 Missæ XV. Auxiliatorum, S. Gregorii pro vivis, & pro defunctis, Venetiis, & alibi impressæ, de Patre æterno, sunt omnibus prohibitæ. Eadem *ib.*

6 Non tamen Missæ prohibentur eæ, quæ numero triginta nomine S. Gregorii appellantur, de quibus Dial. 4. c. 55. Ead. 28. *Oct.* 1628.

7 Sed & prædictæ nominatim prohibitæ retineri non possunt, sub pœna inflicta tenenti libros prohibitos. Eadem 8. Apr. 1628.

8 Capellani Monialium possunt celebrari Missam de Sancto, de quo Moniales recitant Officium; sed cum Missali Romano de communi, si intra Missale Romanum non est de eo Missa propria. Eadem 20. Nov. 1628.

9 In ipsa Missa ritus, & preces approbatæ tantum adhibeantur. Trid. *sess.* 12.

10 Solis Episcopis licet sumere paramenta de altari. Congr. Rit. 3. Julii 1612.

11 Non competit Vicariis Generalibus, ut ad eorum Missam ardeant quatuor candelæ in altari, neque quod duo illis ministrent cum Cotta, etiam si sint Protonotarii. Eadem Congr. Rit. 7. Aug. 1627.

12 Annuli usus prohibetur in Missa Protonotariis non participantibus, & Doctoribus. Eadem 11. Febr. 1623.

13 Et Canonicis Cathedralium. Eadem 20. Nov. 1628.

14 Pileoli usus in Missa non potest concedi, nisi a Papa. Eadem 31. Jan. 28. Martii 24. Apr. 1626.

15 Missam inchoatam nemo repetat. Pr. 1.

16 In oratione, *A cunctis*, nomen S. Michaelis, seu S. Joannis Baptistæ, si ii sunt Patroni, vel Titulares, ponitur ante Apostolos. Congr. Rit. 12. Aug. 1620.

17 Oratio jussa a superiore dici, ultra collectas de die, non dicitur in festis primæ classis. Eadem 28. Aug. 1627.

18 Liber Evangelii non debet dari osculandus, nisi Episcopis, Prælatis majoribus, & Principibus magnis, non Gubernatoribus, aliisve ministris. Congr. Episc. 22. Aug. 1589.

19 Neque Vicario Apostolico. Eadem 28. Aug. 1589.

20 Neque Commendatario, seu illius Procuratori. Congr. Rit. 17. Sept. 1611.

21 Laico Principi non nisi per Clericum deferatur. Prov. 4.

22 Cum oblatio fit in Missa, ne detur patena osculanda. Prov. 1.

23 In Missa fer. 4. temporum occurrentis in die octava Nativ. B. V. præfatio erit ferialis. Cong. Rit. 12. Dec. 1626.

24 In Canone, nomine Antistis non sunt nominandi superiores Regularium. Ead. 12. Nov. 1605.

25 Communicantes de Ascensione non omittitur in festis secundæ classis, quæ occurrant infra octavam Ascens. licet de ea non fiat commemoratio. Eadem 28. Aug. 1627.

26 Signum, quod fit cum patena a fronte ad pectus, est signum crucis. Eadem 13. Martii 1627.

27 In Parasceve immittitur particula in calcem sine Crucis signo. Eadem 28. Aug. 1627.

28 In

28 In fine Missæ ad quodcumque altare celebratæ fit reverentia Cruci infra gradus, capite discooperto. Eadem *ib.*

29 Reliqua in Missali habentur, *& in Thesauro Sacrorum Rituum tomo* 1. *Auctoris hujus operis, ubi multa.*

V. Cardinalis, *n.* 21.

Exequiæ, *n.* 30. 53. 54. 55.

Missa, *n.* 3. 11. 12. 13.

Additio Editoris.

„ 1 Dum horæ canonicæ recitantur in choro, non sunt celebrandæ Missæ privatæ in altari majori. S. R. C. 2. Maji 1620.

„ 2 In Parasceve si incidat Festum Annunciationis B. M. V. non tenentur Fideles ad Missam audiendam, seu interesse Officio. S. R. C. 19. Febr. 1622.

„ 3 Missæ certis Regularibus concessæ non possunt ab aliis dici, etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis. S. R. C. 19. Nov. 1622.

„ 4 In nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam nullo modo possunt aliæ duæ immediate celebrari, nec Fideles communicari. S. R. C. 20. Apr. 1641.

„ 5 Missa de Dominica Pentecostes non potest repeti in Sabbato Quatuor temporum Pentecostes. S. R. C. 14. Apr. 1646.

„ 6 Missæ duæ ejusdem Sancti, immediate una post aliam, non debent cantari eodem die in Ecclesia, in qua celebratur ejus Festivitas. S. R. C. 3. Aug. 1652.

„ 7 Missa non potest celebrari cum cæsarie ficta. S. R. C. 3. Aug. 1652.

„ 8 Missa de Dominica, seu de festo duplici, si illa die occurrat, debet dici cum commemoratione SS. Sacramenti ad formam Rubricarum Missalis, quando fit particularis Processio cum SS. Sacramento in aliquibus Dominicis, seu aliis diebus cujuslibet mensis. S. R. C. 6. Dec. 1653.

„ 9 Missa solemnis de Annunciatione B. M. V. non potest celebrari, quando ejus Festum incidit in Dominica Palmarum. S. R. C. 10. Mart. 1657. *Immo juxta recentiorem Rubricam, quæ habetur tit. 6. de Transl. Festorum, non solum in Dominica Palmarum, sed etiam in tota hebdomada majori nequit solemniter decantari Missa de Titulo Ecclesiæ occurrente.*

„ 10 Missæ currentes in honorem alicujus Beati non Canonizati non possunt celebrari sine speciali indulto Sedis Apostolicæ. S. R. C. 28. Sept. 1658.

„ 11 In novem diebus ante Nativitatem Domini, ubi adest antiquissima consuetudo, vel concursus, potest decantari unica Missa votiva solemnis B. M. V. quamvis in ipsis occurrat Festum S. Thomæ Apostoli, & Dominica tertia, vel quarta Adventus, non omissa tamen Conventuali, statuta hora decantanda. S. R. C. 28. Sept. 1658.

„ 12 Non licet in Ecclesiis, in quibus non asservatur SS. Sacramentum, celebratio Missæ in feria v. in Cœna Domini, nec ejusdem SS. Sacramenti asservatio in Sepulchro. S. R. C. 14. Julii 1659.

„ 13 Archidiacono, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Camerinensis, petentibus, an ipsis liceret plures Missas celebrare feria v. in Cœna Domini, in quam cadit Festum SS. Annunciationis? S. C. respondit licere, & jussit, ut a Cardinali Vicario singularum Ecclesiarum Urbis Rectoribus idem notificaretur. 20. Martii 1660.

„ 14 Missa solemnis in Dominica infra octavam alicujus Sancti non debet celebrari de eodem Sancto, licet de consensu Ordinarii fiat Processio ad ejus Ecclesiam. S. R. C. 24. Julii 1660.

„ 15 Missæ omnes de Sanctis sub ritu duplici excluduntur ab octava Epiphaniæ, præter eas, quæ sunt primæ classis, nempe Titularis, & Patroni principalis, ac Dedicationis Ecclesiæ. S. R. C. 20. Nov. 1660.

„ 16 Missa secunda de Passione Domini cum Gloria, & Credo in altari SS. Crucifixi singulis Dominicis, præter Resurrectionis Domini Nostri, & Pentecostes, non conceditur, neque potest tolerari. S. R. C. 2. Julii 1661.

„ 17 Missæ Sacrificium peragi potest in publico Oratorio extra aliquod Oppidum constructo de licentia Episcopi, in diebus solemnioribus anni, etiam contradicente Parocho, pro commoditate villicorum circumhabitantium, dummodo habeat omnia requisita ad Ecclesiam, vel saltem ad publicum Oratorium constituendum. S. R. C. 3. Sept. 1661. *Adde, & dummodo non sit Ecclesiæ Parochiali proximum, ut supra innuimus n.* 338.

„ 18 Missæ plures non possunt celebrari in Capellis Nobilium privatis a Sacerdotibus Regularibus. S. R. C. 23. Febr. 1661.

„ 19 Missa solemnis de S. Joseph, quando ejus Festum incidit in feriam II. III. vel IV. majoris hebdomadæ, non potest cantari, etiam ob concursum populi, sed debet omitti; nec potest in illis diebus fieri Processio in ejus honorem. S. R. C. 4. Augusti 1663.

„ 20 In die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum Sacrificia possunt a Sacerdotibus celebrantibus applicari ad libitum, scil. vel pro omnibus Fidelibus defunctis, vel pro aliquibus tantum. S. R. C. 4. Aug. 1663.

„ 21 Quando exponitur Sacramentum in altari pro initio Quadraginta horarum: vel spiritualium Exercitiorum, si accidat in Festo primæ, vel secundæ classis, sive in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ classis, tunc in Collegiatis vel duæ canentur Missæ, una de Festo, seu Dominica post Tertiam, altera votiva de Sacramento post Nonam; „ vel

„ vel una cantetur de die cum commemoratio-
„ ne SS. Sacramenti. S. R. C. 13. Febr. 1666.
„ *Hac regula observanda est etiam pro diebus,*
„ *in quibus prohibetur fieri Officium de duplici,*
„ *sive de semiduplici.*

„ 22 In assignatione Missæ, & Evangelio-
„ rum, quæ debentur extra tempus paschale SS.
„ Martyribus Stanislao Pontifici, Petro, & SS.
„ Nereo, & Achilleo, servandæ sunt Rubricæ
„ generales. S. R. C. 18. Sept. 1666.

„ 23 Missæ de Festo duplici, celebratæ in al-
„ tari pro Animabus in perpetuum privilegiato,
„ & in quo proinde etiam in duplicibus Missæ
„ sint celebrandæ de Requiem ex obligatione,
„ suffragantur, ac si celebratæ fuissent *de Re-*
„ *quiem* juxta formam Privilegiorum, ut decla-
„ ravit Alex. VII. in suo Brevi, quod incipit
„ *Credita nobis*, 22. Jan. 1667.

„ 24 Sacerdos sæcularis, sive Capellanus, si-
„ ve non, qui recitavit Officium semiduplex,
„ vel simplex, vel feriale, illo die celebrans in
„ aliqua Ecclesia Regularium, in qua recitatum
„ est ab ipsis Regularibus eadem die Officium
„ duplex de præcepto, prout de aliquo Sancto
„ sui Ordinis, non potest dicere Missam de Re-
„ quiem. S. R. C. 9. Junii 1668.

„ 25 Missa S. Crucis non debet ullo modo
„ celebrari die Veneris infra octavam Nativita-
„ tis D. N. J. C. non obstante quacumque præ-
„ tensa consuetudine illam celebrandi singulis
„ diebus Veneris infra annum, & signanter
„ infra octavam supradictam. S. R. C. 12. Jan.
„ 1669.

„ 26 Quando adest legatum, quod Sacerdos
„ discedat ab altari, & recitet aliquod Evange-
„ lium, Psalmum, vel Orationem post termi-
„ natam Missam, debet oneri sibi injuncto satis-
„ facere post Missæ finem, exutis vestibus Sacer-
„ dotalibus, & cum sola cotta, in altari, vel
„ in Sacristia, & sic legatum adimplere. S. R.
„ C. 31. Aug. 1669.

„ 27 Missa Immaculatæ Conceptionis B. M. V.
„ & continuatio qualibet die Sabbati ex parti-
„ culari populi devotione ex quo sit Patrona Lo-
„ ci, non conceditur, sed ejus loco permittitur
„ Missa de S. Maria in Sabbato, dummodo non
„ sit impedita ab aliis Festis duplicibus, seu
„ semiduplicibus. S. R. C. 20. Julii 1669.

„ 28 Privilegium Alexandri VII. die 22. Jan.
„ 1667. circa Missas de festo duplici in altari-
„ bus privilegiatis perpetuo celebratas, exten-
„ ditur etiam ad altaria non in perpetuum,
„ sed ad septennium, sive aliud brevius, vel
„ longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo
„ die, vel aliquibus diebus tantum hebdoma-
„ dæ privilegiata; ac proinde Missæ, quæ ibi-
„ dem de Festo currente, in quo Missæ defun-
„ ctorum celebrari non possunt, sive ex obli-
„ gatione, sive ex sola Fidelium devotione ce-
„ lebrabuntur, ita ut animæ Christifidelium,
„ pro quibus celebrandæ fuerint, Indulgentias
„ per privilegia ejusmodi concessas consequan-
„ tur in omnibus, & per omnia, perinde ac si
„ Missæ defunctorum ad formam eorumdem
„ privilegiorum celebratæ fuissent. S. R. C.
„ 20. Julii, annuente Clemente IX. 13. Aug.
„ 1669.

„ 29 Missa B. M. V. sub invocatione Se-
„ ptem Dolorum feria sexta infra hebdomadam
„ Passionis, ab his, qui gaudent ejusmodi in-
„ dulto, debet recitari cum Gloria Patri ad
„ Introitum, & cum Psalmo Judica, sed sine
„ Gloria. S. R. C. 31. Aug. 1669. *Quæ Missa*
„ *a Benedicto XIII. die 22. Aug. 1727. deman-*
„ *data fuit sub ritu duplici majori pro Ecclesia*
„ *universali, & in ea ut supra cum Psalmo*
„ *&c. Gloria, & Credo. Sed si infra eamdem*
„ *hebdomadam extra dictum diem ut votiva di-*
„ *catur, dicitur cum Gloria Patri, Psalmo &c.*
„ *sed sine Gloria in excelsis, & Credo.*

„ 30 Missam in altari majori, ubi est expo-
„ situm publice SS. Sacramentum, non licet
„ celebrare, præsertim si in Ecclesia adsint alia
„ altaria, in quibus celebrari possit. S. R. C.
„ 9. Augusti 1670.

„ 31 Non debet cantari, neque celebrari Mis-
„ sa in altari, ubi est expositum SS. Sacramen-
„ tum, nisi sit pro eo reponendo; at si ex ne-
„ cessitate hoc fieri opus esset, populus bene-
„ dicendus est more consueto, & non cum SS.
„ Sacramento. S. R. C. 13. Junii 1671.

„ 32 Missa assignata Festo Conceptionis B.
„ M. V. pro Fratribus Minoribus, non potest
„ dici per annum uti votiva, etiam in Sabba-
„ tis. S. R. C. 30. Sept. 1679. *Sed ex Missali*
„ *eorumdem apparet licere, & licet; quia edi-*
„ *tio hujus Missalis est posterior hoc Decreto,*
„ *& talis editio habet approbationem Innocentii*
„ *XII.*

„ 33 In nocte Nativitatis Domini non pos-
„ sunt dici Missæ privatæ immediate post de-
„ cantatam; circa quod adest Decretum teno-
„ ris sequentis in Lucana: Inhærendo aliis re-
„ solutionibus circa celebrationem trium Mis-
„ sarum in nocte Natalis Domini alias editis,
„ & signanter sub die 7. Dec. 1641. iterum
„ declaravit S. R. C. non esse permittendum
„ usum introductum a nonnullis Canonicis, &
„ Presbyteris Ecclesiæ Cathedralis Civitatis Lu-
„ canæ, celebrandi Missas privatas immediate
„ post decantatam Missam solemnem in me-
„ dia nocte Natalis Domini, sed omnino pro-
„ hibendum, hoc die 22. Novembris 1681.
„ in Lucana. Idem decrevit 15. Septembris
„ 1668.

„ 34 In Ecclesiis B. M. V. dicatis, seu aliis
„ Sanctis, ubi adest immemorabilis consuetudo
„ cantandi Missam votivam B. M. V. singulis
„ Sabbatis, licite continuari potest, etiamsi oc-
„ currat Officium duplex, dummodo non omit-
„ tatur suo tempore Missa Conventualis. S.
„ R. C. 2. Dec. 1684.

„ 35 Rubrica concedit usum planetarum com-
„ plicatarum ante pectus Diaconis, & Subdia-

,, conis ministrantibus in Missa solemni in Cathedralibus, & præcipuis Ecclesiis in diebus jejuniorum, cum limitatione ut ibi; in minoribus Ecclesiis Ministris prædictis dat tantum usum albæ cum manipulo Subdiacono, & cum stola, ac manipulo Diacono. S. R. C. 13. Junii 1684.

,, 36 Præceptum, quod in nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam non possint successive alteræ duæ Missæ celebrari, nec Communio exhiberi Eucharistica Fidelibus deposcentibus, ligat etiam omnes Regulares tum Ordinum Mendicantium, tum Congregationum Monachalium, tum etiam PP. Societatis Jesu, tum omnes cujuscumque alterius Instituti, etiam speciali mentione nominandos. Neque possunt excipi Confessiones in Ecclesia, maxime mulierum, durante tempore nocturno, sed expectandum est, ut illucescat aurora tam pro Confessionibus mulierum excipiendis, quam pro Eucharistia ministranda Fidelibus utriusque sexus. S. R. C. 23. Martii 1686.

,, 37 In Sabbato Sancto, etiamsi occurrat Festum Annunciationis B. M. V. celebratio Missarum privatarum omnino prohibetur in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis tam publicis, quam privatis, non obstante quacumque contraria consuetudine, sed unica tantum Missa Conventualis una cum Officio Sabbati sancti celebretur. S. R. C. 11. Februarii 1690.

,, 38 Quando Festum Annunciationis B. M. V. occurrit in Sabbato sancto, Missæ privatæ celebrari non possunt, & Festum Annunciationis transferendum est ad feriam secundam post Dominicam in Albis, tamquam ad diem propriam, & fixam, juxta Decretum 11. Februar. & 11. Martii 1690.

,, 39 Quando vero occurrit in feria V. in Cœna Domini, servandum est Decretum generale pro Festo S. Joseph editum 13. Sept. 1695.

,, 40 In Ecclesiis tam Parochialibus, quam non Parochialibus, ubi deest numerus Cantorum, non potest celebrari in Sabbato sancto unica Missa privata loco solemnis, ut in eisdem Ecclesiis fiat benedictio tam luminis, & cerei, quam aquæ, attentis maxime Decretis 11. Februarii, & 11. Martii 1690. prohibentibus celebrationem Missarum privatarum; & unicam tantum Missam Conventualem una cum Officio Sabbati sancti celebrari præcipientibus. S. R. C. 13. Julii 1697. *Benedictus vero XIII. jussit, in omnibus Parochialibus celebrari omnes functiones solemnes, etiam sine numero Cantorum, & Ministrorum; & parvum Cæremoniale pro Ecclesiis minoribus evulgari præcepit anno 1725. ac servari mandavit diebus Purificationis B. M. V. feria IV. Cinerum, Dominica Palmarum, feria V. in Cœna Domini, feria sexta in Parasceve, & Sabbato Sancto.*

,, 41 Si in feria III. Rogationum occurrat Festum simplex, in Cathedralibus, & Collegiatis non sunt cantandæ duæ Missæ. S. R. C. 5. Julii 1698.

,, 42 In dominicis Adventus, & Quadragesimæ, in quibus fit de duplici primæ classis, non sunt cantandæ duæ Missæ. S. R. C. 5. Julii 1698.

,, 43 In Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, quæ habet privilegium recitandi Officium novem lectionum qualibet hebdomada non impedita, non potest cantari unica Missa feriæ cum commemoratione Officii currentis novem lectionum, quando eo die occurrit feria, quæ habet Missam propriam. S. R. C. 5. Julii 1698.

,, 44 In die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, ubi quotannis occurrit dies octava Dedicationis Ecclesiæ, Missæ privatæ dicendæ sunt de Requiem, & cantandæ sunt duæ Missæ Conventuales, una scil. de die octavæ post Tertiam, & altera de Requiem post Nonam, juxta Rubricas: quando vero dies octavæ incidit in Dominicam, omnes Missæ celebrentur de die octavæ, & Commemoratio omnium Fidelium defunctorum trasferatur in diem sequentem. S. R. C. 27. Septemb. 1698. *Et per hoc Decretum non derogatur alteri Decreto emanato die 2. Julii 1706.*

,, 45 Quadragesimæ, Adventus, & Vigiliarum temporibus, nec non in diebus Rogationum, occurrente aliquo Festo duplici, vel semiduplici, non licet post primam celebrare Missam prædictarum feriarum, sed servandæ sunt Rubricæ, quæ præscribunt post Nonam. S. R. C. 22. Januarii 1701.

,, 46 Sacerdotes exteri confluentes ad Ecclesias etiam Regularium, in quibus celebratur de Sanctis etiam Ordinis, quando Festum celebratur cum solemnitate, & concursu populi, debent in Missis se uniformare cum Sacerdotibus illius Ecclesiæ etiam Regularium, quoad *Credo*, & numerum Orationum more duplicium; in aliis vero diebus possunt &c. S. R. C. 11. Junii 1701.

,, 47. Sacerdotes etiam Regulares, diebus, quibus propria Officia recitant sub ritu duplici, celebrantes in Ecclesiis alienis, quando peragitur Festum cum solemnitate, & concursu populi, debent celebrare Missas conformando se ritui, & colori earumdem Ecclesiarum; in aliis vero diebus possunt; sed quando prohibentur Missæ votivæ, vel defunctorum, debent se uniformare saltem quoad colorem. S. R. C. 11. Julii 1701.

,, 48 In prima, & secunda Missa, quæ celebrantur in die Festo Nativitatis D. N. J. C. non debet fieri purificatio calicis. S. R. C. 15. Septemb. 1702.

,, 49 Sacerdotes non debent deferre ma-

,, nutes-

„ nutergium super calicem, tam eundo, quam
„ redeundo ab altari. S. R. C. 1. Sept. 1703.

„ 50 In Ecclesiis, ubi quotidie non cantatur
„ Missa, si occurrat Festum patroni, seu Titu-
„ laris, diebus, quibus non potest de eo fieri Offi-
„ cium, potest nihilominus, diebus non exce-
„ ptis a Rubrica Missalis tit. 6. de Translatio-
„ ne, cantari Missa de Patrono, seu Titulari,
„ licet non cantetur altera Missa concordans
„ cum Officio. S. R. C. 23. Augusti 1704.

„ 51 Quando dies Anniversaria Consecratio-
„ nis Episcopi incidit in Dominicam primæ
„ classis, infra hebdomadam majorem, in die
„ Paschæ, Pentecosten, Nativitatis Domini,
„ vel alio solemniori, non potest dici Missa de
„ dicta Consecratione, sed in ipsa Missa de die
„ fieri debet Collecta pro Episcopo sub unica
„ conclusione, ut disponit Cæremoniale Epi-
„ scoporum. S. R. C. 4. Aprilis 1705.

„ 52 Missa ad postulandam gratiam bene mo-
„ riendi demandatur apponenda in Missali Ro-
„ mano post Missam pro remissione peccatorum,
„ & in Rubricis Generalibus in tit. de colori-
„ bus Paramentorum, sub colore violaceo. S.
„ R. C. 20. Martii 1706. approbante Clemen-
„ te XI. 27. ejusdem mensis, & anni.

„ 53 Sacræ Religioni Jerosolymitanæ conce-
„ ditur, ut in navibus magnis, occasione lon-
„ gæ navigationis in alto mari contra Infide-
„ les, quibus navibus rarissime terra attingitur,
„ & sunt magni ponderis, ac firmæ structuræ,
„ ut unaquæque sustineat quinquaginta ænea tor-
„ menta bellica, celebrari possit Missa, eo dum
„ taxat tempore, quo mare est tranquillum,
„ & cœlum est serenum, & cum assistentia al-
„ terius Sacerdotis, seu Diaconi, ita ut adesse
„ non possit periculum effusionis sanguinis in
„ dicta celebratione. Clemens XI. in Diploma-
„ te *Exponi Nobis*, *&c.* edito die 22. Martii
„ 1706. in ejus particulari Bullario.

„ 54 Quando per annum fit apud privilegia-
„ tos Officium de Immaculata Conceptione,
„ vel sub alio Titulo, vel de S. Maria in Sab-
„ bato, vel de Sanctissimo Sacramento, si di-
„ catur aliqua Missa votiva non habens Præfa-
„ tionem propriam, Præfatio debet esse Com-
„ munis, vel de tempore, si tunc specialis di-
„ catur, non vero ea, quæ est conformis Offi-
„ cio; & servetur Rubrica generalis tit. 12. S.
„ R. C. 16. Junii 1708.

„ 55 Celebratio Missæ solemnis in diebus
„ Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis,
„ Pentecostes, & SS. Corporis Christi, spectat
„ privative ad primam Dignitatem, seu ad
„ primum de Capitulo; eo autem absente, vel
„ impedito, non potest alium subrogare in sui
„ locum ad libitum, sed hujusmodi celebratio
„ fieri debet privative ab illo, qui immediate
„ succedit, non ab hebdomadario. S. R. C. 23.
„ Martii 1709.

„ 56 Celebratio Missarum in secundis feriis
„ Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, ac
„ in die festivitatis S. Stephani Protomartyris,
„ nec non in die Dominico infra octavam SS.
„ Corporis Christi, spectat ad secundum de
„ Capitulo. S. R. C. 23. Martii 1709.

„ 57 In Ecclesiis, ubi Titulus est Ecclesiæ,
„ vel concursus populi ad celebrandum Festum,
„ quod transferri debet, diebus, quibus juxta Ru-
„ bricas Missalis de Translatione Festorum pos-
„ sunt cantari duæ Missæ, una de die, alia de
„ festo; in illis Ecclesiis, in quibus non est ob-
„ ligatio cantandi Missam quotidie, cantari pot-
„ est Missa solemnis votiva de Festo occurrente
„ tantum. S. R. C. 17. Augusti 1709.

„ 58 Sacerdotes tam Sæculares, quam Regu-
„ lares, etiam privilegiati, non possunt in fe-
„ ria VI. Parasceves, occasione SS. Annuncia-
„ tionis in dicta feria occurrentis, celebrare in
„ quavis Ecclesia, seu Oratorio aliquam Mis-
„ sam solemnem, vel privatam, nec facere Fe-
„ stum, nec parare, & ornare Ecclesias, aut
„ altaria, licet dicata Beatissimæ Virgini, etiam
„ Annunciatæ, cum ob dolorosam mortis nostri
„ Redemptoris recordationem tenendæ sint coo-
„ pertæ Sacræ Imagines, & altaria spoliata;
„ sed tantum debet fieri solita sacra functio,
„ prout præscribit Missale Romanum, in Ec-
„ clesiis scil. in feria V. in Cœna Domini col-
„ locari solet Venerabile in aliquo altari, vel
„ alio decenti loco, vulgo vocato *Sepolcro*: &
„ per hanc prohibitionem pro feria VI. in Pa-
„ rasceve, non ideo possunt in feria V. in Cœ-
„ na Domini, & Sabbato Sancto, celebrari
„ Missæ privatæ, sed solum Conventualis, jux-
„ ta ritum Sanctæ Ecclesiæ, & iterata Decre-
„ ta S. R. C. Clemens XI. 15. Martii 1712.
„ in ejus particulari Bullario part. 2.

„ 59 In die Consecrationis, vel Tituli Eccle-
„ siæ Parochialis non Cathedralis, & per octa-
„ vam, non potest celebrari Missa Dedicatio-
„ nis, seu Titularis sub eodem ritu duplici,
„ ac in Parochiali, etiam in Oratoriis eidem
„ Ecclesiæ Parochiali subjectis, in quibus mul-
„ ti Sacerdotes celebrant. S. R. C. 17. Augu-
„ sti 1709.

„ 60 Confessario, & Capellanis tantum,
„ quarumcumque Monialium servitio addictis,
„ licitum est Missas Sanctorum, de quibus i-
„ psæ Officium recitant, celebrare, sed cum
„ Missali Romano, & de Communi, non vero
„ Missas proprias eorum Sanctorum, variis Or-
„ dinibus concessas. S. R. C. 20. Novembr. 1717.

„ 61 In Festo B. M. V. de Monte Carme-
„ lo dicenda est Missa a Sede Apostolica appro-
„ bata *Gaudeamus*, juxta præceptum Benedicti
„ XIII. & in Missali Romano impressa. S. R.
„ C. 5. Maji 1739.

„ 62 Si Festum Purificationis B. M. V. ve-
„ nerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesi-
„ mæ, vel Quinquagesimæ, in Ecclesiis dica-
„ tis sub titulo Annunciationis, Assumptionis
„ &c. post Benedictionem Candelarum, & Pro-
„ cessionem, debet cantari Missa Dominicæ

tan.

" tantum, nec facienda est commemoratio Purificationis B. M. V. S. R. C. 13. Septembris " 1704. & 15. Septemb. 1736.

" 63 Sequentia in Missa SS. Nominis Jesu " est omittenda. S. R. C. 23. Junii 1736. & " 16. Februarii 1737. *præterquam ab illis, quibus est expresse concessa, prout concessa reperitur Ordini Minorum.*

" 64 In Sabbatis Quatuor temporum, vel " aliis ad ordines conferendos a jure præstitutis, Episcopus Ordinationem faciens Missam " de feria celebrare debet, non autem de Sancto, qui forte diebus illis occurreret. S. R. " C. 11. Julii 1739.

" 65 Anniversaria, & aliæ Missæ pro defunctis certo die dicendæ, eo impedito, possunt " transferri in diem sequentem. S. R. C. 27. " Septemb. 1608.

" 66 Quando adest obligatio, & onus faciendi diversa Anniversaria statis diebus, quibus " occurrunt Festa duplicia, vel semiduplicia, " necnon etiam tempus Quadragesimale, & " Quatuor tempora, Missa Conventualis nullo " pacto est omittenda, sed utraque Missa est " cantanda, altera de die, altera de Requiem, " etiamsi occurrat Festum duplex, dummodo " non sit Festivum de præcepto, ad hoc, ut " testatorum voluntates adimpleantur, & licite " eleemosyna lucrari possit, ut declaravit 1. Septemb. 1607. S. R. C. 29. Novemb. 1628.

" 67 Non valentes satisfacere Anniversariis " defunctorum in diebus ferialibus, possunt ipsa " adimplere in Festis duplicibus, non tamen de " præcepto. S. R. C. 11. Junii 1629.

" 68 Missa ut in die obitus præsente Corpore, ultra Missam de Communi defunctorum, " celebranda erit quando aliquis obierit in die " Commemorationis omnium Fidelium defunctorum. S. R. C. 14. Aprilis 1646.

" 69 Missæ exequiales defunctorum in die " depositionis defuncti possunt solemniter celebrari diebus, in quibus cadit Festum duplex alicujus Sancti, dummodo Festum non " sit de præcepto, juxta Rubricas Breviarii Romani. S. R. C. 19. Septemb. 1654. *Hoc Decretum editum fuit pro Missa solemni celebranda in Ecclesiis, non præsente Cadavere.*

" 70 Missæ privatæ de defunctis quocumque " die celebrari possunt, præterquam in Festis " duplicibus, & Dominicis diebus, juxta præscriptum Rubricarum. S. R. C. 15. Februarii 1659. *Adde, & infra octavas privilegiatas, atque in aliis diebus duplicia excludentibus; ex alias resolutis, & ex Rubrica.*

" 71 Omnibus & singulis Sacerdotibus, tam " sæcularibus quam Regularibus cujusvis Ordinis, etiam necessario exprimendi, districte " præcipitur, ut Missas privatas pro defunctis, " seu de Requiem, in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant. Quod si ex " Benefactorum præscripto Missæ hujusmodi " celebrandæ incidant in Festum duplex, tunc " minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus suffragium " expectantibus detrimento sit, sed dicantur de " Festo currente, cum applicatione Sacrificii juxta mentem Benefactorum; caveantque Ecclesiarum Rectores, Sacristæ, aliique, ad quos " spectat, ut hujusmodi Decretum inviolate " servetur, atque in Sacristia affixum retineatur, ut commode ab omnibus celebrare volentibus conspici, & legi possit: in eos autem, " qui contrafacere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii, tam " sæculares, quam Regulares, pro modo culpæ " animadvertant. S. R. C. approb. Alex. VII. " 5. Augusti 1662.

" 72 Anniversaria, & Missæ cantatæ de Requiem relictæ ex dispositione testatorum, " quotannis in die ipsorum obitus, etiam in " duplici majori contingentis, possunt celebrari, & proinde in Decreto die 5. Augusti " 1662. edito non comprehenduntur. S. R. C. " 22. Novembris 1664. *Quod Decretum intelligitur de unica Missa de Requiem cantata, non vero de Missis privatis.*

" 73 In die, quo celebratur Festum duplex, " etiam translatum, prohibetur Missa de Requiem, nisi sit præsens Cadaver: Anniversarium potest anteferri, immo debet; & in " festis majoribus debent omni cantari duæ Missæ; & Collectæ pro defunctis non admittuntur, nisi in Missis Festorum simplicium, & " ferialium. S. R. C. 31. Julii 1665. *Quoad præsens Cadaver intelligitur tantum Missa cantata.*

" 74 Anniversaria, & Missæ de Requiem, " quæ ex dispositione testatorum cum cantu sunt " quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiamsi " ipsorum obitus inciderit in Festum duplex " majus. S. R. C. 20. Julii 1669.

" 75 Missæ de Requiem non possunt celebrari, nisi cum colore nigro, vel saltem violaceo. S. R. C. 21. Junii 1670.

" 76 Missæ cantatæ mortuorum infra octavam " Corporis Christi non sunt celebrandæ, nisi " præsente Cadavere. S. R. C. 12. Septemb. 1671.

" 77 Durante Expositione SS. Sacramenti occasione Quadraginta horarum, regulariter celebrari non potest Missa de Requiem privata, licet occurrat Officium hujusmodi Missas " admittens; neque cantari potest Missa defunctorum pro adimplenda mente testatoris, " sive pro anniversario satisfaciendo. S. R. C. " 2. Decemb. 1684.

" 78 In Missa privata de Festo semiduplici, " simplici, seu votiva, vel de infra octavam, " sive de feria non privilegiata, potest in penultimo loco dici Collecta pro particulari defuncto, puta *Inclina*, vel *Deus qui nos Patrem*, & similes; sed ob id non est omittenda ulla ex Collectis pro tempore assignatis, " puta *A cunctis*, vel *Ecclesiæ*. S. R. C. 2. Decembris 1684.

79 An-

„ 79 Anniversaria, sive Missæ quotidianæ cantatæ de Requiem, relictæ ex dispositione testatorum pro certis diebus, his impeditis die Dominico, seu alio Festo de præcepto, cantari possunt in diebus subsequentibus, seu antecedentibus, in quibus occurrant Officia de Festo duplici majori, non tamen de præcepto, præcipue de Sanctis alicujus Ordinis; non relicta tamen Missa in cantu de Festo duplici minore occurrente, quatenus adsit obligatio cantandi. S. R. C. 4. Maji 1686.

„ 80 Cum primum accipitur nuncium de obitu alicujus in loco dissito, potest cantari Missa de Requiem, ut in die obitus, pro ejus anima in Festo duplici majori, vel minori, non tamen de præcepto, ut citius suffragetur animæ defuncti, non relicta tamen Missa in cantu de Festo duplici, quatenus adsit obligatio. S. R. C. 4. Maji 1686.

„ 81 In Anniversario translato ob Festum de præcepto non debet variari Oratio *Cujus anniversarium depositionis diem*, sed recitanda est ut in Missali. S. R. C. 4. Maji 1686.

„ 82 Missæ privatæ de Requiem Corpore præsente, & insepulto, dici non possunt diebus, quibus fit de Officio duplici, vel aliis a Rubrica vetitis, & quamcumque consuetudinem, tamquam abusum, abolendam juxta dispositionem Rubricæ V. Missalis Romani de Missa defunctorum num. 2. in fine, & Decreta S. Congregat. & signanter generale 5. Augusti 1662. servanda esse, mandavit S. R. C. 10. Januarii 1693.

„ 83 In Ecclesiis, in quibus occasione Quadraginta horarum expositum detinetur Augustissimum Sacramentum, congruentius abstinendum est a celebratione Missarum defunctorum, etiamsi ex præscripto testatorum essent celebrandæ. S. R. C. 27. Aprilis 1697.

„ 84 In vigilia Epiphaniæ dici non possunt Missæ privatæ defunctorum. S. R. C. 13. Julii 1697. & 16. Junii 1708.

„ 85 In Anniversario occurrente in Festo duplici secundæ classis non potest cantari Missa de Requiem. S. R. C. 5. Julii 1698.

„ 86 In duplicibus primæ classis, etiam præsente corpore, non potest cantari Missa defunctorum, & multo minus dicenda est una Missa privata, deficientibus Clericis in choro. S. R. C. 5. Julii 1698.

„ 87 Infra Octavas privilegiatas non potest cantari Missa defunctorum in Anniversario, & Officio solemni. S. R. C. 5. Julii 1698.

„ 88 In die Anniversarii, & Depositionis, non potest cantari Missa defunctorum, loco Conventualis. S. R. C. 5. Julii 1698.

„ 89 Si Anniversarium anticipetur, & postponatur per aliquot dies, potest dici Missa, ut in Anniversario. S. R. C. 5. Julii 1698.

„ 90 In Ecclesiis Parochialibus ruralibus, in quibus per annum plerumque unus tantum Sacerdos celebrat, & sine cantu, potest dici Missa de Requiem, quando Anniversaria ex testatorum dispositione, recurrente obitus die, incidunt in Festum duplex majus; non idem tamen dicendum est de diebus tertio, septimo, & trigesimo, sed servetur Decretum generale editum 5. Augusti 1662. S. R. C. 19. Junii 1700.

„ 91 Ex privata devotione Parochianorum, petentium sæpius per annum Anniversaria pro defunctis parentibus, fratribus, amicis, & aliis defunctis, potest in Ecclesiis ruralibus cantari Missa solemnis de Requiem in Festo duplici minori, altera Missa cantata de Festo, ubi adsunt plures, vel saltem duo Sacerdotes, dummodo sermo sit de die vere Anniversaria a die obitus. S. R. C. 19. Junii 1700.

„ 92 In die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum non potest celebrari Missa solemnis de Requiem post Primam, sed servandæ sunt Rubricæ, quæ præscribunt post Nonam. S. R. C. 22. Januarii 1701.

„ 93 Prohibitio facta 9. Junii 1668. Sacerdotibus sæcularibus, etiam Capellanis, quod licet recitaverint Officium semiduplex, vel simplex, vel feriale, non celebrent Missam de Requiem in Ecclesiis Regularium, in quibus recitatum sit Officium duplex de non præcepto, vel de aliquo Sancto sui Ordinis, intelligi etiam debet pro Ecclesiis Monialium. S. R. C. 11. Februarii 1702.

„ 94 Missæ pro defunctis, sive de Requiem, in Festis duplicibus, contra præscriptum Rubricarum Missalis Romani, nullatenus celebrari debent. Quod si ex Benefactorum institutione Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in Festum duplex, tunc ne dilatio Animabus suffragia expectantibus detrimento sit, in aliam diem non impeditam minime transferantur, sed dicantur de Festo occurrente, cum applicatione Sacrificii juxta mentem eorumdem Benefactorum. S. R. C. 15. Septemb. 1714.

„ 95 Idem intelligendum est de Missis celebrandis in altaribus privilegiatis perpetuis, & non perpetuis. S. R. C. denuo declaravit 15. Septemb. 1714.

„ 96 Eodem die, & anno S. R. C. denuo prohibuit Missas votivas, & de Requiem, infra octavam Corporis Christi, ut decreverat 21. Junii 1670. quoad octavam etiam Nativitatis Domini.

„ 97 Quando Anniversarium, seu Officium solemne pro animabus omnium defunctorum Confratrum alicujus congregationis, fit in festo ritus duplicis minoris, potest cantari Missa de *Requiem*; secus si occurrat in Festo altioris ritus. S. R. C. 8. Martii 1738.

„ 98 Infra octavam Corporis Christi non potest cantari Missa de *Requiem* in diebus tertio, septimo, trigesimo, & anniversario, infra dictam octavam incidentibus. S. R. C. 8. Martii 1738. *Hoc decretum habet locum etiam*

infra

„ *infra alias octavas privilegiatas, ut patet ex* „ *Decreto superius posito num.* 87.

„ 99 Cum juxta Rubricas Ritualis Romani, „ absque Missa, quantum fieri potest, defunctorum Corpora non sint sepelienda; poterit, „ præsente in Ecclesia Cadavere, unica Missa „ solemnis de *Requiem* celebrari feria II. post „ Pascha, aut Pentecosten. *Vigore hujus Decreti* „ *Missa solemnis de Requiem decantari poterit*, „ *præsente Cadavere, etiam in quocunque alio duplici prima classis, quod sit minoris, vel etiam aequalis solemnitatis cum prædicta feria* „ *II.; & sic derogatur Decreto superius posito*. Hæc tamen Missa non decantabitur in „ duplici primæ classis, etiam non festivo de „ præcepto, si Corpus præsens in Ecclesia non „ fuerit, aut si fuerit pridie sepultum. S. R. „ C. 2. Septemb. 1741.

„ 100 In Missis quotidianis, quæ pro defunctis celebrantur, possunt quidem dici plures „ orationes, quam tres; sed curandum, ut sint „ numero impares. Sicut pro illa *Deus veniæ largitor* potest subrogari alia, nempe pro Patre, pro Matre, &c., dummodo ultimo loco dicatur oratio *Fidelium*. S. R. C. 2. Septemb. 1741.

„ 101 Res gravis pro licita votivæ solemnis „ decantatione, ea est, pro qua convenit Clerus cum Episcopo, vel apud Regulares in eorum Comitiis Generalibus, seu Provincialibus, „ cum cantatur Missa pro re, eorumdem judicio, gravi. S. R. C. 19. Maii 1607.

„ 102 Tolerari possunt Missæ votivæ cantatæ B. M. V. in Sabbato, vel pariter cantatæ defunctorum in Festo duplici, quod non „ est de præcepto, ut testatorum voluntates adimpleantur, dummodo non omittatur Missa „ Conventualis. S. R. C. 2. Junii 1607. *Hoc* „ *tamen Decretum intelligitur de Missis cantatis* „ *in die Anniversario, vel tertio, septimo, & trigesimo, relictis ex dispositione testatorum*.

„ 103 Missæ votivæ jam acceptæ, quæ non „ possunt celebrari diebus impeditis, debent celebrari de Festo occurrente, cum applicatione „ Sacrificii. S. R. C. 19. Maji 1614.

„ 104 Missæ votivæ non possunt suffragari „ pro Missa Conventuali, quæ non potest omitti, etiamsi cantetur Missa votiva. S. R. C. „ 16. Maji 1626.

„ 105 Ob Missam votivam, seu pro defunctis, non est omittenda Missa Conventualis, „ neque potest introduci consuetudo in contrarium ritum. S. R. C. 16. Januar. 1627.

„ 106 In diebus, in quibus non potest fieri „ de Festo duplici, prohibentur Missæ votivæ, „ & de Requiem. S. R. C. 28. Augusti 1627.

„ 107 Ubi adest consuetudo immemorabilis „ cantandi singulis diebus, immediate post Primam, Missam votivam de B. V., potest exceptis solemnioribus Festivitatibus tolerari, prout tolerat S. R. C. 19. Novembris 1633. *Festa* „ *solemniora sunt Dominica prima Adventus, feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Palmarum cum tota majori hebdomada, Resurrectionis, & Pentecostes cum duobus* „ *sequentibus diebus, dies Nativitatis Domini*, „ *Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, &* „ *dies festi ejusdem B. M. V., ac dummodo* „ *in diebus, in quibus cantatur prædicta Missa* „ *votiva, cantetur etiam Missa Conventualis, seu* „ *diei festi currentis*.

„ 108 Missæ votivæ, quas ex obligatione aliqua Ecclesia tenetur per hebdomadas celebrare certis diebus præscriptis, in quibus multoties occurrit Festum de præcepto, debent „ transferri in alteram diem feriatam non impeditam. S. R. C. 9. Decembris 1634.

„ 109 Missa votiva de B. M. V. in vigilia „ Pentecostes non potest dici. S. R. C. 19. Augusti 1651.

„ 110 Missæ votivæ de Titulari, & Patrono, non possunt dici cum Gloria, & Credo; „ sed Ordinariis præcipitur, ne quid contra, „ vel præter Rubricarum præscriptionem, sub „ pœnis in Constitutionibus Pontificiis contentis, servari permittant; sed tantummodo die „ tituli quarumlibet Ecclesiarum, & Oratorii, „ de Sancto Titulari Missa cum Gloria, & Credo celebretur. S. R. C. 4. Augusti 1658.

„ 111 Missa votiva de B. M. V. cum Gloria, & Credo, sed sine Officio, potest celebrari in aliqua die ob publicam causam, & ratione concursus. S. R. C. 8. Junii 1658.

„ 112 Missa votiva solemnis de B. V. potest „ celebrari in die Dominica, ratione concursus „ populi, S. R. C. 20. Novemb. 1662. *Hoc tamen intelligitur de Dominicis, aliisque Festis* „ *non privilegiatis, & dummodo Dominica non* „ *incidat in Festum duplex primæ, vel secunda* „ *classis, vel infra octavas privilegiatas*.

„ 113 Missa votiva cantata de B. M. V. cum „ Gloria, & Credo, potest celebrari in die Dominico, causa voti, seu alia causa. S. R. C. „ 16. Junii 1663. *Hoc tamen non habet locum in* „ *Dominicis, & octavis privilegiatis, neque in* „ *duplicibus prima, vel secunda classis*.

„ 114. Missa votiva, dum cantatur pro re gravi de aliquo Sancto, semper dici debet cum „ Gloria, & Credo, & cum colore, quo utimur „ in Festo, cujus Missa cantatur. S. R. C. 13. „ Augusti 1667.

„ 115 Infra octavam SS. Corporis Christi prohibentur Missæ votivæ quæcumque, vel pro „ defunctis. S. R. C. approbante Clem. X. 21. „ Junii 1670.

„ 116 Receptio ad Habitum, & ad Professionem Religiosam, sub re gravi numerari non „ potest, ut ex consuetudine cantari possit Missa votiva solemnis, etiam de Spiritu Sancto, „ in Dominicis, vel duplicibus; & hic abusus omnino est tollendus. S. R. C. 24. Julii „ 1683.

„ 117 Missæ votivæ de SS. Sacramento, vel „ de B. M. V., in cantu fundatæ, dici non pos-

„ possunt in duplicibus, aliisque diebus duplicia „ excludentibus; sed cantari debet Missa de festo currente, cum applicatione Sacrificii, juxta Decretum editum die 19. Maji 1614. sicque satisfieri, & Benefactorum mentem impleri, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, declaravit S. R. C. 24. Julii 1683.

„ 118 Si urgente causa celebranda est Missa „ votiva infra octavam, quae habeat Praefationem propriam, & Communicantes, in Missa votiva debet dici Praefatio conveniens, Communicantes vero de infra octavam, quia est proprium de illo tempore. S. R. C. 16. Junii 1683.

„ 119 Qui in Sabbato infra aliquam octavam „ B. M. V. recitat Officium de aliquo Sancto „ eo die occurrente, volens celebrare Missam „ votivam de B. M. V. tenetur quidem dicere Missam festivam cum Gloria, sed sine „ Credo. S. R. C. 2. Decemb. 1684.

„ 120 Qui in Sabbato recitat Officium de B. „ V. volens celebrare Missam votivam de aliquo Sancto, non debet dicere Gloria, neque „ Praefationem B. M. V. sed communem. S. „ R. C. 2. Decemb. 1684.

„ 121 Non potest Missa votiva de Spiritu „ Sancto, vel alia, celebrari etiam ab Episcopo pro eligenda Abbatissa, in Festo duplici, „ vel Dominica. S. R. C. 28. Aprilis 1708.

„ 122 In vigilia Epiphaniae non possunt celebrari Missae votivae, & de Requiem. S. „ R. C. 16. Septembris 1730. *Quod etiam prohibitum fuit 13. Julii 1697. & 16. Junii 1708.*

Missa Parochialis.

1 PArochi saltem ter in hebdomada celebrent. Prov. 1.

2 Die festo duobus horis post ortum solis fiat Missa. Prov. 4.

3 Aliis diebus pro commodo populi. *ibid.*

4 Si alius est sacerdos, hic in aurora celebret pro iter agentibus. *ibid.*

5 Intra fines Parochiae nulla fiat Missa in die festo, excepta illa prima ante Missam Parochialem, sine licentia Parochi. *ibid.*

6 Si illa prima nocet, tollatur. *ibid.*

7 Ne gratia cujusquam anticipetur, aut differatur, neque concio omittatur. Prov. 1.

8 Imperiosi, & minaces in hac re coerceantur ab Episcopo; clericus privatione beneficii, seu inhabilitate ad beneficia: laicus excommunicatione. Pr. 4.

9 Moneatur populus, ut Parochialem audiat Missam. Prov. 1.

10 Non potest Ordinarius mulctis, & poenis per Concil. Trid. etiam in casu notabilis negligentiae, aut contumaciae, cogere populum ad audiendam Missam in Parochiali. Decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg.* 24. *n.* 17.

11 Possunt enim Laici eamdem audire in Ecclesiis Regularium ad libitum. Leo X. 13. Novembris 1517. Congr. Episc. 1. Julii 1606.

12 Viduae non excusentur ab audienda Missa, ultra mensem. Prov. 1.

13 Ne quid profanum in Missa publicetur. Prov. 4.

14 Cum elevatur Sacramentum, detur signum sono campanae, quae est in Turri. Prov. 2.

V. Doctrina Christiana, n. 15.

Missa, num. 15. *Regularium jura sub Episcopis, num.* 30.

ADDITIO.

Non potest prohiberi celebratio Missae in oratorio ruri aedificato per laicum, antequam celebretur Missa Parochialis. *Congr. Concil.* 18. *Sept.* 1627. *Cong. Rit.* 31. *Mart.* 1629. (*a*).

„ (*a*) Immo Missae Sacrificium peragi potest „ in publico Oratorio extra aliquod Oppidum „ constructo de licentia Episcopi, in diebus solemnioribus, etiam contradicente Parocho, „ pro commoditate villicorum circumhabitantium, dummodo habeat omnia requisita ad „ Ecclesiam, vel saltem ad publicum Oratorium constituendum. S. R. C. 5. *Septembris* „ 1661. Haec porro duo decreta ita limitanda „ sunt, dummodo oratorium non sit Ecclesiae „ Parochiali proximum. Nam Benedictus XIV. „ in Constitutione, *Etsi minime nobis* 7. *Februar.* 1742. Missae celebrationem in Oratoriis, quae Parochiali Ecclesiae proxima fuerint, prohibuit ante Missam Parochialem.

Nova additio Editoris.

„ 1 Missa Parochialis celebranada est diebus „ festis a Parocho pro populo. Benedictus XIV. „ peculiari edita Constitutione.

„ 2 Satisfaciunt praecepto audiendi Sacri, qui „ Missae intersunt in alia Ecclesia a Parochiali. Leo X. 13. *Nov.* 1517. aliique PP. apud „ Benedictum XIV. *de S. D. l.* 11. *c.* 14. *S.* 8.

Missa Conventualis.

1 TEnentur Canonici omnino cantare Missam de die, ut lucrentur distributiones. Congr. Rit. 28 Jan. 1612.

2 In Cathedralibus, & collegiatis, etiam in ferialibus, fiat Missa cum Diacono, & Subdiacono, si numerus sufficiat. Prov. 4.

3 Canonico celebranti assistens datur, si est immemorabilis consuetudo. Cong. Rit. 19. Jun. 1604.

4 Potest Episcopus cogere Canonicos, ut a capellanis in Quadragesima cantare faciant Missam cum Diacono, & Subdiacono. Ead. 17. Jul. 1627.

5 Missa votiva, seu de Requiem non valet pro Missa de die, nisi ut in Rubricis. Ead. 16. Januar. 1627.

6 Anniversarium Defunctorum, aut in die depositionis, supplere non potest pro Missa de die, sed utraque cantanda est Missa. Eadem 12. Julii 1628.

7 Ne-

7 Neque consuetudo contraria induci potest non cantandi Missam Conventualem de die: Eadem 16. Januar. 1628.

8 Duæ Missæ de festo, & de feria in Rubricis præscriptæ, non debent omitti; nequa potest omitti altera, etiamsi celebrandum sit Capitulum. Ead. 6. Maji 1626. & 16. Januar. 1627.

9 Cum prædictæ duæ Missæ præscribuntur, ambæ cantentur; & præterea, si occurrant, anniversaria fiant, sub pœna perdendæ distributionis, omnibus de Choro, toto eo die, & sequenti. Prov. 4. *ex Miss. Rom.*

10 Missa Nativitatis Domini in aurora ne omittatur in Collegiatis, neque in Parochiali, ubi cantatur prima, & tertia Missa. *ibid.*

11 Qui benedicit cineres, candelas, ramos, debet etiam cantare Missam sequentem. Congreg. Rit. 26. Febr. 1628.

12 Missa solemnis in Rogationibus majoribus dicitur de Sancto Marco, si in Ecclesia ejusdem terminatur processio. Ead. 23. Maji 1603.

13 Missa solemnis pro re gravi, ea est inter votivas, pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo. Ead. 19. Maji 1607.

14 Qui Missam Conventualem cantare debet, & contemnit, vel negligit, distributione tridui careat, & suspendatur a munere ordinis sui. Pr. 2.

15 Planetis plicatis in Missa uti possunt Regulares in Ecclesiis propriis insignioribus. Congreg. Rit. *Apud Alcocer. in suo Cæremoniali*.

16 Si ob terræ frigiditatem populus veniat tarde pro solemni Missa, tardius etiam recitetur Hora tertia, potius, quam decantetur post sextam. Ead. *apud eumdem ibid.*

17 Celebrans, & Ministri sedere possunt, dum cantatur Epistola, & Graduale. Eadem *apud eumdem ibid.*

18 Sedeat autem ille in loco parato, non in stallo. Ead. 12. Jun. 1627.

19 Beneficiati solemniter celebrantes cum Diacono, & Subdiacono, debent sedere in eodem loco, ubi sedent Canonici celebrantes solemnem Missam, non obstante quacumque consuetudine. Eadem 25. Januar. 1611.

20 Si quid canatur in Missa, præter ea, quæ habentur in Missali, prius probetur ab Episcopo. Prov. 3.

21 Hymnus Angelicus, Symbolumque non dicuntur in votiva solemni, in qua paramenta violacea adhibentur. Cong. R. 19. Maji 1607.

22 Symbolum totum canatur a Choro, non alternatim cum organo. Prov. 3.

23 Presbyter celebrans neminem thurificet, neque Diaconus det pacem domino. Congreg. Rit. 5. Julii 1614.

24 Canonici parati incensantur ante Vicarium. Ead. 6. Martii 1610.

25 Beneficiati parati incensantur ante non paratos. Ead. 30. Augusti 1602.

26 Vicarius non Prælatus duplici tantum ductu incensatur, absente Episcopo. Eadem 14. Januarii 1617.

27 Vicario etiam Apostolico non datur trina incensatio. Congr. Episc. 28. Augusti 1589.

28 Gubernatori Provinciæ thus, & pax dantur ante Vicarium Episcopalem etiam absente Episcopo. Ead. 30. Jun. 1592.

29 In aliis minoribus civitatibus præsente Episcopo, dantur Gubernatori, & postea Vicario, sed absente Episcopo, prius Vicario, nisi Gubernator sit Episcopus. Ead. *ibid.*

30 Gubernator non Prælatus incensatur post Canonicos Assistentes, ante alios Canonicos Episcopo præsente: absente vero, post Vicarium Generalem; etiam si ille sit uxoratus. Eadem 9. Maji 1606. 17. Novembris 1607.

31 Non incensentur mulieres in Ecclesia cum solemnitate distincta ab aliis. Congreg. Episc. 26. Aprilis 1594.

32 Cum elevatur Sacramentum, detur signum campanis majoribus. Prov. 2.

33 Pax Diacono datur a Subdiacono post datam pacem in Choro, Episcopo præsente, Congreg. Rit. 17. Junii 1606. & 15. Martii 1608.

34 Diaconus, & Subdiaconus nisi celebrarint, communicent saltem in festis. Trid. *sess.* 23. *c.* 13.

V. Præcedentia, *n.* 26. 27.

Processio, *n.* 25.

A D D I T I O.

1 Abrogata est omnis contraria consuetudo non cantandi Missam de die ultra votivam. *Cong. Rit.* 18. *Julii*, & 28. *Augusti* 1628.

2 Dignitatibus hinc inde distributis in choro, incensantur eæ cum Canonicis ab una parte, deinde aliæ cum aliis canonicis ab alia; non autem Dignitates omnes simul ante omnes canonicos. *Ead.* 7. *Decembris* 1601.

3 Thurificatio cum triplici ductu convenit uni tantum, & digniori, idest Episcopo. *Ead.* 11. *Dec.* 1604. 11. *Nov.* 1614.

4 Absente Episcopo, thurificatur celebrans triplici ductu. *Ead.* 9. *Maji* 1606. 30. *Januar.* 1616.

5 Vicarius Generalis sedens in Choro supra Canonicos duplici ductu, non triplici, si tamen non sit Prælatus. *Ead.* 14. *Januar.* 1617.

6 Dignitatibus, & Canonicis cathedralium, & collegiatarum in suis Ecclesiis duplici ductu fit incensatio; cæteris de choro uni ductu. *Eadem.* 9. *Maji* 1606. 30. *Januar.* 1616.

7 Nisi Portionarii, & alii in omnibus, & per omnia æquiparentur Canonicis. *Ead.* 21. *Mar.* 1615.

8 Magistratus æque ac Canonici post eos æquis ductibus incensantur. *Ead.* 10. *Jan.* 1600.

9 Et hoc in omnibus Ecclesiis, ubi conveniunt Canonici Cathedralis, & Magistratus. *Ead.* 16. *Jun.* 1607.

10 Nec non Canonici collegiatæ ante Gubernatorem, & officiales. *Ead.* 28. *Januar.* 1618.

11 Semper tota thurificatio facienda est cum unico thuribulo. *Ead.* 21. *Jul.* 1618.

12 Neque probatur duorum usus in incensatione personarum. *Ead.* 15. *Martii* 1608.

Nova

Nova additio Editoris.

„ 1 Canonici tenentur Missam Conventualem
„ quotidie celebrare pro benefactoribus. Bene-
„ dictus XIV.

„ 2 Missæ Conventuales infra octavam Cor-
„ poris Christi possunt, ubi est consuetudo,
„ cantari sine Diacono, & Subdiacono, exce-
„ pto die Festo, ac Dominica, & die octava.
„ S. R. C. 15. Martii 1608.

„ 3 Canonici tenentur ad cantandam Missam
„ Conventualem de Officio occurrente, ut lu-
„ crentur distributiones; nec ad satisfactionem
„ sufficit Missa in aurora. S. R. C. 25. Junii 1611.

„ 4 Missa Conventualis de Festo, seu de fe-
„ ria currente, omnino cantanda est, non ob-
„ stante quacumque contraria consuetudine. S.
„ R. C. 28. Januarii 1612.

„ 5 Missa Conventualis pertinet ad Canto-
„ rem, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, non
„ autem ad Vicarium, quando ipse habet tan-
„ tum curam animarum Parochianorum. S. R.
„ C. 7. Julii 1612.

6 Missa Conventualis de feria in Cathedrali-
„ bus, & Collegiatis omnino est dicenda, ul-
„ tra Missam Festi; & abusus sunt reformandi.
„ S. R. C. 16. Januarii 1627.

„ 7 Missa Conventualis non potest celebrari
„ pro Anniversario, sed cantandæ sunt duæ
„ Missæ; in die vero Depositionis dicenda est
„ Missa pro defuncto, non obstante contraria
„ consuetudine. S. R. C. 12. Julii 1628.

„ 8 Feria secunda post Dominicam Passionis,
„ quando recitatum est Officium defunctorum,
„ non dicitur Missa Conventualis de defunctis,
„ neque Oratio *Fidelium*, quæ in aliis feriis se-
„ cundis Quadragesimæ non dicitur juxta Ru-
„ bricas, sed solum Oratio *Omnipotens sempi-
„ terne Deus*, quæ est pro vivis, & defunctis,
„ & omittitur tempore Passionis. S. R. C. 11.
„ Julii 1643.

„ 9 In Missa Conventuali, quando decanta-
„ tur Evangelium, Ceroferarii cum cereis ac-
„ census assistere debent; & Diaconus, quoties
„ thurificatur altare, incensum ministrare de-
„ bet. S. R. C. 5. Septembr. 1648.

„ 10 Missa Conventualis de feria in Quadra-
„ gesima, & Adventu, nullo modo potest omit-
„ ti, quando in eis etiam cadat Festum alicu-
„ jus Sancti, non obstante contraria consuetu-
„ dine. S. R. C. 24. Novemb. 1635. *Quod in-
„ telligitur etiam de aliis vigiliis, in quibus
„ duæ, vel tres Missæ debent celebrari.*

Monetarii.

1 AD Ordinarios locorum, ubi non est Legatus, vel Prolegatus, spectat cognitio causæ monetariorum Ecclesiasticorum, etiam Regularium. Urbani VIII. Anno 1627.*

2 Et ad viciniorem Ordinarium, si locus delinquentis est exemptus. *ibid.*

3 Aureas, & argenteas monetas tondentes, fabricantes, colorantes, adulterantes, erogantes, sæculari Curiæ tradantur. *ibid.*

4 Detinentes, transferentes, instrumenta, opem, materiam præstantes, triremium decennali pœna puniantur. *ibid.*

5 Impedientes, ne procedatur, privantur eo ipso beneficiis, officiis, cum inhabilitatione, amissione vocis activæ, & passivæ, excommunicantur. *ibid.*

6 Tenentur omnes consignare acta, & scripturas, requisiti a prædictis. *ibid.*

Monialium Monasteria.

1 NOva ne erigantur, quibus ad minus 300. scutorum reditus annuus non assignetur pro duodecim sustentandis. Congr. Episcop. 27. Maji 1603.

2 Neque erigantur sine consensu Ordinarii. Eadem 13. Septembris 1583.

3 Neque sine speciali Sedis Apostolicæ indulto. Ead. 10. Aprilis 1615. (*a*).

„ (*a*) Etiam extra Italiam. Rota Romana
„ 10. *Maji* 1726. & 26. *Aprilis* 1728. Vide Be-
„ nedictum XIV. *de S. D. l. 9. c. 1. §. 9.*

4 Neque erigantur nisi in locis muro cinctis, & ubi copia Confessariorum adest, aut facultates conducendi Confessarium aliunde. Eadem 13. Sept. 1583.

5 Multiplicatio monasteriorum evitetur in iis locis, in quibus jam erecta laborant inopia. Eadem *ibid.*

6 Prope monasteria tollantur omnes arbores altæ. Ead. 13. Augusti 1585.

7 Portæ duæ tantum concedantur, una jumentis, & vehiculis, altera aliis usibus. Prov. 4.

8 Duabus clavibus unaquæque claudatur, altera apud Præfectam, altera apud antiquiorem professione. *ibid.*

9 Si expedire videatur, addatur vectis ab exteriori parte, clave commissa viro fideli. Prov. 6.

10 Tres rotæ, aut quatuor ad summum, ad januam, in collocutorio, in Ecclesia pro sacris vestibus, & prope sedem confessionalem. Pr. 4.

11 Rota, quæ in Ecclesia, binas valvas ligneas habeat, interiores cum clave apud Præfectam, exteriores cum clave apud Capellanum servanda, sive alium, judicio superioris. *ibid.*

12 In collocutorio nullo modo sit porta, per quam aditus sit ad monasterium. Congr. Episc. 12. Octobris 1592.

13 Ostium collocutorii interius sit semper clausum, ejusque clavis sit apud antiquiorem earum, quæ Auscultatrices dicuntur. Prov. 1.

14 Duo ferrei cancelli construantur ibi, qui saltem palmo distent alter ab altero. *ibid.*

15 Intimo cancello versus Moniales ferrea lamina appingatur, immobilis, cui ligneus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instar fenestræ, quæ aperiri possit, cum erit colloquendum, apponatur. *ibid.*

16 La-

16 Lamina sit perforata exiguis foraminibus, & in ea fieri potest quadrata fenestellula, cujus clavis sit apud Præfectam, neque aperienda erit, nisi Episcopo, vel superioribus Ordinis aut parentibus, & sanguine conjunctis Monialium, aut Notario instrumentum confecturo, vel concionatori. *ibid.*

17 Clavis ostii exterioris collocutorii committatur Confessario, vel pio viro, qui noctu, & certis diebus invigilent, nec collocutioni sit aditus. Prov. *6.*

18 Dormitionis locus sit unus, clave noctu apud Præfectam retenta. Prov. 1. & 4.

19 Duo alia monasterii loca sint communia, pro vestibus Monialium, & pro labore manuum. Prov. 4.

20 Caminus privatis cellis ne permittatur, & ubi est, obstruatur. *ibid.*

21 Horti in angustiores fines concludantur. *ib.*

22 Ea sit clausura monasterii, ut Monialibus ab externorum hominum aspectu, & audito liberis secure per monasterium ambulare liceat. Prov. 1.

23 Ædes proximæ ne locentur famosis mulieribus. *ibid.*

24 Neque in ea loca migrent Regulares viri, neve areas Monialibus proximas emant, unde Monialium aspectus fieri possit. *ibid.*

25 Quæ sunt extra mœnia urbis, si ita videbitur expedire, transferantur intra urbem. Trid. *sess.* 25. *c.* 5. *de Regul. V. Monialium cura spiritualis, n.* 21. 26. *Visitatio Episcopi, n.* 27.

Monialium Ecclesiæ.

1 NE detur ostium, per quod ex monasterio sit aditus ad exteriorem Ecclesiam. Greg. XIII. Anno 1573.

2 Sanctissimum Sacramentum in publica tantum earum Ecclesia teneatur. Trid. *sess.* 25. *c.* 10.

3 Ante illud luceat lampas in Ecclesia interiori, & altera in exteriori, quando fores patent. Prov. 1.

4 Fenestra, qua sanctissimæ Eucharistiæ elevatio prospicitur, altius ne pateat cubitis duobus, & unciis duodecim; late vero ut Altaris altitudo. Prov. 4.

5 Ea perpetuo panno lineo tecta sit, qui tantummodo amoveatur, quando elevatur Sacramentum, neque sacerdos ex altari videre possit Moniales. Prov. 1.

6 Fenestella pro communione Monialium ita alta sit, ut Sacerdos commode ministret stans, non genuflexus. Prov. 4.

7 Ejusdem clavis perpetuo sit apud confessarium. Congr. Episc. 12. Jan. 1604.

8 Pro Sacris Reliquiis fenestella construatur in pariete exteriori cum tribus clavibus, una penes Episcopum, altera apud confessarium, tertia apud Præfectam. Prov. 4.

9 Organum ne constituatur, nisi locus, in quo apte locetur, superioris judicio ante probetur. Pr. 1.

10 Prohibeantur alia instrumenta musica, præter harpicordium, quod ad discendam organi artem adhibetur. *ibid.*

11 Præter Missam nihil ab aliis canatur. *ib.*

12 Ne permittatur in Ecclesiis Monialium cantus simplex, vel figuratus a personis sæcularibus. Congr. Episc. Anno 1593.

13 Si viget consuetudo sepeliendi Moniales in Ecclesia exteriori, permittatur. Eadem 20. Septembris 1594.

14 In sepultura Monialium, quæ intra clausuram est, ne sepeliantur extranei. Ead. 1. Mart. 1585.

15 Ne instituantur ibi Confraternitates laicorum. Eadem 6. Novembris 1595.

V. Oratio publica, n. 13.

Monialium clausura.

1 CLausura perpetua decernitur a Pio V. Anno 1566.

2 Votum clausuræ venit sub voto obedientiæ. Congr. Episc. 19. April. 1619.

3 Episcopi procurent clausuram sanctimonialium: inobedientes, & contradictores compescant per censuras, & pœnas. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5.

4 Nemini sanctimonialium post professionem liceat exire, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. *ibid.*

5 Pœna egredientibus est excommunicatio, reservata Papæ. Pius V. Anno 1569.

6 Excipitur causa incendii, lepræ, epidemiæ, de consensu Episcopi, & in scriptis approbata, & ad tempus. *ibid.* (*a*).

„ (*a*) Episcopi porro licentia requiritur, et-
„ si Regularibus subjecta sint Monasteria. Con-
„ fer Bened. XIV. *de S. D. l.* 9. *c.* 15.

7 Epidemiæ nomine intelligitur quicumque morbus popularis contagiosus. Congreg. Episc. 8. Novembris 1594.

8 Etiamsi Regularibus sint subjectæ, debet Episcopus approbare causam. Pius V. *loc. cit.* & DD. apud Barb. *alleg.* 102. *n.* 28.

9 Concedentes licentiam exeundi sine causa, committentes, recipientes subjiciuntur prædictæ pœnæ cum privatione dignitatum, & officiorum, inhabilitate, & aliis. Pius V. *ibid.*

10 Tectum monasterii est pars ejusdem. Bonac. *de clauf. Monial. q.* 1. *punct.* 1. *n.* 3.

11 Non possunt egredi januam monasterii ad claudendam ulteriorem januam, quæ patet exteris. Greg. XIII. An. 1573.

12 Neque exeant ad consecrationem. Congr. Episc. 9. Octobris 1584.

13 Novitiis non detur licentia exeundi ad visendos parentes. Ead. 1. Sept. 1617.

14 Neque transferri possunt Moniales pro constructione novi Monasterii, inconsulta sede Apostolica. Ead. 27. *Maji* 1603. 8. decisum referunt DD. apud Barbos. *loc. cit. n.* 25.

15 Si concedatur translatio, fiat in aurora. Decisum refertur. *ibid. n.* 26.

16 A viris gravibus, & cognatione propinquis. Prov. 5.

17 Si divertant alio, tam in exitu, quam in reditu 20. circiter milliaribus, ad sacram Imaginem, vel ad consanguineos, non violant clausuram. Sanchez *de oper. mor. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 61.*

18 Neque conversæ possunt exire ad ornandum Altare in Ecclesia exteriori. Congr. Episcop. 27. Octubris 1592.

19 Possunt hæ pro quæstu egredi, ætatis saltem 40. annorum, non pulchræ; neque pernoctent foris. Ead. 14. Aprilis 1615.

20 Idem conceditur Monialibus Convertitis si egeant, & cum iisdem conditionibus. Ead. *ib.*

21 Neque plures, quam octo, destinentur ad quæstum. Ead. 15. Sept. 1603. & *Anno* 1573. *apud Zechium de Repub. tit. de reg. cap. 3. n. 15. vers. 9.*

22 Si deinde non egeant, cessent a quæstu. Ead. 14. Aprilis 1615.

23 Incorrigibiles ejici non possunt, neque transferri, inconsulta sede Apostolica. Eadem 17. Maji 1603.

24 Fugitivæ revocentur, & Episcopi judicio inter Convertitas reponantur, imposita debita pœnitentia. Prov. 1.

25 In causis criminalibus ne educantur e monasterio, neque ad breve tempus in aliud monasterium. *ib.*

26 E contra nemini liceat ingredi septa Monasterii Monialium sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Trid. *l. c.*

27 Non est tamen absolutio reservata Papæ. *ibid.* neque in Bulla Gregorii XIII. de cujus mente controversia est inter Doctores; iis assentior, qui negant, eum reservasse simplicem ingressum, sine licentia, summo Pontifici.

28 Fiat in scriptis licentia, ut supra, nisi ingrediatur una cum Episcop. Prov. 6. vel nisi periculum sit in mora; tunc enim oretenus dari potest, imo, & absque licentia ingressus licet. Bonac. *quæst. 4. punct. 3. n. 2. V. Licentiæ num. 8. 9.*

29 Vicelegatus non potest ingredi sine licentia Episcopi. Congr. Episc. 9. *Martii* 1604.

30 Magistratus, & Deputati ad curam Monialium non debent ingredi cum Episcopo, nisi hic eos elegerit. Eadem 1. *Martii* 1585.

31 Pueri, & puellæ cujusvis minimæ ætatis non possunt admitti intra septa Monialium. Eadem 12. *Febr.* 1585.

32 Ubi viget consuetudo introducendi puellas habitum ibi suscepturas, ut per biduum, aut triduum sint ibidem, toleretur. Eadem 12. *Junii* 1594.

33 Neque possunt admitti consanguineæ ad visitandas ægrotas, etiam in casu mortis. Decisum refert Rodriq. *tom. 1. q. 64. n. 11.*

34 Dari debet licentia in casibus tantum necessariis. Trid. *loc. cit.*

35 Statuat Episcopus quæ opera in monasteriis ingressum virorum necessarium requirant. Prov. 1.

36 Nulla de causa pernoctare possit quispiam in Monasterio, proposita pœna excommunicationis latæ sententiæ. *ibid.*

37 Confessarius non potest ingredi ad aspergendam domum in Sabbato Sancto, neque alio die. Congr. Episc. 4. *Sept.* 1596.

38 Neque ut comitetur medicos, aut operarios. Eadem 23. *Sept.* 1583.

39 Neque ut audiant Confessiones illius infirmæ, quæ potest accedere ad sedem confessionalem. Eadem *ibid.*

40 Neque item prætextu sepeliendæ Monialis, aut officium funerale peragendi. Ead. *ib.*

41 Neque item processionis causa. Prov. 5.

42 In casibus, quibus confessarius eget socio, non est necessaria licentia pro eo expressa. Sanchez *supra lib. 6. cap. 16. n. 47.*

43 Administrata extrema unctione, relinquantur alia Monialibus ad bene moriendum, & exeat confessarius. Cong. Episc. 13. *Sept.* 1583.

44 Neque Confessarius divagetur ad aliam partem monasterii, nec etiam occasione visitandi alias infirmas. Eadem *ibid.*

45 Chirurgi possunt ingredi in casu necessitatis, etiam post signum vespertinum salutationis Angelicæ. Eadem 1593.

46 Quibus cura est Monialium, non possunt ingredi, nisi casibus necessariis, cum paucis senioribus, ac religiosis viris. Greg. XIII. *Anno* 1582.

47 Sub pœna, Episcopis prima vice interdicti ab ingressu Ecclesiæ; tum a munere Pontificali; tum excommunicationis ipso facto, non reservatæ. Idem *ib.*

48 Aliis autem excommunicationis, & aliis pœnis, idem *Anno*, 1575. & reservata absolutio. *Absolutio n.* 15.

49 Episcopus non potest ingredi in monasterium non sibi subditum, extra visitationem clausuræ, sine licentia superioris Monialium. DD. apud Barbos. *alleg.* 102. *n.* 42.

50 Moniales præsumentes admittere alienos sine licentia, vel causa, ut supra, subjiciuntur pœnis excommunicationis reservatæ, & aliis. Greg. *ubi supra* 1575.

51 Præterea tribus mensibus carceri mancipetur ea, quæ introduxerit marem, vel fœminam sine licentia, & singulis sextis feriis panis & aqua tantum illi dentur, & ad annum velo privetur. Prov. 6.

52 Eamdem pœnam luent, quæ rotæ, & januæ præficiuntur, Præfecta, & quævis alia consenserit. *ib.*

53 Præfecta subjacet prædictis pœnis, si non impedierit. Bon. *de clauf. mon. q. 4. pun. 6. n. 16.*

54 Licentiæ Papales revocatæ sunt postremo a Paulo V. ingrediendi monasteria, conservandi, & cibum sumendi sub pœna excommunicationis reservatæ Papæ.

55 Licentiæ in posterum sint nullæ, si non accedit consensus Monialium capitulariter per secreta suffragia. Urban. VIII. 27. *Octobris* 1624. apud Bonac. *de clauf. q.* 4. *pun.* 5. *n.* 8.

56 Visitare potest Episcopus clausuram non sibi subditarum sine assistentia superiorum monasterii. Congr. Episc. 25. *Junii* 1506.

57 Etiamsi numquam alias visitata fuerit. Eadem 24. *Nov.* 1617.

58 Etiamsi alieno Episcopo sit subjectum monasterium, eo modo, quo Regularibus. Decisum refert Barbos. *alleg.* 102. *n.* 6.

59 Et toties quoties expedire judicaverit. Barb. *ibid. n.* 5. & 7.

60 Et interrogare Moniales Regularibus subjectas de pertinentibus ad clausuram. Congreg. Episc. 25. *Febr.* 1583.

61 Et iccirco Monasterium ingredi. Decis. 28. *Aprilis* 1584. refert Barb. *alleg. citata*, *n.* 8.

62 Neque permittat Episcopus deputari a civitatibus aliquos qui comitentur visitatores Monialium Regularibus etiam subjectarum. Congr. Episcopi 22. *Januarii* 1616.

63 Potest Episcopus punire Regulares delinquentes circa clausuram. Greg. XV. *Anno* 1622.

64 Recusantibus visitari quoad clausuram, possunt ostia frangi ab Episcopo. Fuscus *de visit. lib.* 2. *cap.* 19. *ubi plura*.

65 Possunt excommunicari tamquam impedientes jurisdictionem Episcopi: imo excommunicantur in Bulla Cœnæ. *ibid. n.* 15.

66 Invocari potest brachium sæculare; quod si negligat, excommunicari potest. *cap.* 2. *de maledicis*, & *cap.* 1. *de offic. Ordin.*

67 Excusatur a mortali ingrediens ad duos pedes, & statim regrediens. Graff. *de caf. reserv. cap.* 5. *n.* 45.

V. Casus reservati n. 3.

Monialium receptio n. 26. 34.

Monialium educatio activa, *n.* 9. 14.

ADDITIO.

1 Licentia ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subjectarum danda est ab Episcopo, & superiore Regularium Monasterii. *Congreg. Conc.* 13. *Novemb.* 1610. facto verbo cum Sanctissimo, & *Congreg. Episc.* 26. *August.* 1594. & 21. *Febr.* 1617.

2 Idem in Diœcesi servetur, deputato aliquo, qui pro Episcopo agat. *Eadem* 21. *Febr.* 1617.

3 Episcopus seu Vicarius primo loco subscribat: in Diœcesi superior Regularis primo loco. *ib.*

4 Exceptis repentinis casibus, in quibus alterius subscriptio sufficit. *ib.*

5 Edicta vero de accessu ad Moniales subscribenda sunt ab Episcopo tantum. *ib.*

6 Ubi vero est consuetudo, quod a superioribus Regularibus non petatur licentia, servetur. *Cong. Conc.* 21. *Maji* 1630.

7 Licentia est necessaria in scriptis, alioquin excommunicatio incurritur. *Barbos. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 44. *n.* 112.

8 Excepto casu repentino. *ib. n.* 114.

9 Renoventur licentiæ Medicorum, Chirurgorum, & operariorum quolibet trimestri. *Congr. Episc.* 28. *Mart.* 1588.

10 Ad conficiendum panem nullus ingrediatur: canes omnes, seu catelli in Monasterio non admittantur. *Clem. VIII. apud Moscon. de majest. milit. Eccl. lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 4.

11 Fratres minores non possunt eligi ab Episcopo pro sociis, ut simul ingrediantur Monasterium Monialium. *DD. cum Barbos. loc. cit. n.* 109. quia in eorum regula Summi Pont. licentia requiritur.

Monialium collocutio cum exteris.

1 Dictum Episcopi contra colloquentes cum Monialibus sub pœna excommunicationis comprehendit etiam eos, qui adeunt Monasteria Monialium non subjecta Episcopo existentia in sua Diœcesi, si fiat mentio etiam de exemptis. DD. apud Barbos. *alleg.* 102. *n.* 74. 75. *V. Excommunicatio n.* 36.

2 Licentia alloquendi Moniales Regularibus subjectas debet dari ab Ordinario, & superiore Monialium simul. Congr. Episc. 15. *Febr.* 1595. nisi obstet contraria consuetudo.

3 Servetur consuetudo, si est quod detur licentia ab Episcopo, & superiore Monialium exemptarum. Decisum refert Quar. *V. Monast. Moniali a Cong. Conc.*

4 Non permittatur accessus ad Moniales sub prætextu docendi sonum cymbalorum, aut alterius instrumenti, aut musicam, cantumve, ad crates. Congr Episc. 13. *Sept.* 1583.

5 Clericus frequentans monasteria Monialium si monitus ab Episcopo non desistat, est suspendendus. *cap. Monasteria*, *de vita*, & *hon. cler.*

6 Potest etiam excommunicari. *cap. ut clericorum*, *ib.*

7 Patres, & matres Monialium possunt eas alloqui sine licentia, non tamen in diebus prohibitis. Cong. Ep. 15. *Jan.* 1616.

8 Item filii Monialium proprias matres. Eadem 15. *Martii* 1619.

9 Moniales ipsæ ne cum externis loquantur sine licentia superiorum in scriptis. Prov. 1.

10 Pœna iis proposita non loquendi cum externis per tres menses, etiam cum propinquis, est singulis sextis feriis se flagellandi cum Psal. Miserere. *ibid.*

11 Abstineant diebus communionis, festivis, tempore Adventus, Quadragesimæ, & divinorum officiorum, nisi ex necessitate. *ibid.*

12 Præfecta asservet omnes licentias scriptas, quas quisque refert; Episcopoque clausuram visitanti, & quoties voluerit, eas exhibeat, Prov. 6.

V. Hebræi, *num.* 22. *Licentiæ*, *num.* 6. 7. *Monialium communes leges*, *num.* 24. *Regularium jura in ordine ad Moniales*, *num.* 9. & *seqq.*

ADDITIO.

1 Episcopus non potest promulgare excommunicationem contra alloquentes monialem Regularibus subjectam sine licentia ipsorum, sed alias pœnas potest imponere. *Congr. Episcop.* 1. *Sept.* 1617 *apud Barbos. de jure Eccl. lib.* 1. *c.* 44. *n.* 168.

2 Subcollector sine licentia ordinarii alloquens Moniales potest ab Episcopo excommunicari. Decisum refert *Barbos. loc. cit. n.* 154.

Nova additio Editoris.

„ 1 Regulares quicumque absque legitima facultate accedentes ad colloquendum Monialibus, aut aliis intra clausuram degentibus, etiam per quodcumque modicum temporis spatium, peccant mortaliter. S. C. C. approbante Clemente IX. 11. *Maji* 1669.

„ 2 Nec ulla quamvis honesta, & rationabilis causa eximere potest a gravi culpa Regulares accedentes sine Episcopi licentia ad Moniales. S. C. C. 26. *Novembr.* 1672.

„ 3 Eidem culpæ obnoxii sunt Regulares, qui post habitam ad Moniales concionem de quibuscumque rebus cum iisdem loquuntur, nisi specialem quoad hoc ab Episcopo facultatem impetrarint. S. C. C. 21. *Maji* 1678.

Monialium numerus.

1 PRæfignatur Monialium numerus. Pius V. Anno 1566.

2 In tantum numerus constituatur, & conservetur, qui vel ex redditibus propriis, vel ex consuetis eleemosynis commode sustentari possit. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3.

3 In numero Monialium comprehenduntur etiam Conversæ necessariæ. Congr. Episcop. 6. Novembr. 1595.

4 Saltem quindecim Monialium sit numerus. Ead. 27. Maji 1603.

5 Episcopus debet numerum præfigere, etiam in monasteriis exemptis cum interventu superiorum Regularium. Greg. XIII. Anno 1573.

ADDITIO.

1 Virgo non dicitur coacta ingredi religionem, sed tantum inducta, quando a patre instituitur hæres, ea lege, ut in Monasterium ingrediatur, & nisi ingrediatur, instituit Monasterium, & eidem filiæ relinquit aureos 25. pro alimentis. Decisum refert *Nald. v. Virgo n.* 9.

2 Prohibentur munera, quæ erant solita dari in ingressu, seu susceptione habitus; & quod sponte offertur a consanguineis in commune fervetur; neque fiant convivia inter moniales, & multo minus cum sæcularibus. *Clem. VIII. apud Mosron. de majest. mil. Eccl. l.* 1. *p.* 4. *c.* 4.

Monialium receptio.

1 EXcommunicantur omnes, qui quomodocumque Virginem, vel viduam, vel aliam mulierem coegerint invitam ad ingrediendum monasterium, vel habitum suscipiendum religionis, vel ad professionem emittendam. Trid. *sess.* 25. *cap.* 18.

2 Item ii, qui consilium, auxilium, favorem dederint, quique scientes eam non sponte facere quoquo modo eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. *ibid.*

3 Non excommunicantur ii, qui per vim inductivam, non coactivam, coegerint virginem monasterium ingredi. Decisum refert Barbos. *allegat.* 104. *n.* 3.

4 Non impedit metus reverentialis patris, nullis præcedentibus minis, & verberibus. Riccius *in praxi resol.* 599.

5 Effectu secuto, decretum Tridentini intelligitur. Barbos. *n.* 7.

6 Excommunicantur & ii, qui voluntatem prædictarum, vel accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine justa causa impedierint. Trid. *ubi supra*.

7 Viduam non convenit admitti ad habitum monachalem Virginum. Congr. Episc. 29. Januarii 1585.

8 Nullo modo admittatur vidua, ut vivat ibi in habitu laicali. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 31.

9 Illegitimo thoro nata non excluditur. Congreg. Episc. *Anno.* 1592.

10 Tertia soror Monialis, ne admittatur sine licentia sedis Apostolicæ. Ead. 25. Maji 1595.

11 Supernumeraria non potest admitti sine licentia sacræ Congregationis. Ead. 6. Febr. 1615.

12 Ad loca vacatura non dentur expectativæ. Ead. 6. Septemb. 1604. * & 12. Martii 1619.

13 Sub pœna præfectis Monialium privationis suffragii. Ead. 6. Sept. 1604. * & refertur a Campanil. *Rub.* 12. *c.* 16. *n.* 14.

14 Ancillæ ne introducantur in servitium infirmarum, seu decrepitarum, sine licentia Sedis Apostolicæ. Congr. Episc. 22. Augusti 1605.

15 Moniales Sanctæ Claræ regulariter non habent Conversas. Ead. 12. Aprilis 1619.

16 Neque Moniales Sancti Francisci. Ead. 22. Novembr. 1619.

17 Moniali defunctæ, alia subrogetur, non autem in ejus locum supernumeraria. Ead. 19. Apr. 1595. & 6. Septembr. 1604. *apud Camp. l. cit.*

18 Mortua numeraria, etiam Conversa, ad reliquas Moniales spectat capitulariter aliam admittere in ejus locum. Ead. 6. Febr. 1615.

19 Quæ habitum regularem suscipere voluerit, major sit duodecim annis. Trid. *loc. cit. c.* 17.

20 Habeat annum duodecim completum, alias recurratur ad Sac. Congregationem. Congregat. Episc. 1592.

21 Ne-

21 Neque habitum suscipiat, antequam examinetur ab Episcopo, vel ejus delegato. Trid. *loc. cit.*

22 Neque dentur suffragia a Monialibus, antequam fuerit examinata ab Episcopo, & data licentia in scriptis. Prov. 1.

23 Anno saltem, antequam examinetur, propositum suum aperiat Episcopo, Monialibus, & earum superiori. *ibid.*

24 Et licet velit ingredi monasterium Regularibus subjectum, Episcopus tamen examinare illam debet. Congr. Episc. apud Barbos. *alleg.* 100. *num.* 4.

25 Cum examen fit puellæ, moneantur parentes, & alii de excommunicatione lata supra a Concil. Trid. Prov. 1.

26 Neque per plura monasteria vagari permittatur, ut inspiciat, quem sibi deligat locum. Pr. 4.

27 Sed interea confiteatur confessario Monialium semel singulis mensibus, & probetur a Monialibus. Prov. 1.

28 Suffragia deinde dentur tacita, etiam in monasteriis Regularium curæ subjectis. Prov. 4.

29 Et duas partes ex tribus suffragiorum ferat. *ibid.*

30 Certe vota secreta debent excedere majorem Cap. partem. Congr. Episc. 1603.

31 Recepta statim assumat vestes pullas, nigras, vel fuscas, vel albas, non sericas, vale dicens mundo. Prov. 1.

32 Post sex menses a receptione dabitur ei regularis habitus, nisi citius, vel tardius id judicarit Episcopus, & Monialium superior. *ibid.*

33 Deducatur mane nulla pompa, & sola introducatur in Ecclesiam, ubi Missa audita, & sumpta communione vestiatur a superiore, vel Confessario, addito sermone pio. *ibid.*

34 Ne iccirco ingrediatur monasterium, qui eam vestit. Congr. Episc. 13. Sept. 1583.

35 Imponatur ei nomen sanctæ, non gentilis fœminæ. Prov. 1.

36 Si facultas datur, prius Confirmationis sacramentum ei ministretur, quam detur habitus. Prov. 3.

37 Non exeat amplius, nisi pœniteat habitus; si exit, nulla datur redeundi facultas. Prov. 1.

38 Præscribat Episcopus expensas, & sumptus occasione habitus. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. *c.* 16. *n.* 13.

39 Maneant Novitiæ in loco separato. Congreg. Episcop. 1603.

Monialium novitiarum alimenta.

1 Excepto victu, & vestitu Novitiæ, illius temporis, quod est in probatione nihil tribuatur monasterio de bonis ejusdem, sub pœna anathematis dantibus, & accipientibus. Trid. *sess.* 25. *c.* 16.

2 Tempore Novitiatus præbeantur alimenta a consanguineis, præter dotem depositam. Congreg. Episc. 13. Sept. 1583.

3 Præscribat Episcopus alimentorum expensas. Prov. 2.

4 Pecunia vero eo nomine decreta, re ipsa apud certum hominem idoneum deponatur, qui suppeditet necessaria. *ibid.*

5 Anno probationis durante deponatur pecunia, quæ datur nomine dotis, seu alimentorum pro tota vita, & post professionem in bonis stabilibus, seu censibus implicetur. Congr. Episcop. 1581.

6 Solvatur in ære, non in bonis stabilibus. Eadem 28. Martii 1588.

7 Deponatur penes idoneam personam, non affines, neque consanguineos Monialium. Eadem 5. Junii 1615.

8 Pro tertia sorore duplicata portio debet solvi, intra numerum præfixum, & suffragio carebit in Capitulo, quousque altera ex duabus primis ejus sororibus decesserit e vita. Eadem 26. Aug. 1616.

9 Pro quarta sorore triplicata portio danda erit. Eadem. *ibid.*

10 Conversæ supernumerariæ solvant dotem Conversarum duplicatam. Eadem 30. Septembris 1616.

11 Duplex eleemosyna significat duplicatam summam ejus, quæ in receptione Monialis intra numerum dari consuevit, ita tamen, ut, ubi summa minor est ducentis scutis, ibi saltem solvantur 400. & non minus. Ead. 6. Septemb. 1604. * *Apud Campanil. Rubr.* 12. *c.* 16. *n.* 14.

12 Nulla fiat dotium differentia inter terrerias, & advenas. Ead. 30. Sept. 1616.

13 Expendi potest dos in usus communes monasterii necessarios; si vero sit supernumerariarum, omnino in emptionem bonorum stabilium convertatur. Ead. 6. Jun. 1615.

14 Nulla renunciatio, aut obligatio valeat, nisi fiat cum licentia Episcopi, seu Vicarii intra duos menses proximos ante professionem. Trid. *sess.* 25. *c.* 16.

15 Nec intelligatur sortiri effectum suum nisi secuta professione. Idem *ibid.*

16 Si descedat Novitia, restituantur omnia, quæ secum attulit, & cogantur etiam per censuram. Trid. *ibid.*

17 Idem fiat, si moriatur ante professionem. Decisum refert Barb. *alleg.* 101. *n.* 40.

18 Deductis alimentis Novitiatus. *Azor. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *q.* 2.

19 Habitus religiosus non est restituendus, sed pretium. Decisum refert Barbos. *supra n.* 36. *V. Monialium professio n.* 19.

ADDITIO.

1 Mulier, quæ diutius mansit in Monasterio in habitu novitiæ cum licentia permanendi educationis causa, potest valide donare ipsi Monasterio, non obstante Decreto Conc. Trid. quia non est monialis, decisum refert *Barbos. de jure Eccl. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 236.

2 Facta renunciatio intra duos menses, etiamsi differatur professio ex quacumque causa, adhuc valet, decisum refert *Armendar. l. 7. de regul. n.* 28. *apud. Barbos. loc. cit. n.* 254.

Monialium professio.

1 Annus probationis debet esse continuus intra claustra, non interpolatus. DD. apud Barb. *alleg.* 101. *n.* 23.

2 In anno bissextili valida est professio post completos dies 365. Barbos. *ibid. n.* 20.

3 Si Novitia de licentia superiorum exierit cum habitu, curandæ valetudinis gratia, non interrumpitur idcirco annus. DD. *apud eundem ibid. n.* 28.

4 Novitia existens in articulo mortis ætatem habens legitimam potest ante annum finitum profiteri, ut lucretur Indulgentias, ex Privil. Pii V. 21. Maji 1570. si convaluerit, tenetur annum explere. Beja *p.* 4. *casu fin.*

5 Quæ emisit professionem intra annum probationis, ad nihil est obligata, nec in foro conscientiæ. Decis. refert Garz. *p.* 11. *c.* 9. *n.* 6.

6 Regulariter finito Novitiatu, aut profiteatur, aut ejiciatur. Trid. *sess.* 25. *c.* 16.

7 Professio ne fiat ante annum 16. expletum, & annum post habitum susceptum completo. Idem cap. 15.

8 Alias sit nulla. *ibid.*

9 Ante mensem Præfecta tenetur certiorem facere Episc. de tempore professionis, sub pœna suspensionis ab officio, arbitrio Epis. Id. *ib. c.* 17.

10 De professione emittenda certior factus Episcopus intra 25. dies examen perficere tenatur, quibus exactis amplius se non intromittat. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 100. *n.* 3.

11 Vicarius non potest examinare, nisi Episcopo impedito, ex Trid. Barb. *ib. n.* 8.

12 Fiat experimentum, an legere sciat; alias non admittatur. Congr. Episc. 12. Jan. 1604.

13 Ut admittatur ab Episc. sufficit testimonium Præfectæ, quod in Capitulo Monialium partitum de ea admittenda obtentum fuit. Ead. 11. Sept. 1615.

14 Fiat examen hoc ad crates. Decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg.* 100. *n.* 6.

15 Si adeit justa causa, & certa suspicionis fiat examen in Ecclesia monasterii, vel alia. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. *c.* 16. *n.* 15.

16 Inducta per vim in monasterium debet inde educi, & ejus indemnitati provideri. Decisum refertur apud Barb. *loc. cit. n.* 7.

17 Si opus est, debet ab Ordinario præfigi certus dierum numerus 10. vel 20. intra quem Novitia deliberet, an velit profiteri. *ibid.*

18 Ex causa differri potest professio ultra annum. Decis. refert Rodriq. *tom.* 3. *q.* 15. *art.* 10.

19 Contradicente majori parte Monialium non potest Episcopus admittere ad professionem. Bonac. *de clauf. q.* 2. *p.* 10. *diffic.* 2. §. 6. *n.* 6.

20 Omisso examine prædicto, permittendæ sunt tamen professæ in statu suo. Decisum refert Barbos. *loc. cit. n.* 9. ita ut de professione non liceat dubitare ex hac omissione.

21 Si puella 12. annorum conjugata religionem ingreditur, vir ejus cogendus est expectare per quatuor annos, donec illa profiteatur. Barb. *alleg.* 101. *n.* 11.

22 Quæ professa est in anno 15. ætatis suæ post quinquennium dicitur tacite professa. Congreg. Episcop. 22. Novemb. 1619.

23 Propinæ dandæ superioribus in habitu, & professione Monialium sunt prohibitæ, non tamen eleemosynæ, quæ hac occasione per pactum dantur sacristiæ, vel infirmariæ. Eadem 5. Novembr. 1616.

24 Convivia ne fiant in forasteriis Monialium a puellæ consanguineis, nec in habitu, nec in professione. Prov. 1.

25 Expensæ pro professione taxentur ab Episcopo pro rebus necessariis. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. *c.* 16. *n.* 13.

26 Ritus induendi Moniales, & professionis emittendæ, Episcopi cura sit uniformis. Prov. 5.

27 Professio emissa scribatur in libro, & sobscribat professa, si scribere novit, tum superior, qui eam admisit. Prov. 1.

28 Sed potest etiam Abbatissa acceptare professionem. Bon. *ubi sup. q.* 2. *punct.* 10. *difficult.* 2. §. 6. *n.* 3.

ADDITIO.

Potest Episcopus censuris, & pœnis sibi bene visis prohiberi Abbatissis, & superioribus Regularibus Monialium, ne puella professionem emittat, nisi prius explorata illius voluntate ab Ordinario. Decisum refert Barb. *de jure Eccl. lib.* 1. *c.* 44. *n.* 10.

Monialium communes leges.

1 Sedi Apostolicæ immediate subjectæ, etiam nomine Capitulorum S. Petri, vel S. Joannis ab Episcopis tamquam delegatis gubernentur. Trid. *sess.* 25. *c.* 9.

2 Ordinationes pro Monialibus cum suis declarationibus refert suse Quaranta *in Summa Bullar. ex Decreto Sacr. Congr. Episcop. pro Regno Neapolitano.*

3 Priores in professione sunt etiam priores in procedendo, licet receptæ fuerint post inferiores professione. Congreg. Episcop. 26. Junii 1615.

4 In Choro adsint ad officia divina cum habitu congruenti. Prov. 1.

5 Orationi mentali bis in die vacent per dimidiam horam. *ibid.*

6 Semel saltem in mense peccata sua confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trid. *l. cit. c.* 10.

7 Diebus festis sacræ se dent lectioni. Prov. 1.

8 Communitati studeant in cibo, potu, somno, & vestitu. *ibid.*

9 Tol-

9 Tollatur omnis occasio proprietatis. *ibid.*

10 In vestiario communi omnes vestes. Pr. 4.

11 Lectio ad mensam primam, & secundam adhibeatur, cum benedictione mensæ, & gratiarum actione. Prov. 12.

12 E cellis inania amoveantur. *ibid.*

13 Recognoscantur libri earum a superiore, vel Confessario. *ibid.*

14 Neque retineant, nisi probatos ab Ep. Pr. 5.

15 Ter singulis annis Præfecta cum Discretis cellas visitet, & cujusque inquirat suppellectilem. Prov. 1.

16 Prohibeant Ordinarii, etiam in monasteriis sub cura Regularium, ne recreationis tempore utantur habitu virorum, neque armis se cingant. Congr. Ep. 17. Aprilis 1604.

17 Neque utantur vestibus muliebribus sæcularium fœminarum. Prov. 1.

18 Longe minus vestibus sacris. Prov. 4.

19 Neque scribant litteras, nisi ad superiorem, & Episcopum, sine licentia Præfectæ. Prov. 1.

20 Neque ad se missas aperiant, nisi Præfecta prius eas aperuerit, legeritve. *ibid.*

21 Sub pœna scribenti, vel recipienti, ne per duos menses exeat e cella, & jejunet in sextis feriis in pane, & aqua. *ibid.*

22 Si litteræ suspicionem criminis habent, ea præterea privetur facultate loquendi cum exteris per sex menses, & velo. *ibid.*

23 Idcirco non habeant privatim atramentum, nec calamum. Prov. 5.

24 Excommunicatio lata contra loquentes non includit mittentes litteras. DD. apud Barbos. *alleg.* 102. *n.* 81. *&* 82.

25 Tollatur abusus secedendi in cellam, vestiendi vestes lugubres in morte parentum. Congr. Episc. 12. Januar. 1604.

26 Exteris intra monasterium admissis ex solum imperent, quas Præfecta elegerit: aliæ nec eos alloquantur. Prov. 4.

27 Facie sint operta, cum ab aliis videri possunt. *ibid.*

28 Non alantur in monasterio boves, equi, jumenta. Prov. 1.

29 Alias Præfecta per tres menses amoveatur ab officio. *ibid.*

30 Nihil in monasteriis asservetur tritici, & frugum ad usum exterorum. Prov. 4.

31 Neque liceat depositi, aut custodiæ causa habere pecuniam, gemmas, vestes, vasa florum. Prov. 1.

32 Neque cibum parent exteris, aut vendant esculenta, exceptis rebus minimi momenti pro infirmis, & consanguineis. Congr. Episcop. 1. Julii 1606.

33 Veritum quoque sit omnino dari aliquid per rotam, portamve, eleemosynæ causa; sed alia ratione fiat eleemosyna, judicio Episc. Pr. 4.

34 Præscribat Episcopus rationem victus, & taxam, e quibus non recedat Præfecta, sub pœna suspensionis ab officio. *ibid.*

35 Æs alienum supra quinquaginta aureos ne contrahatur, sine consensu Deputatorum, aut etiam Episcopi. *ibid.*

36 Nec ædificium fiat sine iisdem. Prov. 1.

37 Legantur regulæ communes quotidie, saltem caput unum a primo ad ultimum, & deinceps eodem modo. Prov. 1.

38 Decreta quoque majorum ad Moniales attinentia, in communem linguam translata. *ib.*

V. Horæ Canonicæ, n. 16.

Monialium Officiales, n. 39.

ADDITIO.

Ex Constit. Clem. VIII. apud Moscon. de majest. milit. Eccl. lib. 1. *p.* 4. *hæc jubentur.*

1 Litteræ, seu Epistolæ nullo modo a Monialibus scribantur sine licentia superiorum, nec recipiantur, nisi prius lectæ fuerint a Præfecta Monasterii.

2 Prohibeant Prælati, ne a Monialibus munera fiant aliis sæcularibus, nisi, quæ charitatis causa judicaverit Præfecta, de bonis communibus, nomine, & de licentia conventus: mellaria penitus abolenda; tantummodo esculenta, & poculenta parva munuscula concedantur eo modo, & forma, quibus supra.

3 Nulla Monialis audeat accipere aliquid de communi sine licentia, neque officiales possint aliquid expendere de bonis communibus sine dicta licentia.

4 Nulla Monialis possit dispensare aliquid de bonis suis; & si quæ dispensationes fiant, nullæ intelligantur, & applicentur Monasteriis.

5 Nulla item ponatur in Infirmaria, nisi jussu Medici.

6 Prohibeantur cantus figurati, & instrumenta omnia ad sonum, organa in Ecclesia extra clausuram permittuntur, & Moniales per se ipsas dicant officium divinum.

7 Nulla Monialis, vel alia persona sæcularis audeat celebrare facere in Ecclesiis Monialium privatas Missas, præter eas, quæ a Capellanis deputatis celebrari solent, sine licentia ordinarii.

8 Unaquæque Monialis, sola dormiat, & tot cellæ fiant, quot Moniales. *Hæc Clem. VIII.*

Monialium Officiales.

1 Electio Abbatissarum, & Præfectarum fiat per vota secreta, ita ut eligentium nomina nunquam publicentur. Trid. *sess.* 25. *c.* 6.

2 Filia scenici, vel histrionis non potest eligi in Abbatissam. Majol. *de irreg. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 12.

3 Neque corrupta virgo, quantumvis pœnitens, & irreprehensibiliter vivens sine Papæ dispensatione. Id. *ibid. n.* 13.

4 Neque bigama, neque ea, quæ post votum castitatis prævaricata est, cum qua Episcopus non potest dispensare. Idem *ibid. n.* 14.

5 Neque violans Interdictum. Id. *ib. n.* 46.

6 Neque vidua, sine licentia sedis Apostolicæ. Congr. Episc. 15. Jul. 1616.

7 Illegitimo thoro nata non excluditur, quominus Abbatissa possit eligi. Eadem 1592. *contra Majolum loc. cit. n.* 10. 11.

8 Excluditur Monialis ambiens Præfecturam. Prov. 1.

9 Ne sit minor 40. annis, & quæ octo annis post professionem expressam laudabiliter vixerit. Trid. *loc. cit. cap.* 7.

10 Si nulla sit cum prædictis qualitatibus, ex alio monasterio ejusdem Ordinis eligatur. Idem *ibid.*

11 Si incommodum est eligatur ex iis, quæ 30. annum excesserint, & annis quinque post professionem recte vixerit, Episcopo consentiente. Idem *ibid.*

12 In electione Præfectæ Monialium Regularibus subjectarum potest Episcopus interesse per se, vel per alium, una cum superioribus earum, sine impensa earumdem. Greg. XV. Anno 1622. *

13 Unde debet moneri, & expectari usque ad tempus præfinitum ab Episcopo, si velit adesse; secus, eo non monito, vel non expectato, poterit ille punire Regulares. Cong. Conc. *decreto impresso* 1626. *

14 Jus tamen confirmandi Præfectas non datur Episcopis. Ead. *in declar. impressa*. 1623.

15 Qui electioni præest, ante cancellorum fenestellam accipiat vota. Trid. *loc. cit. cap.* 7.

16 Debet eligi Abbatissa cum duabus partibus suffragiorum ex tribus, nisi aliud habeat consuetudo. Congr. Episc. 20. Novembr. 1585.

17 Potest fieri per vota oretenus accepta a superioribus cum duobus testibus. Decisum referunt DD. apud. Barb. *alleg.* 101. *n.* 46.

18 Ad suffragia ægrotarum recipienda in hac electione non licet ingredi monasterium. Congreg. Episc. 21. Jun. 1595.

19 Ultra triennium ne duret officium, sub pœna nullitatis. Greg. XIII. Anno 1583.

20 Neque Episcopus potest prorogare triennium. Congr. Episc. 20. Febr. 1615.

21 Et Decretum Greg. XIII. servetur in omnibus monasteriis, etiam militiarum, & Jerosolymitanæ. Eadem 22. Maji 1604.

22 Possunt tamen eligi singulis annis intra triennium. Eadem 18. Septemb. 1595.

23 Vicaria ne sit soror Præfectæ, quæ neque sit Discreta, neque janitrix, neque scriba, neque Cellararia. Prov. 1.

24 Discretæ quatuor sint, & sex si ultra 40. sint Moniales. *ibid.*

25 Vicaria, & Discretæ, si mos est, tacitis suffragiis eligantur coram superiore, aut ejus ministro. *ib.*

26 Satis est si cum pluribus votis dimidia parte. *ib.*

27 Aliæ Officiales (nisi Monialium suffragiis creari solent) eligantur ab eo, qui electioni præest, una cum Confessario, Præfecta, Vicaria, & Discretis.

28 Monialis ambiens officia directe per se, aut per aliam in Capitulo per tres sextas ferias ad pedes singularum terram deosculans suam accuset ambitionem. *ib.*

29 Idem faciant eæ, quæ illi faverint, & officio obtento privetur, arbitrio superioris. *ib.*

30 Duæ Moniales maturæ præficiantur Monialium laboribus. *ibid.*

31 Et curent in loco laborum adhiberi lectionem. *ib.*

32 Duæ aliæ præficiantur custodiæ tritici, & farinæ cum duabus diversis clavibus. *ib.*

33 Electæ suscipiant officia data, alioquin sine justa causa a superiore probata ejusdem arbitrio jure suffragii priventur. *ib.*

34 Biennio durent officia, aut, ubi est consuetudo, ad summum triennio, vacent deinde tantumdem temporis, nisi ex gravi causa, judicio superioris. *ib.*

35 Amoveri tamen possunt ante tempus ob culpam ipsarum. *ib.*

36 Præfecta in gravioribus negotiis consulat suas Discretas. *ib.*

37 In gravissimis convocet Capitulum: in quo jus suffragii non habeant, nisi, quæ triennio moratæ fuerint post professionem. *ib.*

38 Singulis tribus mensibus ad Capitulum referat summarie rationes dati, & accepti; quotannis autem superiori, & curatoribus deputatis. *ib.*

39 Arca pecuniæ communis habeatur cum duplici clave, altera apud Præfectam, altera apud majorem discretam. *ib.*

40 Ambæ intersint, cum scriba, ad deponendam, seu extrahendam pecuniam. *ib. V. Abbatissa, n. 6. Monialium Novit. alimenta, n.* 7.

ADDITIO.

1 Non excusantur, si per ignorantiam Decreti Concil. Trident. eligant Abbatissam per vota non secreta, & electio est nulla, ita ut neque Episcopus dispensare possit in hac nullitate. Decisum referunt *DD. apud Barbos. de jure Eccl. lib.* 1. *c.* 45. *n.* 6.

2 Non est Secreta electio, quando unum suffragium publicatur. *Rota apud eumdem. ibid. num.* 12.

3 Item, quando aliqui ex electoribus unicam schedulam recipiunt unico nomine, & nomen electi notum scribæ, vel alteri reponunt in capsula. *ibid. n.* 13.

4 Item, quando accipiunt de manu scribæ duas schedulas, & unam, quam voluerint, reponunt, alteram scindunt. Decisum referunt DD. *ubi supra n.* 13.

5 Item, quando eligentes schedulam reponunt aliquo signo notatam, ut innotescat scrutatoribus, vel uni ex illis, quod talis elector eligit illum notatum in schedula. Decisum referunt *DD. ibid. n.* 14.

6 Si discordant moniales in electione Episcopus assignet certum tempus, quo elapso potest Epi-

Epifcopus nominare, quam voluerit. *Cong. Ep.* 20 *Nov.* 1585. *ubi fupra n.* 27.

7 Votum dare non poteft Epifcopus, aut alius fcrutator in cafu difcordiæ. Decifum refert *Lavor. var. Lucubr. tit.* 4. *c.* 24. *n.* 42.

8 Electio Priorifſarum S. Claræ per fchedulas, & vota fecreta fiat; alias eft nulla. *Sixt.V. apud Em. Rodr. in addit. tom.* 3. *n.* 12.

9 Conftitutiones Greg. XIII. & Sixti V. de triennio in Abbatiffarum electione locum non habent in iis, quæ fiunt per præfentationem, & inftitutionem. *Barb. l. c. n.* 37.

10 Illegitima fi eligatur in Abbatiffam, vel Priorifſam (feclufis Religiofonum privilegiis) electio eft nulla. Decifum referunt *DD. cum Barb. l. c. n.* 21.

11 Janitrices, Afcultatrices, & facriftæ fint annorum 40. vel de fenioribus Monafterii, & feniores comitentur ingredientes Monafterium. *Clem. VIII. apud Mofcon. de majeft. Ecclef. lib.* 1. *parte* 4. *c.* 4.

Monialium Converfæ.

1 PRo quæritando victu Monialium provideant Ordinarii de Converfis, aut piis perfonis. Pius V. Anno 1566.

2 Converfis minimum 40. annos natis, & fuperioris probatis facultas fit exeundi pro neceffariis negotiis, permittente etiam Præfecta. Pr. 1.

3 Cui etiam liberum fit eas intra fepta femper retinere, & erit laudabilius. *ib.*

4 Exeuntes prodeant binæ, neque longius procedant, quam ut fe invicem afpicere, & audire poffint. *ib.*

5 Si contingat ex urbe egredi, dormiant in eodem lecto. *ib.*

6 Caveant, ne in cujufquam famofæ perfonæ domum introeant, neque in locis fufpectis pernoctent. *ib.*

7 Neque litteras, mandatave clam perferant. *ibidem.*

8 Delinquentibus pœna fit carcer, aut etiam gravior. *ib.*

V. Monialium claufura n. 18. 19. 21.
Monialium receptio, n. 14. 15. 16.
Monialium alimenta, n. 10.

ADDITIO.

1 Nulla Monialis poffit retinere converfas penes fe, & numerus converfarum non excedat tertiam partem Monialium. *Clem. VIII. apud Mofcon. de majeft. mil. Eccl. l.* 1. *p.* 4. *c.* 4. §

2 Famulæ fæculares pro fervitiis particularium Monialium ne permittantur. *Idem ib.*

Monialium educatio activa.

1 EXcommunicantur a Concilio Trid. cogentes fœminam ad monafterii ingreffum, ut ibi fæculari habitu retento educetur, donec ætatis aptæ fit matrimonio. DD. apud Barbof. *alleg.* 104. *n.* 5.

2 Nimirum effectu fecuto. *ib. n.* 7.

3 Ubi prohibitum eft admitti puellas ad habitum monachalem, ibi ne admittantur ad educationem. Congr. Epifc. 28. Martii 1588.

4 Neque fiat educatio in monafterio Converfitarum. Eadem 12. Martii 1619.

5 Quæ tuto domi non poffunt ali, fuppeditato victu, in monafteriis collocandæ funt. *ib.*

6 Viduis, & aliis nobilibus non concedatur, nifi a Papa, ut in monafterio perpetuo vivant, & cum confenfu Monialium. Decifum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 102. *n.* 67.

7 Determinetur numerus puellarum educandarum. Congr. Epifc. 27. Maji 1603.

8 Ne admittantur fine licentia Sacræ Congr. Epifc. & cum conditionibus ab ea præfcriptis. Eadem *ib.*

9 Nimirum: ne fint minores feptennio, neque majores annis 25. fine ancillis ingrediantur; fi femel egrediantur, ne poffint redire; teneantur ad claufuram: recipiantur cum licentia in fcriptis de confenfu Abbatiffæ: fi ob ægritudinem de confenfu fuperioris, Abbatiffæ, & Monialium exierint, cum eorumdem confenfu redire poffunt: utantur veftimento modeftiæ virginalis; non fint fupra numerum: quolibet femeftri anticipata folvatur portio pro alimentis: fit locus feparatus a Monialibus pro earum dormitione, & operibus. Hæc apud Zer. *in Prax. V. Moniales.*

10 Et requiritur confenfus Monialium fingillatim, ut admittantur. Congr. Epifc. 4. Jan. 1608.

11 Neque permittatur, quod iifdem dietim a parentibus tranfmittatur victus, fed certa folvatur pecunia. Eadem 27. Maji 1603.

12 Expleto ætatis ann. 25. Epifcopus conftituat terminum ad exeundum, vel habitum regularem fufcipiendum. Decifum refert Fr. Leo. *in Thef. fori, p.* 2. *c.* 16. *n.* 54. *& Barb. alleg.* 102. *n.* 65.

13 Quæcumque ex iis voluerit Monialis fieri, ad fuos redeat apud quos per menfem maneat, antequam examinetur ab Epifcopo. Provinc. 1.

14 Si infirmentur, & teftari velint, dari debet licentia Notario, & teftibus ingrediendi monafterium. Congr. Epifc. 1595. *citata a Nald. V. Moniales, n.* 14.

Monialium confecratio.

1 TOllenda potius eft hæc confecratio. Congr. Epifc. 5. Dec. 1597. *tefte Praxi nova. Epifc. p.* 1. *c.* 2. *n.* 3. *ver. Virgines.*

2 Non conceditur Monialibus Ordinum Mendicantium. Eadem 30. Sept. 1616.

3 Quæ confecrandæ funt, agant annum 15. ætatis completum. Eadem *ib.*

4 Non debet ideo Epifcopus ingredi monafterium.

rium. Eadem 13. Sept. 1583. *V. Monialium clausura*, *n.* 12. 46.

5 Fiat consecratio ad fenestellam communionis, neque e clausura egrediantur. Eadem 30. Sept. 1616.

6 Episcopus non potest demandare Sacerdoti consecrationem Virginum. Majol. *de irregul. l.* 1. *c.* 29. *n.* 38.

7 Sed tantum benedictionem. Ugol. *de pot. Episc. c.* 4. §. 11. *n.* 1. sed benedictio est consecratio, mutato nomine Virginitatis in alia honesta verba si vere non est Virgo; & de hac loquitur Ugol. *ibi*, *&* *c.* 32. §. 1. *n.* 2.

Monialium cura spiritualis.

1 Episcopus gubernet Moniales spirituali gubernio, non temporali. Congr. Conc. *ad sess.* 25. *c.* 9.

2 Moniales invicem se percutientes, etiam exemptas, potest Episcopus absolvere. Barbos. *alleg.* 105. *n.* 55.

3 Visitet quoad clausuram omnes. *Vide supra*, *Monialium clausura a n.* 56.

4 In visitatione Monialium audiet eas ad crates, non intra septa monasterii. Gavantus *de Visitat.* §. 8. *in Annot.*

5 De quibus examen fiat in visitatione, compendio collegit Gavantus *ib.* §. 11. *a n.* 16.

6 Confessarii sint ætate provecti, & prudentes, qui semel saltem in mense Moniales audiant, eisque Eucharistiam ministrent. Prov. 1.

7 Ordinarii triennio tantum durent. Congr. Episc. 4. Julii 1594. & refert Campanil. *Rubr.* 12. *c.* 16. *n.* 5.

8 Etiam ii, qui Regularibus subjectas audiunt. Eadem 15. Febr. 1593.

9 Mutentur post biennium, & ad summum post triennium. Prov. 1.

10 Habentes curam animarum munere confessarii Ordinarii Monialium fungi non possunt. Congr. Episc. 10. Apr. 1615.

11 Extraordinarius confessarius bis, aut ter in anno offeratur Monialibus. Trid. *sess.* 25. *c.* 10.

12 Deputentur extraordinarii in communi, non in particulari pro hac, vel illa. Congreg. Episc. 15. Febr. 1593.

13 Qui fuit Ordinarius aliquando, ne detur iisdem ut extraordinarius, nisi aliud Episcopo videatur. Prov. 3.

14 Monialium Regularibus subjectarum confessarii Ordinarii, & extraordinarii sunt approbandi ab Episcopo. Greg. XV. An. 1622. * (*a*)

(*a*) „ Semel autem saltem in anno Confessa„ rius extraordinarius Monialium Regularibus „ subjectarum deputandus erit Presbyter aliquis „ ad id approbatus secularis, vel alterius ordi„ nis Regularis: quod si id a Regularibus ne„ gligeretur, tunc Episcopi, pro sui arbitrio & „ conscientia deputationem hujusmodi facere va„ lerent; nec illa quovis titulo aut prætextu „ posset a Superioribus Regularibus impediri. „ Benedictus XIV. in Constitutione *Pastoralis* „ *cura*.

15 Post debitam monitionem factam superioribus potest eos Episcopus amovere. *ib.*

16 Nec satis est, quod ii sint approbati ad laicorum confessiones, sed nova opus est approbatione. Declar. Greg. XV. Anno 1623.

17 Neque approbatus pro uno monasterio censetur approbatus pro alio. *ib.*

18 Aliter confessiones sunt nullæ. *ib.*

19 Neque extraordinarius pro una vice approbatus potest pluries easdem audire. *ib.*

20 Non tenetur Episcopus, significare caussam superioribus, cur amoveat confessarium, ejus tamen oneratur conscientia. *ib.*

21 Confessionalia ne sint in sacristiis, seu locis occultis, & remotis, sed in Ecclesiis exterioribus. Congr. Epis. 29. Nov. 1605.

22 Ingredi possunt de licentia superiorum ad ministranda sacramenta infirmis: quo casu, duæ, aut tres seniores semper assistant. Prov. 1.

23 Etiam post datum signum Salut. Angelicæ vespertinum. Congr. Episc. 1593.

24 In aliis casibus. *Vide supra Monialium clausura a n.* 37. *ad* 44.

25 Ne morentur in domibus Monialium cibi capiendi causa, nisi confessionis tempore. Pr. 1.

26 In habitatione pro confessario contigua monasterio ne sint rotæ, crates, neque januæ, quibus eatur in Ecclesiam. Congr. Episc. 13. Sept. 1583.

27 Neque lecti habeantur ibi. Ead. 7. Martii 1617.

28 Non dietim victus illis subministretur, sed quædam pecuniæ summa quotannis constituatur. Eadem 22. Aug. 1605.

29 Neque aliud communiter, seu privatim illis tribuatur, neque ii sponte oblatum, aut donatum quidquam recipiant, propositis pœnis, non tamen censuris. Eadem 29. Nov. 1605.

30 Si exorcizanda est a confessario Monialis habita licentia a sede Apostolica, exorcizetur in Ecclesia exteriori clausis januis, præsentibus fœminis honestis consanguineis, vel aliis provectæ ætatis, neque alio divertatur. Eadem 1. Julii 1606.

31 In sepultura Monialium nullum jus competit Parocho, sed tantum confessario. Ead. 7. Jan. 1603.

32 Cappellani Monialium approbentur a superiore monasterii. Prov. 1.

33 Missam dicere possunt, quæ concordat cum officio Monialium in Choro, sed ritu Romano, qui Romano utuntur Breviario, & Missa sumpta de Communi, si propria non habetur in Missali Romano. Congr. Rit. 20. Nov. 1628.

34 Annuum stipendium certa summa pecuniæ detur, nisi Episcopus ejus loco dari triticum, vel vinum concesserit. Prov. 4.

55 Nihil accipiant, etiam quod usui sacro deserviat, neve quid elaboratum, ac ne laborem quidem, opusve, quod in vestibus sarciendis ponitur. *ib.*

36 Ne-

36 Neque ab ulla, nisi a Præfecta, seu ea, quæ sacristiæ præest, celebrandi Missas munus suscipiant. *ib.*

37 Neque colloquantur cum Monialibus sine licentia in scriptis, nisi cum iis, quæ sacristiæ præsunt, & de necessariis, ad rotam Ecclesiæ. Prov. 1.

38 Concionatores dentur apti saltem bis in singulis mensibus ad cancellos collocutorii, vel Ecclesiæ. *ib.*

39 Neque iis liceat cum Monialibus separatim loqui. *ib.*

V. Missa, *n.* 8. 21.

A D D I T I O.

1 Non licet Generali audire confessiones Monialium sui ordinis sine deputatione speciali Episcopi. *Congr. Conc.* 13. *Nov.* 1627.

Monialium cura in temporalibus.

1 MOniales eæ, quæ vigore instituti sui bona stabilia non possederunt, in posterum ea possunt retinere. Congr. Episcop. 28. Martii 1588.

2 Omnia bona mobilia, & immobilia Conventui incorporentur. Trid. *sess.* 25. *c.* 2.

3 Administratio bonorum sit penes Officiales tantum, & hæ sint amovibiles. *ib.*

4 Mobilium usus sit pro necessitate cujusque, & juxta statum paupertatis, quam profitentur. *ib.*

5 Quæ in his deliquerit, biennio voce activa, & passiva privata sit. *ib.*

6 Quidquid acquisierint, ad Abbatissam deferatur, quæ in primis subveniat, arbitrio suo, necessitatibus illius, cujus opera, vel contemplatione sunt res datæ: reliquum convertatur in usum communem. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 103. *n.* 3.

7 Si ære alieno gravatæ non habent unde vivant, vestiantve, adstringantur parentes, & consanguinei usque ad secundum gradum, nec non hæredes bonorum eorumdem parentum ad iis subveniendum. Congr. Episc. 1592.

8 Prædia locentur, sub hasta actione facta, nisi aliud magis expediat. Prov. 4.

9 Ne cogantur Moniales contribuere aliquid Seminario, si beneficia non sint eis unita. Congr. Episc. 1593.

10 Si quæ fiant alienationes, moneatur Episcopus. Prov. 4.

11 Inventarium bonorum, & jurium in Archivio Episcopali asservetur. *ib.*

12 Non possunt Ordinarii deputare religiosos particulares cujuscumque gradus in administratores bonorum Monialium. Congr. Episc. 22. Aug. 1605.

13 Procuratores Monialium quolibet triennio mutari debent. Eadem 31. Julii 1615.

14 Iidem quotannis suæ administrationis rationem reddant. Prov. 1.

15 Præfecta quoque deputatis curatoribus. *ib.*

16 Eadem neminem admittat ad monasterii procurationem, vel famulatum, quem non probarit Episcopus. *ib.*

17 Et eodem modo eligantur medici, tonsores, & alii ministri. *ib.*

18 Translata Moniali ad aliud Monasterium pro ejusdem gubernatione, non licet transferre fructus dotales. Congr. Episc. 9. Oct. 1618.

19 Fugitiva Moniali inter Convertitas reposita, dentur monasterio Convertitarum bona illius; sed post ejus obitum priori monasterio restituantur. Prov. 6.

V. Monialium clausura, *num.* 22. 35. *Monialium communes leges*, *n.* 34. 35. 36. *Monialium Officiales*, *n.* 37. 38. *Munerum largitio per totum*. *Regul. jura in ordine ad Monial. n.* 14. 15. 16.

Monitoria.

V. Excommunicatio.

Montes pietatis.

1 APprobantur cum solutione ultra sortem pro ministris, & rerum custodia. Leo X. Anno 1515.

2 Moderata sit tamen solutio. *ib.*

3 Prædicantes contra Montes rite institutos, seu disputantes, ipso facto sunt excommunicati. *ib.*

4 Episcopi ex officio suo juxta sacros Canones cognoscant Eleemosynas Montis pietatis, seu charitatis, & exequantur, non obstantibus quibuscumque. Trid. *sess.* 22. *c.* 8.

5 Etiamsi cura ad laicos pertineat, & exemptionis privilegio sint muniti. *ib.*

6 In statu Ecclesiastico excommunicantur omnes inferiores Episcopis, qui quovis prætextu, vel colore, præsumunt pecunias ad Montes pios attinentes in alios, quam in usus pauperum, disponere, cum obligatione restituendi. Paulus V. *apud Nald. v. Furtum*, *n.* 12.

Munerum largitio vetita Regularibus.

1 NIhil donare possunt Regulares utriusque sexus. Clem. VIII. Anno 1594.

2 Præter leviora esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem spectantia, nomine communi. *ib.*

3 Neque per se, neque per alios. *ib.*

4 Neque Ordinariis ex causa benedictionis, habitus tradendi, aut professionis Monialium. *ibidem*.

5 Neque ipsis Religiosis inter se, nisi minima, & cum licentia superiorum in scriptis. *ibidem*.

6 Prohibetur etiam erogatio pecuniæ in honorem alicujus, seu grati animi testificationem quovis modo significandam. *ib.*

7 Quicumque recipit tenetur ad restitutionem monasterio. *ib.*

8 Pœnæ imponantur dantibus, privationis officiorum, inhabilitatis vocis activæ, & passivæ, ipso facto, furti, & simoniæ. *ib.*

9 Quotannis leguntur hæc coram Regularibus, & pro Monialibus in communem convertantur linguam. *ib.*

Notarius.

1 POssunt examinari ab Episcopo Notarii quicumque ii sint, & inepti prohiberi ad tempus, & in perpetuum. Trid. *sess.* 22. *c.* 10.

2 Collegium Notariorum Curiæ Episcopalis, si multi sunt, instituatur, quod certum numerum pro Diœcesis conditione contineat. Prov. 1.

3 Statuta conficiantur, ab Episcopo approbanda. *ib.*

4 Idonei tantum per examen Episcopi recipiantur. *ib.*

5 Rejiciantur ii, qui de jure non possunt esse testes, ut indigni.

6 Neque admittantur ii, qui 25. ann. non attigerint, & per quadriennium in Notariatus officio integre, periteque non sunt versati. *ib.*

7 Jurent se nihil dedisse, vel promisisse pro obtinendo hoc officio, antequam admittantur. *ib.*

8 Itemque quod fideliter munus hoc exercebunt, nihil recipient a litigatoribus, vel aliis eorum nomine, præter taxam Episcopi; non curabunt, ut sibi causæ committantur; neque promotores erunt, vel procuratores in causis, coram Episcopo, aut Vicario, eorumve ministro. *ib.*

9 Item quod omnes actus judiciales conscribent, conscriptos, & instrumenta, & omnia alia in causis producta in regestem referunt, debitamque copiam dabunt, sine fraude, contenti taxata mercede. *ib.*

10 Itemque quod secreta officii, & causarum nemini patefacient, præsertim dicta testium, & consilia Assessorum, donec sententiæ latæ fuerint, & subscriptæ. *ib.*

11 Denique jurent, quod mandatis Episcopi parebunt, instituta officii, & jussa Officialium Collegii servabunt, & prædicta omnia sine dolo inviolate præstabunt. *ib.*

12 Originales processus nemini deferant, nisi alicujus inopia aliud Episcopo suadeat. *ib.*

13 Et tunc nonnisi in proprio pluteo, Archiive loco, neque alio asportari liceat, etiam de consensu partium, præterquam judici causæ ostendenda. Prov. 5.

14 Nihil edatur sine licentia Vicarii sub pœna amissionis officii. *ib.*

15 Denuncient legata pia post tres saltem menses a morte testatorum sub pœna excommunicationis ipso facto. Prov. 2.

16 Notarii quorumcumque locorum teneantur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis officiorum, ac solutione dupli, revelare omnes dispositiones in favorem Sac. Ædis Lauretanæ factas, vel faciendas intra octo menses a die mortis disponentis, extra Italiam; intra vero infra tres menses. Pius V. *apud Naldum. V. Eleemosyna n.* 12.

17 Si autem dispositio esset inter vivos, intra idem spatium a die solutionis faciendæ computandum. Idem *ib.*

18 Quam brevissime possunt, scribant rejectis supervacaneis, maxime in repetitionibus dignitatis judicum, vel litigatorum. Prov. 1.

19 In criminalibus potest Episcopus uti Notario criminali civitatis; qui, si advena sit, non excedat tamen taxam sub quovis prætextu. Congr. Episc. 14. Apr. 1615.

20 Ubi non sunt Notarii in Diœcesi, adhibeantur duo vitæ integritate homines, qui acta conscribant, iisque mercedis taxa major ne sit, quam Notariis præscripta. Prov. 3.

21 Cancellariæ ne vendantur, locenturve, nec earum nomine quidquam solvatur quotannis quovis prætextu. Prov. 1.

22 Tabella edatur earum, quæ sunt expedienda gratis. Prov. 5.

23 Pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus ordinum servetur decretum Conc. Trid. *ib. V. Litt. dimissoriæ, & testimoniales, n.* 1445.

24 Munera quæcumque ne recipiant Notarii, prout in juramento supra posito. Prov. 4.

25 Idem extenditur ad scriptores Cancellariæ Episcopalis. Prov. 5.

26 Mercedem, quam acceperint, scribant in fine causæ, seu processus, notatis diebus, quibus divisim acceperint. Prov. 4.

27 De emolumentis Cancellariæ Episcopalis nihil prorsus utilitatis privatæ ad Episcopum, ejusve mensam, aut Vicarium, aliosve nisi ad Cancellariam, Cancellarium, & ministros perveniat, sub pœna quadrupli in Ecclesiæ restaurationem, vel sacristiæ usum erogandi. Prov. 5.

28 Certus in ea habeatur liber provisionum Ecclesiarum, Parochialium præsertim, aliorumque beneficiorum, quæ examine adhibito conferuntur, in quo scribantur acta examinis, dies vacationis, & modus; dies edicti, & prorogationis ejusdem, nomina examinatorum, & examinandorum, dies examinis, rejectorum, approbatorum, nomen electi ab Episcopo, & his similia. *ib.*

29 In alio libro scribantur confessarii, concionatores approbati, seu rejecti cum nominibus examinatorum. Item ordinati, & alii, qui examini subjiciuntur. *ib.*

30 Alia notabiliora, & criminalia quoque in tabellas referantur. *ib.*

31 Notarios Episcopales tenentur omnino sibi sumere Judices, & alii in litteris remissorialibus, & compulsorialibus Ecclesiasticis deputati in iis exequendis. Prov. 7.

32 Notarius Episcopi gaudet privilegio fori. Gratian. *discep. c.* 340. *tom.* 2. Et si delinquit, etiamsi sit laicus, punitur ab Episcopo. Ricciul. *in pra-*

In praxi resol. 471. *n.* 3. *V. Forum Episcopale*, *n.* 31. 59. 68. *Visitatio Episcopi*, *n.* 58.

Nuncius Apostolicus.

1 NOn debet exercere Divina in Ecclesia Archiepiscopi sine ejusdem licentia. *Congr. Rit.* 9. *Martii* 1593.

2 Non potest ordinare Clericos illius Provinciæ ordinibus sacris sine facultate sedis Apostolicæ, sub pœnis. *Conc. Trid. Congr. Conc.* 16. *Apr.* 1633. *Vide Archiepiscopus.*

Oblationes.

1 OBlationum institutum in Cathedrali, seu Parochiali Ecclesia ad Missæ sacrificium conservetur, & ubi non est, restituatur. Prov. 4.

2 Aliis in Ecclesiis interdicitur oblatio. *ib.*

3 Ad consuetudinem retinendam oblationum populi cogi possunt, non a Sacerdote, sed ab Episcopo, cujus auxilium est implorandum. Sylv. *V. Decima q.* 2.

4 Non potest civitas per statutum mutare solitas oblationes. Idem *ib. Secundum.*

5 Oblatio in Missa fiat dum canitur Offertorium, & omnino, ante oblationem Hostiæ. Pr. 4.

6 Primo mares, deinde fœminæ offerant. Pr. 1.

7 Neque patena, sed crux, aut sacra imago ad osculandum eo casu præbeantur. Prov. 3.

8 A notorie criminosis ne accipiatur oblatio. Prov. 4.

9 Nec ideo Sacerdos longe discedat ab altari, minusque per Ecclesiam eidem ire liceat ordinarie. *ib.*

10 Offerentium commemoratio fiat in Missa. *ib.*

11 Oblationes factæ in Missa Episcopi celebrantis in aliqua Ecclesia Parochiali, sunt Episcopi, nisi celebret ibi nimis frequenter. Genuens. *infra n.* 89.

12 Oblatio facta in Cathedrali, nisi ad certos usus fiat, Episcopi arbitrio reservatur. Prov. 4.

13 In Parochiali facta, seu in alia Ecclesia de licentia superiorum intra fines Parochiæ, Parocho detur. *ib.*

14 Oblatio facta cappellæ, seu altari, in dubio præsumitur facta intuitu Ecclesiæ, & est Rectoris, non capellani. Gen. *in praxi Neap. c.* 57. *q.* 2. *n.* 3.

15 Occurrente festo principali in die Dominico, oblationes, si ad diversos attinent, ratione festi, & Dominicæ, dividantur. Idem *ib. n.* 11.

16 Pactio quævis de dividendis oblationibus, irrita sit, & puniatur. Prov. 4.

17 Neque locari possint oblationes futuræ, neque super his contractus iniri, pœna gravi, etiam Parocho, proposita. *ib.*

18 Neque imagines cereæ voti causa oblatæ vendi tari possint sæpius, inconsulto Episcopo, neque vendi, etiam si sint confractæ. *ib.*

V. Missæ ritus, *n.* 22. *Usura*, *n.* 13. 14.

ADDITIO.

1 QUæ fiunt tempore Jubilæi, vel anno sancto in Ecclesia Cathedrali spectant ad Archipresbyterum, cui incumbit animarum cura; non ad Episcopum. *DD. cum Barb. de jure Eccl. l.* 3. *c.* 23. *n.* 37.

2 Quæ fiunt ad imagines depictas in pariete domus alicujus personæ privatæ Parochiali Ecclesiæ debentur, intra cujus fines situs est paries, nisi offerens obtulisset contemplatione Domini domus, puta, quia pauper, &c. *ib. n.* 26.

3 Parocho nimirum, non Episcopo. Decisum refertur *ib. n.* 29.

4 Oblata celebranti in Ecclesia, cedunt illius Rectori. *ib. n.* 28.

Olea Sacra.

1 EPiscopus duarum civitatum debet conficere Chrisma, & Olea Sacra alternis annis in utraque. *cap. te referente* 12. Gratian. *in discept. forens. t.* 4. *discep.* 655. *n.* 24.

2 Tempore Interdicti potest publice consecrari Chrisma. Contra communem, probat optime Barb. *alleg.* 31. *n.* 25.

3 Ad ejus consecrationem omnino adsint ii, quos vocarit Episcopus. Prov. 1.

4 Ad sacra olea accipienda mittantur tres phialæ stanneæ intra capsulam, ita clausæ, ut minister solus Ecclesiæ Cathedralis eam aperire possit, & nullus alius in via. Prov. 4.

5 Capsula corio sit tecta, vel certe sit lignea. *ib.*

6 Ab eo deferantur tantum, qui sit in sacris. Pr. 2.

7 In Cathedrali notetur in libro nomen illius, cui dantur. *ib.*

8 Regulares non aliunde, quam a propria Cathedrali olea sumant, alias puniantur. Prov. 6.

9 Et Ordinarii permittant oleum sacrum apud Regulares ad eorum usum tantum. Cong. Episc. 13. *Julii* 1589.

10 In distributione oleorum nihil recipiatur. Eadem *Sept.* 1604.

11 Vetera olea comburantur in lampade, quæ ardet ante Sanctissimum Sacramentum, bombice in sacristia exusto. Prov. 4.

12 In casu necessitatis uti poterit Parochus oleo vetere sacro. Cong. Episc. 20. *Martii* 1590.

13 Sacro oleo novo deficiente, si aliud non suppetit, guttatim infundatur oleum non consecratum. Prov. 4.

14 Duo vascula pro singulis oleis adsint, quorum alterum, ut dictum est, sit pro iis recipiendis. *ib.*

15 Ubi plures Parochi in eadem Ecclesia, ibi plura vasa sint olei infirmorum. *ib.*

16 Inscriptiones fiant hoc modo saltem in vasis. CHR. CATH. INFIR. *ib.*

17 Thecæ vasorum sint ex corio, & intus ornatæ serico rubro. *ib.*

18 Sacculus addatur, & pro Chrismate albus. *ib.*

19 Pro

19 Pro oleo infirmorum sit violaceus, cum cordulis, ut de collo pendens ad ægrotos deferri queat. Prov. 3.

20 Asserventur olea in Ecclesia tantum, nisi quibus concesserit Episcopus oleum infirmorum tenere domi ob distantiam domicilii.

21 Et eo casu domi in fenestella locetur panno serico vestita intus, & sub clave. Prov. 4.

22 Claves oleorum semper sint apud Rectorem Ecclesiæ, neque clerico committantur. *ib.*

23 Servetur in bambacio, quod defertur ad ægrotos. Rituale Rom.

Oracula vivæ vocis.

1 Revocata sunt qualiacumque, & qualitercumque concessa. Greg. XV. *An.* 1612.

2 Exceptis iis, quæ ad supplicationem Regum, & quæ ad favorem Cardinalium; vel pro quibus Cardinales ipsi in scriptis testimonium præbuerunt. *ib.*

3 Omnia abolevit, & cassavit, etiam ad instantiam Regum, & Imperatorum concessa, quibuscumque Generalibus, superioribus, etiam Societatis Jesu sæcularibus, & Regularibus Urb. VIII. *Anno* 1632. *

Oratio publica.

1 NE fiat hæc oratio coram Sacramento per 40. horas, nisi ubi assidue asservatur Eucharistia, & ubi Episcopus concesserit. Pr. 4.

2 In Cathedrali quoties inchoatur Ordo, fiat cum apparatu majori, concurrente toto Clero, & populo, tum ad processiones, tum ad orationem, cum distributione horarum, & sermonibus pluribus. *ib.*

3 Non deferatur hac occasione Eucharistia extra ambitum templi. Prov. 1.

4 Cerei minimum sex, ad summum decem, lampades non plures tredecim, nec pauciores tribus, Episcopus concedere plures ceros potest. Prov. 4.

5 Per horam antequam in una Ecclesia terminetur, in altera inchoetur, si continuata est oratio. Prov. 1.

6 Romæ biduo durat hæc oratio, ita ut mane inchoetur, & mane finiatur. Instruct. Rom. *de Horis* 40.

7 Cantatur Missa votiva de Sacramento, tum initio, tum in fine orationis. *ib.*

8 In festo primæ, vel secundæ classis, sive in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ classis in Collegiatis, vel duæ Missæ cantentur festiva, & votiva, vel una de die cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti. Gavantus 1. *tomo Thes. sac. Rit. p.* 2. *tit.* 4. *n.* 14.

9 Habetur ritus proprius hujus Missæ. *ib.*

10 Clerici saltem sex intersint processioni. Prov. 4.

11 Duo semper assistant, quorum alter saltem sit Diaconus, & noctu unus saltem in sacris. *ib.*

12 Divisio sexuum curetur; noctu vero nemo, nisi custodes orantes, conveniat. Prov. 1.

13 In Ecclesiis Monialium, si fiat oratio, noctu nemo prorsus intromittatur, & reposita Eucharistia orent in Choro Moniales. *ib.*

14 Si noctu nemo potest assistere, recondatur Eucharistia, & interdiu compensetur oratio. *ib.*

15 Clausa sint ostia noctu. *ib.*

16 Signa cum campanis dentur pridie, & ipso die. Prov. 4.

17 Sermones breves habeantur populo frequentiori. *ib.*

18 Ne pelves, aut vasa exponantur pro eleemosyna, sed capsulæ permitti possunt. *ib.*

19 Extra ordinem, oratio 40. horarum ne fiat alicubi sine Episcopi licentia. Prov. 2.

20 In feria 5. Cœnæ Domini saltem unus Sacerdos, aut sacris initiatus excubet in oratione. Prov. 5.

21 In feriis sextis paulo ante horam nonam detur signum salutationis Angelicæ. Prov. 2.

22 In Sabbatis laudes B. Virginis per Antiphonam, Salve Regina, cantantur Vesperi in Parochialibus. Prov. 3.

23 Quotidie statuatur oratio pro defunctis prima hora noctis, dato campanæ signo. Prov. 6.

24 Sabbatis quatuor temporum sub vesperum conveniant populi ad Ecclesias Parochiales ad pias preces, tum pro ordinatis, tum pro beneficiis acceptis. Prov. 4.

25 Imminentibus calamitatibus ea ratio ineatur, ut sine intermissione fiat oratio a Clero, & populo. Prov. 3.

26 Nimbis, procellisve imminentibus campanæ sonentur, ut fiant preces in Ecclesia, saltem a Clero. Prov. 4.

27 Pro temporum ratione certa hora statuatur ad communem orationem, etiam domi habendam, datis iccirco campanarum signis. Prov. 3.

28 Stata prece, adhibeatur benedictio ante cibum, & post eum gratiarum actio. Prov. 5.

V. Confraternitates, n. 23. *Regularium jura sub Episcopis, n.* 19. 20.

ADDITIO.

1 NOn tenentur Regulares accedere ad Ecclesias extra propria Monasteria pro celebratione orationis 40. Horarum. Decisum refert *Genuens. in praxi Neapol. c.* 64. *n.* 1.

Oratorium.

1 Ædificatio, aut usus Oratoriorum parcius concedatur. Prov. 1.

2 Ne sit in partibus interiorum ædium, sed separatum ab aula, triclinio, cellis. *ib.*

3 Neque ita angustum sit, ut e fenestris audienda sit Missa. *ib.*

4 Rarius ibi celebretur, & diebus concessis a Sede Apostolica tantum. *ib.*

5 Quæ

5 Quæ in viis extruuntur, ne fint in campis, & fint fine altari. Prov. 4.

6 Cancellis muniantur, & feneftris clathratis. *ib.*

7 Valvis etiam, & clave penes Parochum. *ib.*

8 Neque extra, nisi in loco alto, pingantur ibi facræ imagines. *ib.*

V. Imagines facra, *n.* 14. 15. *Miſſa*, *n.* 18. 19. 20. *Reliquia Sanctorum*, *n.* 47.

Additio Editoris.

„ 1 MIffa in feria V. majoris hebdomadæ „ non poteft celebrari in Oratoriis „ Confraternitatum, & privatis. S. R. C. 8. „ Febr. 1653.

„ 2 In Oratoriis privatis, quæ per Sanctam „ Sedem conceffa fuerint, non licet Regularibus „ cujufvis Ordinis, aut Inftituti, feu Congre„ gationis, etiam Societatis Jefu, aut etiam „ cujufcumque Ordinis Militaris, etiam Sancti „ Joannis Jerofolymitani, aut aliis quibufcum„ que Sacerdotibus, etiam fi effent Epifcopi, „ celebrare in diebus Pafchatis SS. Refurrectio„ nis D. N. J. C. aliifque anni Feftis folemnio„ ribus, ac diebus in Indulto exceptis; in reli„ quis vero diebus, prædictis Regularibus, feu „ Sacerdotibus quibufcumque, etiam Epifcopis, „ in præfatis Oratoriis celebrare non licet, ubi „ etiam unica Miffa, quæ in Indulto concedi„ tur, celebrata fuerit, fuper quo celebraturus „ tenetur diligenter requirere, & de eo fe opti„ me informare, atque illam, etiam in cafibus „ permiffis, celebrare nequit poft meridiem: & „ in omnibus hujufmodi cafibus perfonæ quæ„ cumque dictas Miffas audientes, nullatenus „ Ecclefiæ præcepto fatisfaciunt. S. R. C. 15. „ Dec. 1703. approbante Clem. XI.

„ 3 Circa Miffarum celebrationem in priva„ tis Oratoriis, & ufum altaris geftatorii, quoad „ difpofita a Clem. XI. in Decreto emanato „ die 15. Decemb. 1703. confirmato ab Innoc. „ XIII. in Conftitutione, quæ incipit *Apoftoli„ ci Minifterii* 13. Maji 1723. & a Benedicto „ XIII. in Conftitutione, quæ incipit *In fu„ premo* 22. Sept. 1724. declaratur a duobus ul„ timis Pontificibus, quod prohibitio facta E„ pifcopis, ne in domibus laicorum erigere fa„ ciant altare pro celebratione Miffæ, non in„ telligenda eft de domibus etiam laicis, in „ quibus Epifcopi forte occafione Vifitationis, „ vel itineris, hofpitio excipiuntur; & nec et„ iam quando Epifcopi, in cafibus a jure per„ miffis, vel de fpeciali Sedis Apoftolicæ licen„ tia abfentes a domo propriæ habitationis or„ dinariæ, moram idcirco faciunt in aliena do„ mo per modum fimilis habitationis: in his „ enim cafibus licita his erit erectio altaris, ad „ effectum prædictæ celebrationis, non fecus ac „ in domo propriæ ordinariæ habitationis.

Ordo in genere.

1 ORdinationes fiant ftatis temporibus, in Cathedrali præfentibus Canonicis, publice, vel in digniori Diœcefis Ecclefia, fi in „ Diœcefi fit Epifcopus. Trid. *feff.* 23. *c.* 8.

2 Ab alieno Epifcopo nemo ordinetur fine teftimonio Ordinarii de vita, & moribus. I„ dem *ib.*

3 Dimifforiæ litteræ dari non poffunt nifi ab Epifcopis, intra quorum fines exiftunt exempti. Idem *ib. c.* 10. *V. Litt. dimifforia*, *n.* 1. 2. 3.

4 Difpiciantur ordinandorum genus, perfona, ætas, inftitutio, mores, doctrina, fides ab Epifcopo, opera virorum prudentum. *ib. c.* 7.

5 Genus, nam poteft Epifcopus ordinare fubditum fibi ratione originis, feu domicilii, feu beneficii. DD. communiter.

6 Origo patris infpicitur. Barbof. cum aliis *alleg.* 4. *n.* 4.

7 Matris in illegitimo attenditur. Idem *ib. n.* 15.

8 Expofiti origo attenditur ex loco, in quo fuit expofitus. Gratian. *difcep. forenf. c.* 75. *n.* 12.

9 Domicilium eft locus perpetuæ habitationis. Menoch. *conf.* 329. *n.* 33.

10 Habitatio continua per decennium æquivalet domicilio. Barb. *l. c. n.* 28. 29.

11 Ratione beneficii, fi plura habet, a quovis Epifcopo illorum. Barb. *ib. n.* 51.

12 Habita beneficii poffeffione, nedum collatione, quæ fola non fufficit. Garz. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 16. 17.

13 Filii Hebræorum non excluduntur ab ordinibus. Decifum refert Armendar. *l.* 1. *tit.* 21. *l. unica*, *n.* 6. (*a*)

(*a*) „ Excepto tamen Regno Portugalliæ ex „ Sixti V. litteris Apoftolicis 25. *Jan.* 1588. „ confirmatis a Clem. VIII. 18. *Dec.* 1600.

Nova Additio Editoris.

„ Poteft Epifcopus ex caufa fibi nota Cleri„ cum interdicere afcenfu ad altiorem Ordi„ nem, uti & facrorum exercitio, quin tenea„ tur caufam fufpenfionis, feu delictum mani„ feftare ipfi reo, fed tantum Sedi Apoftolicæ, „ fi fufpenfus ad eam recurfum habuerit. S. C. „ C. 21. *Martii* 1643.

14 Poteft etiam Epifcopus ordinare Novitios alibi natos, fed degentes in monafterio Diœcefis, non autem poteft eorum Abbas. Barb. *alleg.* 2. *n.* 8. & *alleg.* 4. *n.* 62.

15 Perfona, nam hi fimpliciter ordinari non debent.

Illegitime nati. Neophyti intra biennium. Ricc. *de jure perf. de Neoph. c.* 10. *n.* 9.

Corpore vitiati.	Ebriofi.
Infigniter deformes.	Impudici.
Epileptici.	Minores natu.
Amentes.	Rudes, & ignari.

Ser-

Servi.	Lapsi post ordinem.
Infames.	Peregrini, & ignoti.
Usurarii.	Bigami.
Perjuri.	Irregulares aliis modis.
Criminosi.	Censuris ligati.
Solemniter pœnitentes.	Ratiociniis obligati.

Hæc ex Prov. 4.

16 Ætas, de qua in titulis sequentibus.

17 Doctrina, conveniant urbani ad examen feria 2. Diœcesani ante feriam quartam temporum. Prov. 4.

18 Ne examinetur, qui sine habitu decenti accesserit. Prov. 5.

19 Examinatus ab Episcopo, qui dat dimissorias, debet rursus examinari ab ordinante. Trid. *sess.* 12. *c.* 11. & probat Barb. *alleg.* 7. *n.* 21.

20 Dispensatio interstitiorum pertinet ad Episcopum ordinandi, non ad ordinantem. Cong. Episc. 9. Aug. 1563.

21 Interstitia ipsa attenduntur secundum eorum cursum, non autem per 12. menses. Ead. 15. Aprilis 1591. & DD. apud Barb. *alleg.* 18. *num.* 2.

22 Initiatus ab alieno Episcopo ferat testimonium de ordine suscepto. Prov. 4.

23 Nemo ordinetur, qui Ecclesiæ, aut pio loco non adscribatur, & si locum deserat, Episcopo inconsulto, ei sacrorum exercitium interdicatur. Trid. *sess.* 23. *c.* 16. & Benedict. XIII. *Constit. in supremo*.

24 Dominico die ante indictam ordinationem in Parochialibus processio cum litaniis habeatur. Prov. 2.

25 Præter candelam nihil accipiatur, non pannus, pecten, &c. Congr. Episc. 2. Jan. 1601.

26 Nihil item accipiatur ab Episcopo pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus, aut sigillo, neque sponte oblatum, neque accipiatur a ministris. Trid. *sess.* 21. *c.* 1.

27 Pro singulis dimissoriis, aut testimonialibus Notarii, ubi non viget contraria laudabilis consuetudo, decimam tantum aurei partem accipere possunt, dummodo salarium nullum sit eis constitutum. Idem *ib.*

28 Neque inde ullam partem emolumenti Episcopus habeat. *ib.*

29 Regulares non professi tenentur iisdem legibus, quibus sæculares in ordinibus suscipiendis. Pius V. Anno 1568. & Novitius dicitur habere domicilium in Diœcesi Novitiatus. Nald. *Ordo n.* 10.

30 Sub pœna suspensionis per annum Episcopo a collatione ordinum. Pius V. *ubi supra*.

31 Finito anno cessat suspensio absque alia absolutione.

32 Neque potest Episcopus ordinare monachum exemptum sine licentia proprii Abbatis, alias ipso jure alienus est a communione Episcoporum, & contentus sit communione suæ Diœcesis. Barb. *alleg.* 111. *n.* 17.

33 Regularis degens in Monasterio sito in loco nullius Diœcesis debet ordinari ab Episcopo viciniori. Nald. *V. Ordo*, *n.* 26.

34 Dimissoriæ dentur a superioribus Regularium. Trid. *sess.* 23. *c.* 8. & probat Barb. *alleg.* 7. *n.* 31.

35 Sed ad Episcopum Diœcesanum, in cujus Diœcesi est Monasterium ordinandi. Clem. VIII. 25. Martii 1596.

36 Qui si fuerit absens, vel non habiturus ordinationes ad alium dirigi poterit, facta in dimissoriis mentione de absentia, seu de non habenda ordinatione. Idem *ib.*

37 Sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, Officii, & dignitatis, & aliis arbitrio Papæ, reservatis eidem idem. *ib.*

38 Episcopus præsens, per alium Episcopum ordinationes habens, non dicitur absens, & ideo Regulares alio concedere non possunt. Tambur. *de jure Abb. tomo* 2. *disp.* 2. *q.* 18.

39 Examinandi vero sunt Regulares ab Episcopo ordinante. Trid. *sess.* 23. *c.* 12.

40 Interstitiorum remissio in Regularibus spectat ad Episcopum ordinantem; causam approbare pertinet ad superiorem ordinandi. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 18. *n.* 10.

41 Censuræ ratione ordinationis sunt, Qui extra tempora, vel ante ætatem legitimam, vel sine dimissoriis, ad sacros ordines se faciunt promoveri, suspensi ipso jure ab ordine. Pius II. Anno 1461.

42 Beneficiis item possunt privari. *ib.*

43 Ordinatus sine dimissoriis Ordinarii sui manet suspensus arbitrio Ordinarii sui. Trid. *sess.* 14. *c.* 2.

44 Neque enim Episcopus admittat, nisi idoneum repererit, & interim eum suspendere potest ab ordinum exercitio, & ne ministret, interdicere. *ib. c.* 3.

45 Prohibitus a suo Prælato, ne ascendat ad ordines, ex quacumque causa, etiam occulta, sive ejusdem licentia promoveri non potest; neque item restitui, si est suspensus a suis ordinibus. *ib. c.* 1.

46 Conferens primam tonsuram non suo subdito est suspensus a solius primæ tonsuræ collatione per annum. Bonac. *de Sacram. disp.* 8. *quæst. un. punct.* 4. *n.* 29.

47 Conferens alios ordines eidem, suspensus est per annum a collatione omnium ordinum. Trid. *sess.* 23. *c.* 8.

48 Nisi probabiliter ignoret, Clericum esse alterius Diœcesis. Decisum refert Navar. *cons.* 40. *de temp. ordin.*

49 Conferens invito primam tonsuram suspensus est ipso jure per annum a celebratione Missæ. DD. apud Barb. *alleg.* 111. *n.* 3.

50 Conferens infanti suspenditur a collatione clericalis tonsuræ tantum, per annum. *ib. DD. n.* 4.

51 Idem si illiterato. *ib. n.* 6. sed non est in usu hæc censura. Sà *Verbo suspensio*, *n.* 13.

52 Idem.

52 Idem, si conjugato, nisi velit ingredi religionem, aut promoveri ad sacros ordines. Barb. *l. c. n.* 10.

53 Ordinans eodem die, vel duobus continuato jejunio ad duos sacros ordines, suspenditur a collatione utriusque donec a Papa absolvatur. Idem *n.* 12.

54 Ordinans sacerdotem non idoneum suspenditur a collatione ordinis sacerdotalis. *ib. n.* 11.

55 Ordinans in aliena Diœcesi sine licentia expressa Ordinarii loci, aut de ejus licentia sibi non subditos, suspenditur a Pontificalibus, & est reservata Papæ. Trid. *sess.* 6. *c.* 5.

56 Potest tamen Episcopus in aliena Diœcesi sine licentia Diœcesani conferre primam tonsuram subdito suo. Azor. *p.* 2. *leg.* 3. *c.* 48. *q.* 5.

57 Ordinans eum, quem scit solemniter egisse pœnitentiam, vel scit esse bigamum, suspenditur per annum a celebratione Missæ. Barb. *l. c. n.* 15.

58 Ordinans aliquem accepto juramento, vel promissione de non inferendis molestiis, super ejus provisione, per triennium est suspensus a collatione ordinum. *ib. n.* 18.

59 Ordinans simoniace, & conferens primam tonsuram, suspensus est a Pontificalibus, & ab Ecclesiæ ingressu interdictus, cum reservatione absolutionis Papæ ipsi, & non pœnitentiario, alias nulla est absolutio. Sixtus V. Anno 1588. Clem. VIII. Anno 1595.

60 Si adhuc se ingesserit, privatus sit ipso facto, etiam Episcopatu, nedum beneficiis, cum reservatione Papæ. *ib.*

61 Titulares Episcopi, etiam in loco nullius, Diœcesis aut exempto, conferentes ordines, seu primam tonsuram alicui non habenti dimissorias, etiamsi habeant privilegium promovendi quoscumque accedentes, incurrunt suspensionem a Pontificalibus reservatam Papæ. Trid. *ses.* 14. *c.* 2.

62 Quomodo supplenda sint omissa in ordinatione. Vide Syl. *Ordo* 2. *q.* 10. 11. 12. *V. Abbas*, *n.* 31. *& seqq. sede vacante*, *n.* 26. *& seqq. Cessatio a divinis*, *n.* 8. *Familiaris Episcopi*, *n.* 3. *& seqq. Interdictum*, *n.* 40. *& seqq. Irregularitas*, *n.* 35. *& seqq. Simonia*, *n.* 9. 10. 11.

A D D I T I O.

1 ORigo patris attenditur, ubi scilicet domicilium habuit Pater. *Sanch. cum aliis de matr. l.* 3. *disp.* 23. *n.* 3.

2 Domicilia duo quis habere potest in diversis Diœcesibus, si fere æqualiter habitet in uno æstate, in altero hyeme, & subditur duobus Episcopis. *Barb. cum aliis de pot. Episc. alleg.* 4. *n.* 38

3 Feudatarii, licet alibi habitent, dicuntur habere domicilium in loco feudi: item, & filii eorum. Idem *ib. n.* 32.

4 Perpetuum officium apud Principem dat jus domicilii pro ordinibus. *l. senatores, C. de incolis.*

5 Ratione beneficii simplicis, immo & tenuis juncto patrimonio potest quis ordinari. *Barb. supra n.* 44. 46.

6 Ordinatus ab uno Episcopo, quovis titulo, non potest alios ordines accipere ab alio sine licentia prioris Episcopi. *Molfes. in summ. tr.* 2. *c.* 2. *n.* 10.

7 Cum Regularibus mitius agi potest circa scientiam, quam cum sæcularibus. *Barb. l. c. alleg.* 46. *n.* 14.

8 Regulares participantes in privilegiis Greg. XIII. societatis Jesu, & Clem. VIII. S. Jo. in Portugallia, possunt ordinari, non servatis interstitiis, neque prævia functione priorum ordinum, & extra tempora. *Dian. tom.* 2. *moral. resol. tr.* 2. *de dub. regul. resol.* 31. 32. *&* 112.

9 Ordinatus per saltum est suspensus ab eo tantum ordine, quam per saltum suscepit. *Sylv. V. Irregularitas*, *q.* 11.

10 Conferens ordinem non suo subdito suspensus est a collatione ordinis male collati tantum, per annum. *Molfes. cum aliis in summ. tr.* 2. *c.* 2. *n.* 12. *contra Barb.* qui a collatione omnium docet esse suspensum.

11 Suspensio ob malam ordinum collationem per Pium II. est Papæ reservata. *Barb. l. c. alleg.* 17. *n.* 14.

12 Infantes expositi, cum adoleverint, habentur pro legitimis ad ordines sacros, nisi probetur oppositum. *Dian.* 2. *par. tr.* 1. *Miscell. resol.* 22.

Ordines minores.

1 MIlitibus, etiam quod non sint præliati, denegatur prima tonsura. Cong. Episc. 30. Aug. 1619.

2 Ultramontanis ne conferatur prima tonsura, nec ordo minor, nisi cum dimissoriis prius recognitis a Nunciis, & postea a Vicario Urbis, sub pœna promoventib. suspensionis ad annum a Pontificalibus; promotis autem perpetuæ suspensionis eo ipso. Urb. VIII. Anno 1624.

3 Itali prima tonsura, aut minoribus ordinibus ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis initiati non gaudent privilegio fori. Idem *ib.*

4 Prima tonsura non initientur, nisi prius confirmati. Trid. *sess.* 23. *c.* 4.

5 Fidei rudimenta sciant; & legere, & scribere, & conjectura sit probabilis, eos Deo servire velle. Idem *ib.*

6 Afferant probationes de legitimo matrimonio, seu dispensatione.

De origine, vel decennali domicilio.
De doctrina, & moribus a Parocho.
De Doctrinæ Christianæ scholis frequentatis.
De Confirmatione.
De spe ad ulteriora.
De frequenti Sacramentorum usu. Hæc Prov. 4.
De ætate, quæ debet esse 7. annorum. *cap. in singulis* 77. *dist.*

7 Potest autem conferri prima tonsura qualibet die. Barb. *alleg.* 11. *n.* 19. & in aliena Diœcesi.

V. Ordo in genere, *n.* 56. *Sed cum stola saltem*. Sà. *v. Ordo*, *n.* 32.

8 Ad minores ordines, testimonium habeant a Parocho, & magistro scholæ. Trid. *l. c. cap.* 5.

9. Et præterea de tonsura, vel ordine suscepto.

De functionibus præstitis in Ecclesia, cui adscripti.

De habitu clericali assidue gestato.

De sacramentorum frequenti usu. Hæc ex Prov. 4.

10 Ætas Acolythi 12. annorum expletorum. Moneta *de distribut. p.* 2. *n.* 19. *n.* 11.

11 Iis conferantur, qui latinam linguam intelligant, & quos scientiæ spes majoribus ordinibus dignos ostendat. Trid. *l. c. cap.* 11.

12 Per interstitia temporum, nisi aliud Episcopo videatur. Idem *ib.*

13 Consuetudo conferendi simul primam tonsuram, & minores ordines retineri potest. Decisum refert Armendar. *ad recop. legum*, *Navar. l.* 1. *tit.* 18. *l.* 1. *n.* 57.

14 Laudabilius est conferre singillatim minores. Innuit Trid. *sess. cit. c.* 11.

15 Possunt conferri in festis de præcepto, Barb. *alleg.* 11, *n.* 18. festis scilicet Diœcesis Nald. *v. Ordo*, *n.* 2. in festivis diebus duplicibus. *Pont. Rom.*

16 Sine Missa, etiam a non jejunio, sed mane. Barb. *alleg.* 14. *n.* 16.

17 In domo Episcopali, & non Episcopali, non in loco interdicto. Idem *alleg.* 11. *n.* 20.

18 Uni, vel duobus, videatur ordinatio generalis. Sylv. *V. Ordo*, 2. *q.* 6. *secundum*. Pluribus, quam duobus, concedunt alii. *ib.*

19. Habens animum non ascendendi ad sacros ordines ob humilitatem, non facit contra Concilium. Navar. *c.* 25. *n.* 108. secus, si ut fugiat forum laicale.

20 In regno Neapolitano antequam prima tonsura, seu ordines minores dentur, publicentur a Parocho initiandorum nomina, & hic transmittat testimonium de natalibus, ætate, & moribus ad ordinantem. Congr. Cathedralium 10. Julii 1623.

21 Si dentur dimissoriæ, dentur uni, & certo Ordinario ad electionem concedentis cum mentione dictæ diligentiæ. *ib.*

22 Alias promotus ab executione collati, & a susceptione superioris ordinis perpetuo suspensus sit, & ordinans, seu dimissorias concedens a collatione ordinum eo ipso per annum. *ib.*

Ordines majores.

1. QUi majoribus sunt initiandi ad singulos ordines ante mensem Episcopum adeant, qui committat Parocho, aut alteri, ut eos publicet in Ecclesia, & de natalibus, ætate, moribus, & vita inquirat, & testimonium transmittat. Trid. *sess.* 23. *c.* 5.

2 Nemo admittatur ad sacros ordines nisi cum sufficienti beneficio. Idem *sess.* 23. *c.* 2.

3 Neque poterit resignari, sub pœna nullitatis. *ib.*

4 Et admittens resignationem debet eum alere. Pius V. Anno 1568. & Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 19. *n.* 47.

5 Neque potest resignare, licet cum juramento extet promissio. Decisum refertur *ib. n.* 46.

6 Neque potest permutari, nulla facta mentione de titulo. Decisum referunt DD. apud eumdem *ib. n.* 43.

7 Neque possunt obligari fructus talis beneficii, nec hypothecari. *ib. n.* 48.

8 Potest ordinari quis ad titulum beneficii, cujus tamen fructus non percipiet, nisi post Sacerdotium. Decisum refert Garz. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 110. & Barb. *alleg.* 19. *n.* 29.

9 Ad patrimonii titulum, seu pensionis, non nisi pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum Episcopi, & sit redditus certus, & sufficiens. Trid. *sess.* 21. *c.* 2.

10 Non potest hoc patrimonium, neque pensio alienari, nisi adsit aliunde victus. *ib.*

11 Pactum, & conditio in patrimonio de eo reddendo, cum ordinatus habuerit aliunde unde vivat, non est contra Concilium. Garz. *d. c.* 5. *n.* 169.

12 Et item ad vitam tantum ordinandi. Congr. Ep. 22. Apr. 1596. *apud Nald. v. Ordo*, *n.* 17.

13 Alienatio patrimonii, adveniente beneficio sufficiente, valet etiam facta sine licentia Episcopi, DD. apud Barb. *alleg.* 19. *n.* 88. 89. Negant alii *ib. n.* 90.

14 Bona hujus patrimonii habent privilegia, quæ conceduntur a jure bonis Ecclesiasticis. Barb. *ib. n.* 91.

15 Publicetur hoc patrimonium a Parocho, intra cujus limites major est illius census. *Pr.* 4.

16 Qui promittit & cui promittitur victus, donec aliunde habuerit, jurent, sine dolo, & vere id fieri, pœna suspensionis proposita, & inhabilitatis ad alios ordines. Prov. 5.

17 Neque hæc promissio admittatur nisi ob penuriam sacerdotum. *ib.* & Decisum refert Barb. *cit. n.* 73.

18 Ob delictum non potest patrimonium applicari Fisco, sed cedeat ad eum, qui promisit, sub pœna nullitatis. *ib.*

19 Ordinari potest quis ad titulum donationis alicujus, si vera est, arbitrio Episcopi, neque potest alienari. Decisum refert Garz. *d. c.* 5. *n.* 79.

20 Item ad titulum Missæ tot Clerici ordinari possunt, quot congruenter sustentari possunt, & tenentur inservire Ecclesiæ, ac si essent beneficiati. Congr. Episc. 16. Martii 1593.

21 Non potest ordinari ad titulum mensæ Episc. Eadem 20. Febr. 1590.

22 Neque ad titulum Seminarii, nisi ob beneficium Seminario unitum, vel sub certa assignatione fructuum causa inserviendi beneficio unito Seminario. Decisum referunt Garz. *d. c.* 5. *n.* 104. & Barb. *alleg.* 19. *n.* 31.

23 Neque ad titulum insignis litteraturæ. Decisum refert Barb. *l. c. n.* 72.

24 Ne-

24 Neque si ex arte musica, vel alia possit habere unde vivat. Decisum refert Garz. *d. c.* 5. *n.* 126.

25 Ordinatus sine titulo non est suspensus, sed Episcopus tenetur eum alere. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 20. *n.* 27.

26 Ordinatus sine titulo, non promoveatur ad alios ordines. Decisum referunt DD. apud Barb. *ib. n.* 22.

27 De familiaribus Episcopi. *vide supra proprio titulo*.

28 Regulares titulo paupertatis ordinantur, sed jurent coram Episcopo, se sponte professionem solemnem emisisse, aut ratam habuisse. Prov. 5.

29 Examen pro majoribus ordinibus fiat coram Episcopo. *ib.*

30 Ad Subdiaconatum ne admittatur ante annum 22. ætatis. Trid. *sess.* 23. *c.* 12.

31 Et nonnisi post annum a susceptis minoribus, nisi adsit necessitas, aut Ecclesiæ utilitas. *ib. c.* 11.

32 Neque admittatur imperitus Canonicarum Horarum. Prov. 5.

33 Doceat de denuntiationibus factis in Ecclesia.

De ætate.

De censu cum publicatione ejusdem.

De exercitationibus spiritualibus per dies aliquot.

De interstitiis, seu causa dispensandi. Prov. 4.

De exercitio minorum ordinum. Trid. *sess.* 23. *c.* 13.

34 Ad Diaconatum ne admittatur, nisi post annum a Subdiaconatu, arbitrio tamen Episcopi. Trid. *ib.*

35 Neque ante 23. ætatis annum. Id. *ib. c.* 12.

36 Doceat de exercitio Subdiaconatus. Idem *ib. c.* 13.

De denuntiationibus.

De ætate. Prov. 4.

37 Ad sacerdotium ne admittatur, nisi post annum a Diaconatu, nisi Ecclesiæ utilitas, ac necessitas aliud suadeat. Trid. *l. c. cap.* 14.

38 Sit aptus ad docendum populum, ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, & administranda Sacramenta, item pietate, & castis moribus sit conspicuus. Trid. *ib.*

39 Doceat de denunciationibus.

De ætate.

De exercitationibus spiritualibus.

De interstitiis, seu causa dispensandi. Prov. 4.

40 Regulares observent eadem, quæ supra, & examinentur ab Episcopo. Trid. *l. c. cap.* 12.

41 Doceant de natalibus, & ætate.

De ordine proxime suscepto.

De progressione in Ecclesiastica Disciplina.

De ministerio in Ecclesia.

De exercitio functionum.

De frequentia Sacramentorum.

De interstitiis, seu causa dispensandi, cujus judicium erit Episcopi. Prov. 5.

42 Duo sacri ordines eodem die ne conferantur. Trid. *l. c. cap.* 13.

43 Non nisi in Missa conferantur. *cap. quod sicut elect.*

44 Extra tempora, quando conceditur ordinatio in diebus festis, intellige, de præcepto, quia in privilegio dicitur: *in Dominicis, seu aliis festis*: hoc est, quæ æquiparantur Dominicis.

45 Cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex causa potest dispensare. Trid. *cap.* 14. *V. Regularium jura sub Episcopis, n.* 23.

ADDITIO.

1 Patrimonium potest constitui super annuis perpetuis censibus, cum cautione, quod, si redimantur, pecunia ex Decreto Judicis deponatur apud idoneas personas ad effectum reinvestiendi. *Congr. Conc.* 2. *Junii* 1629.

2 Patrimonium valet Clerico assignatum a patre in bonis, quæ sunt directi dominii Ecclesiæ, & de quibus solvitur quædam rata fructuum in recognitionem, quatenus utile dominium a patre transferri queat, & ad victum clerici sufficiat. *Ead.* 7. *Sept.* 1630.

3 Patrimonium non potest capi in executionem ob illata vulnera alicui ad reficiendas curationis impensas, etiam ex decreto judicis, & etiamsi nihil aliud possideat. *Ead.* 5. *Febr.* 1604.

4 Ad Diaconatum non potest quis ordinari, promotus ob utilitatem alicujus Ecclesiæ, ab alio Episcopo, sub quo domicilium habet; sed debet ab eo, qui eum subdiaconum creavit; nisi cum hujus licentia discesserit. *ex Trid. sess.* 23. *c.* 16.

5 Ob multitudinem ordinandorum, si desit tempus, qui in sabbato ordinari non possunt in sacris, continuato jejunio ab ordinante, & ordinandis, possunt ordinari in sequenti die Dominico. Henriquez *l.* 10. *c.* 12. *n.* 12. *Dian. tomo* 1. *tract.* 16. *resol.* 28.

6 Non tamen in sabbato conferri potest unus ordo sacer, & alter in Dominica, continuato jejunio, sub pœna suspensionis Papalis. *Nav. in Man. c.* 27. *n.* 71.

7 Qui obtinet a Papa ordinari posse tribus diebus festis, non potest in sabbato quatuor temporum, & in Dominica sequenti duos recipere ordines sacros. *Suarez de cens. disp.* 31. *sec.* 1. *n.* 40. 42.

8 Tres dies festos intelligi de duplicibus non feriatis, docent *Rodriq. tom.* 2. *de regular. q.* 23. *art.* 5. *& Facund. de quinque prac. l.* 1. *c.* 2. *n.* 12.

9 Sed Azor. cui adhæreo, *par.* 2. *l.* 1. *c.* 27. *q.* 19. intelligit de feriatis a populo.

10 Licet Conc. Trid. in ordinando ad titulum patrimonii necessitatem, ac utilitatem requirat Ecclesiæ; tamen intellige illud, ac pro vel *Congr. Conc.* 17. *Mart.* 1619.

Nova Additio Editoris.

" 1 Episcopus Sacros Ordines collaturus debet " ipse per se Missam facere. Pontif. Rom.

" 2 Quod si Sacros Ordines contulerit, non " ipso, sed altero Sacrificium offerente, peccabit " ille quidem graviter; valida tamen erit Ordi- " natio. S. C. probante Innoc. XIII. 5. *Febr.* " 1722. Confer Petram *Comm. ad Constit. Apost.* " *T. V. p.* 288. & Bened. XIV. *de S. D. l.* 8. *c.* 11. " §. 5. *seqq.*

Parochia.

1 ITa distinguantur Ecclesiæ Parochiales, ut quisque habeat proprium Parochum, & ubi non sunt Parochiales Ecclesiæ, fiant quam Primum Trid. *sess.* 24. *c.* 13.

2 Quarum Parochialium fructus adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curet Episcopus, per beneficiorum non regularium unionem, aut primitiarum, vel decimarum assignationem, vel Parochianorum symbola, aut alia ratione, sufficienter eos augeri. Idem *ib.*

3 Ubi populus est numerosus, cui unus non sufficit Rector, adjungantur alii, & cogantur Rectores. Idem *sess.* 21. *c.* 4.

4 Ubi ob locorum distantiam parochiani non sine magno incommodo Sacramenta percipere possunt, & divina officia audire, novæ Parochiæ fiant, invitis etiam Rectoribus. Idem *ib.*

5 In erectione novæ Parochiæ, seu separatione Parochiarum, non requiritur consensus parochianorum. Ricciol. *in praxi resol.* 476. *in* 2. *edit. n.* 6.

6 Neque consensus Parochi primæ Ecclesiæ, dummodo sine illius præjudicio fiat. Decisum refert Praxis nova Epis. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 1.

7 Ecclesia simplex potest ex causa erigi in Curatam. Garz. *p.* 12. *c.* 5, *n.* 2.

8 Non tamen beneficium simplex in Curatum. Decisum refert, cessante causa, & necessitate. Garz. *ib. n.* 3.

9 Parochis novis assignetur competens portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad matricem Ecclesiam quomodocumque pertinentibus, & si est necesse, compellatur populus ad subveniendum. Trid. *l. c. cap.* 4.

10 Parochiales collapsæ, etiam si jurispatronatus sint, reficiantur ex fructibus quibuscumque ad eas provenientibus. Idem *ib. c.* 7.

11 Si non sufficiunt, patroni, & alii, qui fructus aliquos percipiunt, item parochiani compellantur, aut si nimia est egestas, transferantur ad matricem, seu viciniores Ecclesias. Id. *ib.*

12 Valent prædicta etiam in Parochialibus Regularium. Decisum refert Fran. Leo *in thes. fori p.* 2. *c.* 2. *n.* 69.

13 Canonici residentes in Cathedrali, & Clerici ejusdem censentur de Parochia Cathedralis, non autem de ea, in qua habitant, Nald. *Parochia, n.* 13.

14 Si non resident, sunt de ea, in qua habitant. Idem *ib.*

V. Benef. unio, n. 11. 12. 13. 14.
Benef. mutatio, n. 1. 4.
Decima, n. 9. 16. 19. 33.

ADDITIO.

1 In vim decreti *Conc. Trid. sess.* 21. *c.* 4. non potest Episcopus erigere coadjutorium, sed debet cogere Rectorem ad assumendum sibi Sacerdotes necessarios pro ministrandis Sacramentis. Decisum refert *Barb. de jure Eccl. l.* 2. *c.* 2. *n.* 10.

Parochorum residentia.

1 RResidere cogantur omnino. Trid. *sess.* 6. *c.* 2.

2 Etiam Regulares. Prov. 5.

3 Etiam ii, quorum institutio pertinet ad inferiores Episcopo. Decisum refert Garz. *p.* 3. *c.* 2. *n.* 179. *in* 2. *&* 27. *declar.*

4 Resideant in ædibus Ecclesiæ Parochialis, nisi aliud videatur Episcopo. Prov. 1.

5 Si non habent ædes proprias, conducant viciniores Ecclesiæ intra fines Parochiæ. Decisum refert Garz. *l. c. n.* 22. *declar.*

6 Quod extenditur etiam ad substitutos, & coadjutores necessarios. Prov. 4.

7 Si in ædibus Parochialibus Rector, & socius habitare nequeunt, aptior ex iis, judicio Episcopi, ibi habitet, alter in alia domo. *ib.*

8 Capellani, & coadjutores Parochorum instituti a sede Apostolica tenentur ad personalem residentiam. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 53. *n.* 78. *&* *alleg.* 63. *n.* 9.

9 Etiam si essent tres tantum incolæ, & si ibi fuerint duæ Ecclesiæ unitæ, residendum est in digniori, & intra urbem, si altera est extra; si nescitur dignior, in frequentiori. Decisum refert Garz. *l. c. in* 14. *decl.*

10 Qui Parochialem, & Canonicatum, seu Dignitatem in Collegiata habet, resideat in Parochiali. Pius V. Anno 1568.

11 Sub pœnis arbitrio Ordinarii, etiam privationis beneficiorum. *ib.*

12 Si Parochialis Ecclesia tribus, aut quatuor milliaribus distet a civitate, in ea tamen habitare debet Rector, nec habetur pro residente, qui Dominicis tantum diebus illuc accedit. Decisum refert Garz. *l. c. in* 17. *declar.*

13 Neque poterit abesse Rector ille, cui datus est coadjutor. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 63. *n.* 8.

14 Qui Vicarium habet perpetuum, cui tota incumbit cura, non tenetur residere. Decisum refert Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 6. *n.* 99.

15 Neque excusat a residentia senectus. Decisum refert Praxis nov. Episc. *p.* 1. *V. Residentia vers.* 9.

16 Neque officium Inquisitoris. Decis. refert Gonzal. *l. c. n.* 265.

17 Ne-

17 Neque officium Subcollectoris Apostolici. Decisum refertur *ib.*

18 Neque officium Secretarii, seu Vicarii foranei. Decisum referunt DD. apud Barb. *sup. n.* 86. *alleg.* 53.

19 Neque negotium Episcopi. Decisum refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 2. *in* 2. *decl.*

20 Neque quod sit magister Grammaticæ in civitate, si distat Parochialis Ecclesia ultra duo milliaria. Decisum refert idem *in* 19. *decl. l. c.*

21 Etiam si relinquat ibi Vicarium idoneum. Decisum refert Ricc. *in praxi decis.* 102. *in* 1. *edit.* & *resol.* 393. *in* 2. *edit.*

22 Studendi causa non percipit fructus absens Parochus. Decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg.* 53. *n.* 77.

23 Neque excusat defectus domus, neque servitium Cathedralis, neque lis, constituto etiam Vicario idoneo. Decisum referunt DD. apud Barb. *ib. n.* 85.

24 Excusat causa inimicitiarum, & discrimen vitæ, ut possit abesse per annum, dato Vicario idoneo. Decisum referunt DD. apud Barb. *ib. n.* 89.

25 Item infirmitas; ubi non adest copia medicorum, vel medicinarum, potest ab Episcopo dari dilatio Rectori trium, vel quatuor mensium, ut in locis viciniotibus curetur. Decisum refertur in Praxi nova Ep. *V. Residentia vers.* 7.

26 Propter intemperiem aeris, Parochus aliunde oriundus, de consensu Ordinarii, potest per quatuor menses habitare alibi, relicto Vicario idoneo. Decisum refert Garz. *l. c. in* 4. *decl.*

27 Omnino ne evocentur alio, etiam ad divina officia, paulo ante festa Natalitia, & paschalia, Parochi. Prov. 1.

28 Itaque ultra bimestre regulariter ne absint Parochi, & eo casu cum licentia in scriptis, & Vicario approbato, & ex gravi causa. Trid. *sess.* 23. *c.* 1.

29 Valet Constitutio Episcopi inhibentis, ne Parochi absint ultra duos dies sine licentia. Decisum refert Garz. *d. c.* 2. *n.* 23. *in* 2. *declar.*

30 Sub pœna pecuniaria, quæ decimam dimidiam non excedat: non sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Decisum refertur *ib.*

31 Absentes illegitime peccatum mortale incurrunt: & pro rata temporis absentiæ non faciunt fructus suos, qui debentur in foro conscientiæ fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci. Trid. *sess.* 23. *c.* 1. sine citatione. Decisum refert Garz. *n.* 27.

32 Si contumaces sint, usque ad privationem beneficii compellantur per censuras, & alia juris remedia. Idem *ib.*

33 Procedens Episcopus per subtractionem fructuum contra Parochos non residentes, non tenetur servare intervalla omnia, quæ contra Episcopos statuit Trid. Decisum refert Garz. *ib. n.* 32.

34 Neque conventio, neque compositio ulla valet circa fructus amissos. Trid. *l. c.*

35 Neque vigore Bullæ Cruciatæ, seu alterius privilegii. Decisum refert Garz. *l. c. n.* 26.

36 Vicecuratus non tenetur ad residentiam ex edicto, quod fit ad Curatos. Congr. Episc. 24. Jan. 1617.

V. Canonicorum residentia, n. 20. 24. *Residentia, n.* 1. 5.

ADDITIO.

1 DE domibus pro necessaria Parochi habitatione intelligendum est idem, quod de Ecclesiis Parochialibus reparandis est decisum, refert decisum *Barb. de off. Parochi parte* 1. *c.* 23. *n.* 12.

2 Absentiæ licentiam debet dare Episcopus, etiamsi collatio Parochialis Ecclesiæ ad inferiores, etiam Regulares, spectet. Decisum refert *Garz. de benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 179.

3 Nisi hi jurisdictionem habeant quasi Episcopalem. *Idem ib.*

Parochorum munera.

1 FRequentet celebrent, ita ut suo muneri satisfaciant. Trid. *sess.* 23. *c.* 14.

2 Offerant sacrificium pro ovibus. Idem *ib. c.* 1. *V. Missa Parochialis, n.* 1. & *seqq.*

3 Juxta viri prudentis arbitrium. DD. cum Barb. *alleg.* 24. *n.* 23. Negat teneri ad applicationem sacrificii Nald. cum aliis.

V. Parochus, n. 19.

4 Clericus adsit, populi etiam sumptu, si minus ille potest suo. Prov. 4.

5 Prædicent populo omnibus diebus festis. Trid. *sess.* 24. *c.* 4.

6 Vim Sacramentorum, & usum explicent inter Missarum solemnia. idem *ib. c.* 7.

7 Jejunia, & dies festos commendent, & evulgent. Idem *sess.* 25. *in fin.*

8 Decreta matrimonialia Conc. Trid. publicent, & explicent. Idem *sess.* 24. *c.* 1.

9 Præmoneant populum de oratione, processione, anniversariis per hebdomadam, seu exequiis faciendis. Prov. 3.

10 In Quadragesima quotidie, vel tribus diebus per idoneos expensis suis, judicio Episcopi, conciones procurent. Trid. *sess.* 24. *c.* 4.

11 Nec omittantur conciones eo prætextu, quia in Cathedrali eæ habentur. Pt. 7.

12 Sacramenta ministrent. Trid. *sess.* 23. *c.* 1.

13 In Baptismo non omnes levantes de fonte admittant, nisi certos. Idem *sess.* 24. *c.* 2.

14 Liceat Parocho advenas, & peregrinos, quos intra fines suæ Parochiæ, vel ad breve tempus morari contigerit, etiam Paschali tempore confitentes audire, nisi ii de industria eo diverterint, ne in propria Parochiali sacramenta percipiant. Prov. 7.

15 In festo Ascensionis significent Episcopo eos, qui in Paschate non communicarunt, sub pœna suspensionis ipso facto. *ib.*

16 Contumaces autem, de mandato tamen Episcopi, Domin. 2. post Pentecosten infra Missarum solemnia interdictos ea de causa denuncient, eorumque nomina valvis Ecclesiæ affigant, & intra dies quindecim curent, ut affigantur valvis Ecclesiæ Cathedralis. *ib.*

17 Nuptias ipsi benedicant. Trid. *seß.* 24. *c.* 1.

18 Vesperas in diebus festis recitent, etiam cum altero tantum, alta voce, stata hora. Pr. 2.

19 Horas canonicas in solemnioribus festis canant in Ecclesia, ubi id commode fieri potest, Episcopi judicio. Prov. 4.

20 Diebus festis pueros fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes doceant. Trid. *seß.* 24. *c.* 1. *V. Doctrina Christiana*, *n.* 1. 15.

21 Ad Parochum pertinent functiones Sacerdotales in Ecclesiis, quæ sub laicorum sunt guberuio, non ad capellanos, neque ad Sacristam, nempe benedictiones cinerum, candelarum, ramorum, fontis baptismalis, delationes Sanctissimi Sacramenti, celebratio Missarum in Fer. V. Cœnæ Domini, aspersiones domorum, & quæ in Ecclesia fiunt die Dominico, orationes 40. horarum, & similes. Cong. Rit. 18. Maji 1602.

22 Librum baptizatorum habeant. Trid. *seß.* 24. *c.* 2.

23 Item matrimoniorum idem. *ib. c.* 1.

24 Item librum, in quo omnium, qui in eorum Parochiis sunt, nomina, sexum, ætatem, & statum habeant. Prov. 3.

25 Negligentes in conficiendis prædictis libris, & defunctorum, decem aureis mulctentur. Prov. 7.

26 Habeant Homiliarium Summam Antoninam, vel aliam, præter libros communes Clericorum. Prov. 4.

27 Ad munera Parochialia compellantur, etiam Curati Regulares. Prov. 3.

28 Neque semper potest Parochus alterum sibi substituere etiam approbatum, ad confessiones suorum subditorum audiendas. Decisum refert Campanil. *Rub.* 11. *c.* 13. *n.* 61.

29 Illi etiam, idest, Regulares, tenentur adesse benedictioni fontis baptismalis in Sabbato Sancto, si tenentur alii. Cong. Episc. 12. Dec. 1595.

30 Et debent habere socium regularem in domo Parochiali. Eadem 21. Jun. 1595.

31 Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur, & ipsi ad omnes functiones, ad quas Curati alii. Eadem 28. Apr. 1599.

32 Et accedere quoque ad Congregationes casuum conscientiæ. Cong. Conc. 18. Mart. 1598.

33 Monentur præterea Curati omnes, ut deponant nimium affectum erga propinquos. Trid. *seß.* 25. *c.* 1.

34 Hospitalitatem ament. Idem *ib. c.* 8.

35 Pauperum, & miserabilium personarum curam paternam gerant. Idem *seß.* 23. *c.* 1.

36 Ne pueros certa mercede pacta alant domi; Clericos autem, & pauperes Parochiæ pueros futuros Clericos, de consensu Episcopi, possunt. Prov. 4.

37 Neque ludum aperiant litterarum extra fines Parochiæ. *ib.*

38 Neque cantoris, musicive munus in alia Ecclesia suscipiant, sine licentia Episcopi. *ib.*

39 Neque aliud munus, quod impedire possit residentiam. Prov. 5.

40 Si illiterati sint, possunt eis dari Vicarii, vel coadjutores cum parte fructuum competenti. Trid. *seß.* 21. *c.* 6.

41 Inter Rectorem, & socium emolumenta dividantur certa lege, judicio Episcopi. Prov. 4.

42 Servitia animarum, & Ecclesiæ, non dividantur per hebdomadas, ubi sunt plures Parochi, sed omnes sint, & unus. *ib.*

43 Qui scandalose vivunt, post monitionem castigentur. & incorrigibiles priventur etiam beneficiis. Trid. *seß.* 21. *c.* 16.

44 Nullum tradant testificationis genus e libris Parochialibus descriptum sine licentia Episcopi, nisi de natalibus, vel ætate. Prov. 3.

45 Moriınro Parocho vicinior sacramenta ministret, & mortui funus obeant universi Parochi regionis illius in qua degebat. Prov. 2.

46 Quisque ex prædictis Missam pro eo faciet, & una omnes ad Missam pro eo solemnem conveniant, die statuta a Præfecto, seu Vicario foraneo: & hæc omnia gratis. *ib.*

47 Successor Parochi prædefuncti animam juvet celebrando quotannis anniversarium cum Missa pro eo. Prov. 6.

V. Baptismus, *n.* 2. 10. *Cleri conventus*, *n.* 2. 15. 18. 19. *Concio sacra*, *n.* 5. 6. 54. *& seq. Confessarius*, *n.* 4. 5. *Confraternitates*, *n.* 12. 38. *& seqq. Euchar. n.* 4. *& seqq. Exequiæ*, *n.* 14. *& seqq. Matrim. celebratio per totum. Missa*, *n.* 15. 60. *Monialium cura spiritualis*, *n.* 10. 31. *Oratio publica*, *n.* 22. 24. *Oratorium*, *n.* 7. *Ordo*, *n.* 24. *Pestis*, *n.* 1. 2. 8. *Præcedentia*, *n.* 14. *Quadragesima*, *n.* 5. *Synodus Diœcesana*, *n.* 12. 15. *Usura*, *n.* 17.

ADDITIO.

1 Non censetur approbatus Parochus pro tota civitate, & Diœcesi. Decisum referunt *Piasec. in praxi Episc. p.* 2. *c.* 1. *n.* 10. *& Barb. de pot. Episc. alleg.* 25. *n.* 8.

2 Parochus Cathedralis Ecclesiæ non potest ministrare Sacramenta in aliena Parochia. *Congr. Conc.* 20. *Sept.* 1628.

3 Parochus sæcularis audiens confessiones tenetur deferre superpelliceum, & stolam. *Congr. Episc.* 8. *Nov.* 1588.

4 Parochus, seclusa Episcopi reservatione potest dare simplici Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, excepto Pœnitentiæ. *Cong. Ep.* 20. *Aug.* 1602.

5 Neque sine causa debet ei Episcopus hoc idem prohibere. *Eadem ib.*

6 Non

6 Non potest Episcopus cogere Parochum, ut subministret necessaria presbyteris volentibus celebrare in Parochiali. *Congr. Rituum* 10. *Junii* 1602.

Nova Additio Editoris.

„ 1 Potest Episcopus examinare Parochos, „ & Rectores semel approbatos, quando adest „ vehemens suspicio de illorum imperitia; id- „ que etiam extra visitationem; neque ad id „ necesse est, ut judiciales probationes imperi- „ tiæ præcedant. S. C. 22. *Sept.* 1668.

„ Multo magis id potest Episcopus cum Pa- „ rochis in officio constitutis a prædecessoribus „ Episcopis. S. C. 26. *Aug.* 1628.

„ 3 Id potest etiam cum Parochis Regulari- „ bus. S. C. 13. *Jan.* 1635.

Patriarcha.

1 PAtriarchæ sunt quatuor proprie, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & hic eorum ordo. Sylv. *V. Patriarcha.*

2 Alii proprie sunt Primates, ut Aquilejensis, Gradensis & hujusmodi. Idem *ib.*

3 Conferunt Metropolitanis suis pallium. Idem *ib.*

4 Faciunt ante se ubique crucem deferri, nisi in Urbe, & ubi est Papa, vel Legatus ejus utens insigniis Papalibus, quæ enumerat Sylv. *ibidem.*

5 Crux autem geminum lignum transversarium habet, cujus superius est brevius, inferius longius. DD. cit. a Barb. *de pot. Episc. tit.* 3. *n.* 25.

6 Prædicta privilegia non competunt aliis minus proprie Patriarchis, sed quatuor tantum supra relatis. DD. apud Barb. *l. c. n.* 37.

V. Subsidium caritat. n. 1.

7 Non potest tamen solemniter benedicere, nisi intra Diœcesim, non extra eam. Sylv. *sup.*

8 De eorum jurisdictione in Archiepiscopos. Sylv. *supra.*

9 Patriarcha habens aliquas Ecclesias immediate sibi subjectas in aliena Diœcesi, non potest dare licentiam Pontificalium in iis sine consensu Episcopi Diœcesis. Decisum refert Riccius, *in praxi fori post resol.* 495. *in notab. de mat. Episc.*

Additio Editoris.

„ Patriarchæ Ulyssiponensis est sacro Oleo Lu- „ sitanum Regem in brachio inungere. Clem. „ XI. in Brevi a. 1720. *Sacrosanctis Apostolatus.*

Pensio.

1 NOn potest Episcopus per resignationem reservare alicui pensionem; quia resignationes in favorem sunt prohibitæ per Bullam Pii V.

2 Potest autem ex causa permutationis, ut ea sit æqualis. Bulla Pii V. *cit. a Leon. in Thes. fori p.* 2. *c.* 7. *n.* 27.

3 Potest Episcopus ex justa causa, puta pro bono pacis, vel studio scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesiæ reservare pensionem, & imponere. DD. cum Rot. apud Barb. *alleg.* 69. *n.* 15.

4 Item in collatione beneficiorum per obitum vacantium, & ad Episcopi collationem spectantium. Leo *supra n.* 29.

5 Non tamen super quotidianis distributionibus, nec excedat tertiam partem fructuum beneficii. Idem *ib. n.* 30.

6 Omnino non excedat medietatem veri valoris beneficii. Urb. VIII. 24. Jan. 1624.

7 Ætas septem annorum sufficit ad pensionem. Ricc. *in praxi res.* 367. *in* 2. *edit.*

8 Obligatur pensionarius ad Horas parvas B. Virginis. Pius V. Anno 1571.

9 Sub pœnis, quas diximus supra.

V. Horæ Canonicæ, n. 29.

10 Si pensio minor sit sexaginta ducatis de camera, non tenetur ad habitum Clericalem. Sixt. V. Anno 1589.

11 Pensionarius habetur pro Clerico beneficiato ad effectum privilegii fori, si incedat in habitu. Decisum refert Garz. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 70.

12 Illegitimi Clericorum filii non possunt habere pensiones super beneficia; quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt. Trid. *sess.* 25. *c.* 15.

13 Oneratus pensione non debet solvere de fructibus Canonicatus gravati fabricæ, seu sacristiæ, si ea est consuetudo, nisi de fructibus, quos libere percipit, cum fidejussione solvendi reliquum, cum pensio cessaverit. Prov. 2.

14 Pensio solvitur in fine semestris, non pro rata mensium, quibus vixit Pensionarius. Naldus *Pensio*, *n.* 0.

15 Pensio transit ad successorem in beneficio, nisi a Papa reservetur. Leo *supra n.* 31. & est necessarius consensus ejus, cui beneficium Episcopus confert. Idem *ib. n.* 36.

16 Extinguitur pensio per religiosam professionem, prout vacant beneficia. Idem *ib. n.* 73.

17 Pensio amittitur per contractum matrimonii. DD. apud Barb. *alleg.* 57. *n.* 206.

18 Extingui potest anticipatis aliquot solutionibus sine auctoritate Papæ. Leo *ubi supra n.* 74. negat Moneta, *de distrib. n.* 52. *cum Nav. c.* 23. *n.* 111. & *Nald. Pensio*, *n.* 10.

19 Pensiones in Cancellariis Episcoporum assignatæ, nisi sint juridicæ, tollantur. Prov. 1.

20 Incapacitas beneficiorum, ratione homicidii, non extenditur ad pensiones. Decisum refert Riccius. *in Praxi dec.* 524. *n.* 4.

V. Benef. Paroch. provisio, *n.* 56. *Pluralitas*, *n.* 14. *Benef. permutatio*, *n.* 9. *Concio sacra*, *n.* 58. *Ecclesia*, *n.* 17. *Filii Clericorum illegitimi*, *n.* 21.

n. 21. *Fori privilegium*, *n.* 15. *Illegitimi*, *n.* 14. *Ordines majores*, *n.* 9. 10. *Seminarium Clericorum*, *n.* 34. *Subsidium charitativum*, *n.* 17.

Peregrinationes sacræ.

1 NUllus Sacerdos, aut Clericus sine litteris, & benedictione Episcopi, se committat itineri, peregrinationis causa. Prov. 4.

2 In litteris exprimantur comites. *ib.*

3 Nec ostiatim quæritet, nisi ex voto, vel alia causa ab Episcopo probata in scriptis. *ib.*

4 Reversus adeat Episcopum, seu Vicarium. *ibid.*

5 Laici eadem præstent cum suis Parochis. *ib.*

Personæ infames.

1 ASsignato meretricibus loco in civitate pro earum incolatu extra fines illius ne habitent. Prov. 5.

2 Qui domum eis locaverit extra, excommunicatione puniatur. *ib.*

3 Neque habitent prope Ecclesiam. Pr. 4.

4 Contra caupones, qui eas alunt in cauponis ad turpem quæstum, agatur pœna Interdicti, & aliis gravioribus. Pr. 5.

5 Amictum aliquem habeant, quo dignoscantur. Prov. 1.

6 Ne ultra diem commorentur in tabernis publicis, & cauponis. *ib.*

7 Non est eis prohibenda auditio Missæ, neque divinorum officiorum. Cong. Ep. 23. Jul. 1602.

8 Vicelegatus non potest eisdem concedere larvæ usum, quibus prohibuit Episcopus. Eadem 9. Martii 1604.

V. Benedictio, *n.* 18. *Juspatronatus*, *n.* 19. *Monialium monasteria*, *n.* 23. *Oblationes*, *n.* 8.

Pestis.

1 TEmpore pestis tenetur Parochus ministrare Sacramenta saluti necessaria, vel dare suis expensis, qui ministret. Sa *Parochus*.

2 Si Parochus hoc tempore renunciet beneficium, non debet admitti renunciatio. Rodr. *in sum. cas. consc. p.* 2. *c.* 37. *n.* 3. *ed. ult.*

3 Deficientibus Curatis tenentur Sacerdotes deputati ab Episcopo, cui in ordinatione promiserunt obedientiam.

4 Episcopus tenetur curare ministros Sacramentorum, etiam si multum debeat expendere, Bannes 2. 2. *q.* 33. *art.* 3. *dub.* 4.

5 Potest vendere bona Ecclesiæ in hanc causam. Idem *ib.*

6 Eucharistia non debet ministrari cum instrumento. Acta Mediol. Eccl. *de cura pestil. c.* 15. *n.* 2.

7 Alii concedunt cum cochleari argenteo. Venerus *in Exam. Episc. l.* 4. *c.* 46. *n.* 47.

8 Ungi posse infirmum cum argentea virga, docet Nald. *Sacramentum*, *n.* 7. *in fine*. (*a*)

(*a*) „ Confer de his Benedictum XIV. *l.* 13. „ *c.* 19.

9 Potest Episcopus cum consilio sui Capituli, & Theologorum, & Medicorum dispensare, ut omnes tempore pestis in Quadragesima comedant carnes, & profuit Panormitanis *A.* 1625. Nav. *cons. final. de observat. jejunii cit. a Venero*, *sup. n.* 53.

10 Missæ celebrari possunt extra Ecclesias. Acta Mediol. Eccles. *l. c. cap.* 13. *n.* 6.

11 Vestibus uti poterunt ministri brevioribus. *ib. c.* 15. *n.* 2.

12 Plura de cura Pestilentiæ. *ib.*

ADDITIO.

1 TEnentur Parochi residere, Decreto Greg. XIII. 10. *Dec.* 1577. *apud Marchinum de bello div. p.* 3. *c.* 2. *n.* 3.

2 Et tenentur ministrare Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, saltem per alios. *Idem ib.*

3 Non alia Sacramenta, si cum maximo vitæ periculo. *ib. n.* 4.

4 Tempore magnæ Pestilentiæ valde sævientis, cessant omnes casus reservati, & omnes Sacerdotes, etiam non approbati, possunt absolvere. *ib. c.* 3. *n.* 3. 4.

5 Imo vero etiam coram approbatis, si non approbatus audit prius pœnitentem. *ib. n.* 13.

6 Quilibet sacerdos, & absente, Diaconus potest ministrare Eucharistiam peste laborantibus. *ib. c.* 8. *n.* 4. 5.

7 Nequaquam clericus, neque laicus. *ib. n.* 6.

8 Sacerdos, & Diaconus peste laborantes possunt se ipsos communicare singillatim sine ministerio alterius. *ib. c.* 9. *n.* 4. 5.

9 Laicus absente Sacerdote, tempore pestis potest absolvere a censuris. *ib. c.* 12. *n.* 3. & *seqq.*

10 Personis Ecclesiasticis non potest Princeps prohibere egressum e domo, vel Monasteria claudere. Decisum 21. *Jun.* 1631. *refert Marchinus p.* 4. *c.* 2. *n.* 4. *in fine*.

11 Nisi titulo defensionis naturalis, ne Ecclesiasticus infectus peste inficiat alios. *Idem ib. n.* 6.

12 Neque potest Princeps destinare Monasteria pro Lazaretis, inconsulto Rom. Pont. Decisum 21. *Jan.* 1631. *refert ib. c.* 3. *n.* 31.

13 Nisi periculum esset in mora, & Papa distaret. *ib. n.* 41.

14 Tenentur Regulares in penuria Sacerdotum ministrare Sacramenta vocati ab Episcopo. *Idem p.* 3. *c.* 1. *n.* 10.

15 Facultas exeundi domo Regularibus datur non ab Episcopo, sed a Nuntio Apostolico, si ibi est. *ib. c.* 3. *n.* 1.

16 Causa item audiendi confessiones fidelium intra domos eorum, vel ad januas, spectat licentiam dare ad Nuncium. *ib. c.* 4.

17 Potest fieri sacrum, Missave, de licentia Episcopi in viis publicis. *Idem p.* 6. *c.* 1. *n.* 5.

Pia

Pia dispositiones.

1 EXecutores omnium piarum dispositionum sunt Episcopi. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8.

Pœnitentiarius.

1 IN omnibus Cathedralibus Pœnitentiarius instituatur ab Episcopo, cum unione præbendæ proxime vacaturæ. Trid. *sess.* 24. *c.* 8.

2 Præbenda vacatura unienda intelligitur extra mensem Papæ, decisum refert Garz. *in addit. ad p.* 5. *c.* 4. *n.* 127.

3 Portio, quæ sit in Ecclesia, non potest erigi in Pœnitentialem præbendam, sed canonicalis esse debet. Decis. 31. *Maji* 1596. *a Cong. Conc.*

4 Potest per solum Episcopum constitui, ad quem quoque spectat electio personæ, quoties opus fuerit, exercendo tali officio, neque requiritur consensus Capituli. Decisum refert Garz. *part.* 5. *cap.* 4. *n.* 138.

5 Collatio præbendæ unienda ab iis fieri debet, ad quos antea spectabat. Decis. *ib.* refertur.

6 Si contingat vacatio in Mense Apostolico, vel alias præbenda sit reservata, vel affecta, electio personæ Pœnitentiarii pertinet ad Papam, decisum refert Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. Glos.* 9. §. 2. *n.* 83.

7 Absente Episcopo, Capitulum, ad quod collatio spectat, non potest se intromittere in electione Pœnitentiarii, sed expectetur electio ab Episcopo. Decis. refert Garz. *supra n.* 143.

8 Negligente Episcopo, aut Vicario, post sex menses a die vacationis electio devolvitur ad Capitulum. Barbos. *alleg.* 55. *n.* 16.

9 Sede vacante, non potest Capitulum eligere, licet collatio sit communis Capitulo & Episcopo. Decis. refert Garz. *loc. cit. n.* 145.

10 Et electio eo casu spectabit ad Papam, etiam seclusa reservatione. Decisum refert Id. *ibid. n.* 150.

11 Pœnitentiarius institutus ante vacationem præbendæ ei officio unitæ, non habetur pro Canonico, neque vocem in Capitulo, neque locum habet in Choro, decisum refert Garz *loc. cit. addit. n.* 111.

12 Tenetur tamen ita initiatus officium exercere. Decis. a Cong. Conc. 1. Martii 1598.

13 Fiat concursus in collatione Pœnitentiariæ, nisi spectet ad Sanctissimum. Prov. 5.

14 Sit ille annorum 40. magister, vel doctor, aut licentiatus in Theol. seu jure Canonico. Trid. *sess.* 24. *c.* 8.

15 Defectus ætatis 40. annorum non obstat, ubi alias aptior pro loci qualitate non reperitur. Garz. *loc. cit. n.* 133.

16 Regulariter autem ætas 40. annorum debet esse completa. *Idem ibid. n.* 35.

17 At sufficit inchoata. Azor. *p.* 2. *l.* 6. *c.* 5. *q.* 6.

18 Est enim veluti Parochus totius Diœcesis, DD. apud Barb. *alleg.* 55. *n.* 19.

19 Ubi optantur præbendæ, erecta Pœnitentiali, non potest optare Pœnitentiarius; neque ejus optari præbenda. Decisum refert Garz. *loc. cit. n.* 132. *& seqq.*

20 Non potest sibi alium substituere in audiendis Confessionibus. Cong. Episc. 2. Octobr. 1584.

21 Neque videtur posse delegare suam potestatem, nec generaliter, nec particulariter. DD. apud Barb. *alleg.* 55. *n.* 22. affirmat posse Navar. *c.* 27. *n.* 45.

22 Non potest absolvere a casibus Episcopo reservatis expresse, nisi speciatim Episcopus dederit illi facultatem. Decisum refert Garz. *loc. cit. n.* 115. & Bened. XIV. *l.* 5. *c.* 5.

23 Tenetur integras audire confessiones, non autem solos casus reservatos. Congr. Conc. 21. Aprilis 1587.

24 Debet assistere certis horis opportunis, in loco, & sede arbitrio Episcopi. Decisum refert Garz. *loc. cit. n.* 118.

25 Adsit diebus festis solemnibus, in Quadragesima, Advento, Quatuor Temporibus, Paschate, Ascensione, & ejusmodi. Decisum refert *ib. n.* 122.

26 Non debet manu virgam tenere, sicut in Urbe. Barb. *loc. cit. n.* 28.

27 Si renuat audire confessiones, puniri debet, & cogi. Decis. refert Garz. *loc. cit. n.* 118.

28 Non tamen potest cogi ad majorem residentiam, quam alii Canonici, qui per tres menses abesse possunt, dummodo non absit eo tempore, quo pœnitentes frequentius accedunt. Decisum refert Idem *ibid. n.* 122.

29 Habetur autem pro præsente in choro, dum audit Confessiones, extra sedem Confessionalem. Decisum referunt DD. apud Barbos. *loc. cit. n.* 30.

30 Imo, & censetur præsens in processionibus, dum audit confessiones. Decisum refert Garz. *loc. cit. n.* 125.

31 Item, & in funeribus. Decis. refert Idem *ibid.*

32 Non censetur præsens, dum non audit, licet sit in sede confessionali, & recitet officium privatim. Decis. referunt DD. apud Barb. *d. n.* 30.

33 Neque quando audit ante horam divinorum officiorum, & postea hoc tempore celebrat Missam, aut privatim recitat Horas. Prov. 5.

34 Neque, quando audit confessiones extra Ecclesiam, etiam infirmorum. Garz. *l. cit. n.* 125.

35 Qui tempore Paschatis confitetur Pœnitentiario, satisfacit præcepto. Cong. Conc. 16. *Februar.* 1595.

Præcedentia.

1 COntroversiæ omnes de præcedentia inter Ecclesiasticos, sæculares, & regulares, in processionibus, & aliis casibus componantur ab Episcopo, amota omni appellatione. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. *de regul.*

2 Inter Fratres, & inter Confratres ii præcedant, qui sunt in quasi possessione præcedentiæ. Greg. XIII. Anno 1583.

3 In

3 In dubio ii, qui sunt antiquiores in loco controversiæ; & qui Confratres usi prius sunt saccis. *ib.*

4 In futurum qui novas domos alicujus Ordinis Mendicantium erigere volunt, ubi sunt alii Mendicantes, ii sunt posteriores in processionibus, & publicis actibus. *ibid.*

5 Salvis juribus dictorum Ordinum, quando diversa sunt in processionibus, seu conciliis generalibus, seu aliis actibus publicis, aut privatis. *ib.*

6 Illud observetur regulariter, quod Romæ inter Regulares. Congr. Episc. 26. *August.* 15.9.

7 Consuetudo prævalet Constitutioni Gregor. XIII. Ead. 8. *Junii* 1618.

8 Præcedentia Regularium intelligitur, quando Monasterium est prius erectum, non simplex domus. Congr. Episc. 8. *Maji* 1584.

9 Canonici Lateranenses præcedunt Monachos in processionibus. Pius IV. 23. *Septembris* 1563. & Congr. Episc. 30. *Maji* 1583.

10 Monachi Fulienses præcedunt omnes Mendicantes. Congr. Concil. 23. *Junii* 1592. * decreto impresso Romæ.

11 Fratres Prædicatores præcedunt reliquos Mendicantes Pius V. & Greg. XIII. apud Fuscum de Visit. *lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 66.

12 Fratribus observantibus reformatis, etiam sine familia incedentibus, debetur præcedentia a Regularibus aliorum Ordinum. Congreg. Rituum 10. *Decembris* 1619.

13 Capuccini incedere possunt sub cruce aliorum S. Francisci. Greg. XIII. Anno 1583.

14 Generaliter Rector in sua Ecclesia præcedit alios quoscumque non sibi superiores ordine hierarchico, puta Decanum, & Capitulum Collegiatæ, ad eam Ecclesiam accedentes. Rota apud Barb. *alleg.* 78. *n.* 38.

15 Latini Græcos præcedant. Congr. Episcop. 17. *Aug.* 1658.

16 Abbas sæcularis exemptus habens usum mitræ, & baculi, præcedit Commendatarios, qui & inter Abbates sunt recipiendi ex declaration. Gregor. XIII. *apud Genuens. in praxi cap.* 49.

17 Abbates præcedunt Canonicos Cathedralis non collegialiter incedentes. Tambur. *de jure Abb. disp.* 25. *q.* 2. *Vide Abbas n.* 40.

18 Item Protonotarios non participantes. Cærem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 23.

19 Item Vicarium Generalem Episcopi, si sæculares sint, pro consuetudine tamen Ecclesiarum. Cærem. *loc. cit.* & Tamb. *loc. cit. q.* 3.

20 Prælati post Episcopum incedant. Congr. Rituum 12. Junii 1627.

21 Prælatus Referendarius Canonicus extra Ecclesiam præcedit alios Canonicos, & Dignitates. Eadem 6. *Junii*, & 4. *Julii* 1626.

22 Vicarius Generalis debet præcedere Gubernatorem non Prælatum in temporalibus etiam Episcopo præsente. Eadem 28. *Aprilis* 1607.

23 Item præcedit Abbatem Regularem. Congreg. Episc. 31. *Julii* 1615.

24 Vicarius Generalis in processione cum Capitulo incedere potest ante Episcopum. Congr. Rituum 12. *Junii* 1627.

25 In accipiendis cineribus, candelis, & palmis attendatur consuetudo in Vicario, & Canonicis. Eadem 15. *Martii* 1608.

26 Item in thurificatione, & aliis. Ead. *ib.*

27 Nisi Canonici sint parati, eadem 19. *Maji* 1607. & 15. *Martii* 1608.

28 Neque præcedit Canonicos paratos. Ead. 6. *Martii* 1610.

29 Episcopo sedente in Choro inter Canonicos, extra sedem Pontificalem, Vicarius sedeat in loco convenienti. Cong. Episc. 16. *Maji* 1600.

30 Vicarius Capitularis, sede vacante, si Canonicus est, sedebit in loco suo post antiquiores. Rebuff. pract. ben. in for. Vicariatus *n.* 28. & decisum a S. Congr. Rituum, refert Riccius *in Praxi decis.* 475. *n.* 5.

31 Protonotarii Apostolici non participantes debent cedere locum Canonicis collegialiter incedentibus. Ead 23. Martii 1619.

32 Præcedunt autem Canonicos non collegialiter incedentes. Ead. 12. Julii 1628.

33 Ubi non est Collegium, sedere possunt in presbyterio in habitu Prælatitio, & in processione incedere post celebrantem. Ead. *ib.*

34 Debent item cedere locum Officialibus Episcopi. Ead. 10. Aprilis 1604.

35 Iidem sedebunt post Abbates. Eadem 6. Martii 1610.

36 Priori Collegiatæ non competit præcedentia supra Canonicos Cathedralis. Cong. Rit. 19. Augusti 1619.

37 Canonicus Collegiatæ in Romana Civitate est dignior Canonico Cathedralis alterius civitatis. Decis. refert Zerola *p.* 2. *Vide Canonica.*

38 Inter Canonicos præcedant, qui in ordine presbyterali Canonicatum presbyteralem obtinent; deinde, qui Canonicatus Diaconales; postremi sint alii, licet hi promotione sint antiquiores prædictis, non obstante consuetudine. S. Rituum Congreg. apud Ricc. *in Praxi dec.* 579. *n.* 2.

39 Inter æquales præcedit Canonicus prior in possessione, non in Data. Ricc. *ib. decis.* 570. *n.* 4.

V. Coadjutor, &c. n. 22. 23. 24. *Confraternitas. n.* 49. *Doctor, n.* 4. *Exequiæ, n.* 16. *& seqq. Vicarius foraneus, n.* 5. 6.

ADDITIO.

1 Episcopus Diœcesanus in sua Ecclesia, & Diœcesi in consecrationibus, & actibus Pontificalibus exercendis præferendus est aliis Archiepiscopis, & Episcopis, etiam anterioribus, excepto Metropolitano ejusdem, licet alias debeat advenas honorare. *Cong. Rit. Januar.* 1609.

2 Episcopus consiliarius Regis sedet eo casu post alios consiliarios, vel certe non eos præcedit, ut Episcopus. *Ricc. in Praxi resol.* 203. *n.* 3 *in fine.*

3 Si adsit in regio senatu, vel in Regalibus can-

cancellariis, alicujus litis propriæ, vel suæ Ecclesiæ causa, sedebit inter senatores ad sinistram Præsidis. *Barbos. de jure Eccl. l. 1. c. 12. n. 35. Decimoquinto.*

4 Episcopus canonicus præcedit omnes Canonicos, & Dignitates in omnibus actibus. *Congr. Rituum 11. Julii 1617. 13. Novembris 1621.*

5 Coadjutores Episcoporum sedent inter Episcopos loco suæ promotionis. *Ead. 20. Sept. 1596.*

6 Vicario præsente in choro, & Episcopo Absente si primum stallum detur Vicario in dextera altaris, sedebit in parte sinistra prima Dignitas, secunda post Vicarium. *Ead. 25. Sept. 1610.*

7 Vicarius Capitularis, qui non est canonicus in Capitulo, sedere debet post primam Dignitatem. *ead. Septemb. 1630. apud Barb. de Canonic. 36. n. 8.*

8 Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedunt Canonicos collegiatæ, etiam in hac Ecclesia, non obstante consuetudine. *Ead. 2. Octobr. 1597. 10. Augusti 1619.*

9 Iidem præcedunt Curato in funeralibus, & aliis processionibus stola induto. *Ead. 25. Junii 1611. 30. Julii 1616.*

10 Non autem, si Canonici sine cruce, & consensu Capituli, uti singuli incedant. *Ead. 20. Novemb. 1603.*

11 Canonici Cathedralis non Doctores in congregationibus præferuntur presbyteris Doctoribus. *Ead. 29. Januar. 1608.*

12 Canonici Cathedralis sunt in omnibus, & per omnia præferendi Magistratui sæculari, quando non est de perpetuis, & majoribus. *Ead. 3. Octobris 1615.*

13 Et ideo ante Magistratum sunt thurificandi, tam in Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis. *Ead. 19. Junii 1605.*

14 Referendarius Canonicus extra Ecclesiam præcedit etiam Dignitatibus. *Ead. 4. Julii 1626.*

15 Canonicus paratus præcedit, etiam Decano. *Ead. 24. Octobris 1609. 26. Junii 1610.*

16 Canonici parati assistentes Episcopo præcedunt Vicario Generali. *Ead. 6. Sept. 1603. 13. Martii 1608. 27. Febr. 1610. 25. Sept. 1621. & Congr. Episc. 16. Martii 1600.*

17 Et sunt thurificandi ante Vicarum. *Congr. Rit. 3. Augusti 1602. 6. Martii 1610.*

18 Posita distinctione præbendarum, in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, qui de novo obtinuerit presbyteralem, debet præcedere habentes Diaconales. *Ead. 11. Aprilis, & 11. Octob. 1601. 23. Martii 1602. 17. Junii 1606.*

19 Consuetudo, ut obtineant locum secundum tempus admissionis, licet præbendæ sint distinctæ, quando omnes sunt presbyteri, & serviunt in celebrandis Missis, servanda est. *Ead. 10. Januarii 1604. 23. Maji 1603.*

20 Qui Canonicatum dimisit, & alium acquirit, ultimo loco sedere debet. *Ead. 2. Martii 1609.*

21 Collegiata insignis ab ejus erectione præcedit aliis collegiatis antiquioribus. *Ead. 24. Mar. 1612.*

22 Collegiata simplex præcedit Parochialibus, *Ead. 20. Julii 1602. 23. Martii 1619.*

23 Etiamsi antequam erigeretur, illis cederet. *Ead. 25. Februar. 1606.*

24 Canonici collegiatarum præcedunt alios de Clero, & ideo debent thurificari duplici ductu, clerici Parochialium unico. *Ead. 19. Januarii 1613.*

25 Iidem præcedunt Parochis in funeralibus. *Ead. 30. Aug. 1602. 2. Augusti 1603. 18. Nov. 1606. 9. Maji 1617. 14. Augusti 1618.*

26 Præcedunt etiam omnibus Parochis in synodo, & processione. *Ead. 11. Decemb. 1613. 23. Mart. 1619. 4. April. 1620. contra Steph. Gratian. Vide Barbos. de Canonic. cap. 18. n. 68. & de off. Parochi p. 1. cap. 9. n. 9.*

27 Canonici quicumque præcedunt Regularibus, etiam in horum Ecclesiis. *Ead. 12. Martii 1616. 31. Martii 1618.*

28 Prior collegiatæ, qui est caput capituli, & Dignitas unica, cui solent a Sede Apostol. causæ committi, præcedit Canonico Cathedralis. *Eadem 20. Decembris 1601.*

29 In Ecclesia collegiata exempta, præsente uno Canonico Cathedralis cum Episcopo, & Abbate Collegiatæ ejusdem cum suis Canonicis, prius incensatur Canonicus, quam Abbas. *Ead. 7. Februarii 1604.*

30 Prior absque cura animarum Ecclesiæ Parochialis præcedit alios beneficiatos antiquiores ejusdem Ecclesiæ, tam intra, quam extra Ecclesiam. *Ead. 5. Julii 1631.*

31 Inter plures Parochos, sive Regulares, sive sæculares, attenditur prærogativa Ecclesiarum, non Regulæ. *Ead. 21. Martii 1609.*

32 Inter Parochum a quo, & Parochum ad quem defunctus effertur, præcedentia debetur Parocho ad quem. *Ita Romæ fit, teste Barb. de off. Parochi, cap. 9. n. 13.*

33 Cœlestini præcedunt Olivetanis. *Rot. Rom. 21. Junii 1625. coram Burato dec. 877.*

34 Carmelitani in omni loco præcedere debent Fratribus de Mercede. *Cong. Rit. 21. Aug. 1604.*

35 Capuccini debent cedere iis Regularibus, qui sub propria cruce, & in proprio loco incedebant, antequam ipsi propriam crucem deferrent. *Ead. 23. Martii 1619.*

36 Mendicantes ubique cedunt Monachis. *Eadem ibid.*

37 In materia præcedentiarum plurimum defertur consuetudini. *Rota apud Seraphinum decis. ejusdem 964.* etiamsi jus resistat.

Nova additio Editoris.

„ 1 Præcedentia debetur Coadjutori Canoni-
„ ci Ordinis Presbyteralis non adhuc Sacerdo-
„ ti, sed in minoribus Ordinibus constituto,
„ & pro suo Coadjuto Ecclesiasticis functioni-
„ bus, & choro interessenti; Canonici quoque
„ Ordinis Diaconalis in minoribus Ordinibus,
„ vel in sacro tantum Diaconatus Ordine con-
„ sti-

„ stituti, debent præcedere Canonicis Ordinis „ Subdiaconalis in Presbyteratus Ordine constitutis. S. R. C. 31. Maji 1670.

Processio.

1 Potest Episcopus cum consensu Capituli constituere, & edicere, quo, & qua processiones dirigi, & ad quas Ecclesias perduci debeant. Decisum refert Fr. Leo *in Thesaur. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 145.

2 Vicarius Generalis eamdem habet facultatem in decernendis processionibus. Decisum refert Barbos. *alleg.* 78. *n.* 5.

3 Stati dies pro gratiarum actione de beneficio accepto sint, Dominica dies, & Feria v. Prov. 4.

4 Pro calamitatibus, Feria iv. vi. & Sabbatum. *ib.*

5 Fiant semper mane si Episcopo videbitur. Prov. 7.

6 Ad publicas processiones, etiam pro bono publico, & honore, possunt compelli Canonici, & alii beneficiati, vel officia Ecclesiastica obtinentes. Decisum a Congr. Conc. 17. *Julii* 1597.

7 Exempti omnes, tam clerici sæculares, quam regulares, & monachi quicumque ad publicas processiones vocati, accedere compellantur. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13.

8 Iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo vivunt. Idem *ibid.*

9 Et iis, qui fere ultra medium milliare a civitate absunt. Cong. Conc. 5. *Maji* 1592.

10 Et iis item, qui sunt nullius Diœcesis, vel nullum officium, seu beneficium in civitate, aut Diœcesi obtinent. Decis. refert Barb. *loc. cit. n.* 13.

11 Monachi Cassinenses non tenentur ire ad processiones, nisi juxta solitum. Congr. Rit. 10. *Junii* 1602. & 30. *Julii* 1616.

12 Fratres S. Joannis Dei non tenentur ire ad processiones. Greg. XIV. Anno 1591. *in Bullar.*

13 Confraternitates laicorum non tenentur ire, quas tamen Episcopus vocare potest. Decisum sæpius refert Quaranta. *Vide Præcedentia in fine.*

14 Sacerdotes Inservientes Religioni Hierosolymitanæ vocari debent, & compelli ad processiones. Decisum refert Barb. *alleg.* 78. *n.* 11.

15 Nomine processionum generalium comprehenduntur Rogationes. Congr. Episc. 12. *Martii* 1601.

16 Generales processiones a Cathedrali incipiant, vel a majore loci Ecclesia, & eodem redeant, nisi aliud Episcopo videatur. Prov. 1.

17 Decernat Episcopus, qui e Clero suo pluvialia induant. Prov. 4.

18 Cruces ferant clerici talari veste induti cum duobus luminibus. Prov. 5.

19 Canonici Lateranenses ferant crucem cum velo, seu panno appenso. Congr. Rituum 14. *Januarii* 1617. Salva contraria consuetudine.

20 Capuccini ferre possunt crucem propriam. Paulus V. Anno 1617.

21 Campanæ pulsentur dum exit, & redit Clerus. Prov. 4.

22 Item in iis Ecclesiis, per quas transitur. *ib.*

23 Musica instrumenta ne permittantur. *ibid.*

24 Preces in Ecclesia, ad quam itur, fiant a Clero majori loci, nisi aliud ferat consuetudo. *ib.*

25 Item Missa ab eodem, si fiat solemnis. *ib.*

26 Non accedentes etiam Regulares, potest punire Episcopus censuris, & pœnis arbitrariis. Decisum refert Barbosa supra *n.* 25.

27 Qui non venerit ante invocationem Sanctissimæ Trinitatis, si Litaniæ cantantur, habeatur pro absente. Prov. 1.

28 In iis, quæ fiunt majorum jussu intra Ecclesiam, Canonicis, & aliis de Choro, ex communi censu residentiæ tantum detur, quantum dari solet iis, qui intersunt Horæ Tertiæ; si longior sit processio, triplum detur. Prov. 4.

29 Alii clerici pœnis mulctentur. *ibid.*

30 Si Eleemosynæ iccirco sint distribuendæ, fiat distributio, peracta tota processione. *ib.*

31 Processio Sanctissimi Sacramenti conceditur omnibus in quacumque die infra octavam ejusdem. Greg. XIII. Ann. 1573.

32 In Processione, quæ fit in festo Corporis Christi, Eucharistia non deferatur humeris. Congreg. Rit. 2. *Junii* 1618.

33 Deferatur a Celebrante, & in Vesperis diei Octavæ (si fit) ab eo, qui cantavit Vesperas, modo saltem sit Canonicus in Collegiatis. Ead. 12. *Junii* 1627.

34 Si Episcopus eo die non deferat Eucharistiam, Canonici tamen induant sacras vestes. Eadem 17. *Martii* 1628.

35 Non deferantur eo casu sanctorum Reliquiæ. Prov. 4.

36 Tabernaculum gestatorium habeat lunulam saltem argenteam auro litam, cum scuto supposito ejusmodi operis ut fragmenta Hostiæ colligi queant. *ibid.*

37 Umbella pretiosior adhibeatur. *ibid.*

38 Cerei in manibus Clerici sint uniformes. *ib.*

39 Priores Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti eant a latere umbellæ post Canonicos, non ante eos. Congr. Rit. 30. *Januar.* 1616.

40 Mares a fœminis separatim prosequantur. Prov. 1.

41 Non e fenestris inspiciant laici. Prov. 4.

42 Non exhibeantur spectacula in viis. Prov. 1.

43 Esculenta, poculenta vendendi, aut deferendi tollatur abusus. *ibid.*

44 Indulgentiæ, si quæ sunt, prænuncientur a Parochis. Prov. 4.

45 In processionibus Regularium, ne ingrediantur eo casu in Ecclesias Monialium sibi subjectarum. Congreg. Episcop. 24. *Novembris* 1617.

46 In eorumdem Ecclesiis habentib. claustra fiant processiones intra claustra tantum. Congr. Rit. 26. *Febr.* 1628.

47 Si non habent claustra, fiant prope muros Ecclesiæ sive execundo ab una porta, & intran-

trando per aliam Ecclesiæ portam, sive per eamdem. Eadem *ibid.*

48 Extra ambitum Ecclesiæ non licet Reguleribus fecere processiones; nisi de licentie. consensuve Parochi, salvis privilegiis, si quæ sunt. Eadem *ibid.*

49 Processiones Confraternitatum non debent extendi per vias, sed circa muros Regularium, qui eas regunt. Congr. Rit. *ibid.* & Congr. Episc. *6. Augusti* 1591.

50 Sacrarum imaginum vexilla ne laicus ferat si clericus edsit, & possit ferre. Prov. 4.

51 Nulla simulacre B. V. Sanctorumve deferantur, sed imagines tantum serico panno depictæ, textilive opere eleboratæ, non obstante inveterata consuetudine. Prov. 7.

52 Liceat tamen Episcopo, certo loco, & tempore, & certis personis eam facultatem dare, ut imagines, quæ epud populum peculiarem habent venerationem, circumferri possint. *ibid.*

V. Confraternitates n. 24. 47. 48.

Hebdomada major. 5. 14. *Regularium jura sub Episcopis, n.* 37. 39.

ADDITIO.

1 In processionibus edicendis debet Episcopus ipse petere consilium, non consensum a capitulo. Congreg. Rit. 29. *Martii* 1628.

2 Absente Episcopo, spectet ed Vicarium Generalem edicere, & dirigere processiones cum consilio capituli. *Congr. Rit.* 28. *Septembr.*

3 Non obstante, quod capitulum, vel alii sint in quasi possessione contreria per longum tempus. *Congr. Conc. 16. Febr.* 1619.

4 Nec obstante etiam immemorabili consuetudine. *Congr. Rit.* 24. *Aug.* 1619.

5 Prima Dignitas habet munus ordinandi processiones intra, & extra civitetem, absente Episcopo, & Vicario. *Ead.* 10. *Jan.* 1597.

6 Presbyteri, & clerici cathedralis omnes faciunt unum corpus cum Canonicis, & sub una cruce debent incedere. *Ead.* 28. *Novembr.* 1609.

7 Canonici in processione intra Ecclesiem capite detecto, extra eam cum bireto in capite incedunt. *Ead.* 30. *Martii* 1633.

8 Canonici collegiatæ non debent incedere parati, sicut Canonici Cathedrelis. *Eadem* 19. *Maji* 1607.

9 Theatini, Clerici Regulares S. Pauli vulgo Barnabitæ, Jesuitæ, Pauperes Matris Dei scholarum piarum non tenentur ire ed processiones. *Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 43. *n.* 170. 171. 172.

10 Regulares quantumvis exempti, tenentur accedere ad processiones omnes publicas, & consuetas, eut indictas pro bono publico, & honore. Decis. refert *Barbosf. ibid. n.* 158.

11 Fratres B. Jo: Dei tenentur accedere. *Cong. Conc.* 4. *Julii* 1615. *apud eumdem Barb. ibid. n.* 160. *corrige, qua diximus in Manuali in hoc titulo, n.* 12.

12 Debent omnes accedere in numero decenti, debito, & consueto. *Congr. Rit.* 30. *Augusti* 1602.

13 Pœnæ, & censuræ imponendæ sunt Regularibus in particulari, pro processionibus, non in Decretis, & si delinquerint, non ab Episcopo, sed a S. Congr. Episc. debent puniri. *Ead. Congr. Episcop.* 20. *Maji* 1616.

14 Fratribus Dominicanis concessa est processio Sanctissimi Sacramenti in Dominica infra octavem Corporis Christi per vies solitas tentum, per quas inceperant facere hujusmodi processionem. *Congr. Rit.* 24. *Novembr.* 1615. 10. *Jul.* 1629.

Nova additio Editoris.

„ 1 In Processionibus SS. Sacramenti, quæ „ occasione Quadragiute horarum fiunt per Ec„ clesias, debent processionaliter incedentes an„ te Sacramentum, in occursu, & transitu a la„ tere ejusdem facere genuflexionem, dummodo „ in transitu videatur. S. R. C. 1. Mertii 1681.

„ 2 In Processionibus Candelarum, Palma„ rum, & similium, quæ fiunt per Ecclesiem „ sine SS. Sacramento, non est pulsanda Cam„ panula ad elevationem Hostiæ in Missa pri„ veta: quod si pulsetur, & advertatur eleva„ tio, tunc genuflectendum est utroque genu a „ transeuntibus ante altere, ubi Missa celebra„ tur, & deposito SS. Sacramento, progredien„ dum est; similiter si alii transeant in eleva„ tione calicis. S. R. C. 1. Martii 1681.

„ 3 In Processionibus, quæ fiunt cum inter„ ventu Capituli Cathedralis, præcedentia de„ betur Beneficiatis ejusdem supra Perochos. „ S. R. C. 2. Octobris 1683.

„ 4 Hoc Decretum ita intelligitur, quando „ Parochi non sunt de gremio illius Capituli, „ secus vero si parochi habent stallum in cho„ ro, & sunt de gremio Capituli illius, ut de„ clarevit S. R. C. 22. Augusti. 1688.

„ 5 In Processione solemni SS. Sacramenti, „ quando Processio sistit, Sacerdos celebrens, „ Dieconus, & Subdieconus non debent sedere „ neque in scamno, neque in sedibus, etiamsi „ deferantur ad ornatum tantum. S. R. C. 21. „ Jenuarii 1690.

„ 6 In Processionibus, in quibus defertur SS. „ Sacramentum, vel Lignum Crucis, tam Cle„ rus, quem sæculares, detecto capite incede„ re debent; in aliis vero Processionibus, in „ quibus deferuntur Reliquiæ, vel statuæ San„ ctorum, tunc sæculares, & Ecclesiastici, qui „ eas deferunt, detecto capite, alii vero Cle„ rici possunt incedere tecto capite cum bire„ to; quando vero non gestantur Reliquiæ, „ Magistratus ad instar Clerici potest incedere „ capite cooperto. S. R. C. 2. Septemb. 1690.

„ 7 Si in die S. Marci post Processionem in „ Ecclesia minori, seu non Collegiata, cante„ tur unica Missa, ipsa debet esse de Rogatio„ nibus, & servanda est Rubrica Missalis Ro-

ma-

„ mani, posita ante Missam Festi S. Marci, „ ubi praescribitur, quod de praedicto Sancto „ cantanda est Missa tantummodo quando Pro- „ cessio terminatur ad Ecclesiam eidem Sancto „ dicatam; quemadmodum cavetur in Caeremo- „ niali Episcoporum lib. 2. cap. 32. & decrevit „ Sacra Congreg. 23. Maji 1603. & alias plu- „ ries. S. R. C. Januarii 1693.

„ 8 Ubi est Confraternitas SS. Sacramenti, „ quando in una Dominica cujuslibet mensis „ fit Processio intra, vel extra Ecclesiam cum „ SS. Sacramento, debet dici Missa de Domi- „ nica. S. R. C. 19. Januarii 1693.

„ 9 Absque pluviali non licet in die, & in- „ fra octavam SS. Corporis Christi, peragere „ Processionem cum SS. Sacramento; non pot- „ est tamen cogi, ut ejus expositio fiat cum „ pluviali. S. R. C. 22. Januar. 1701.

„ 10 Ubi adest consuetudo immemorabilis, „ licitum est Spinam Coronae D. N. J. C. prae- „ serrim in Parasceve, capite aperto sub balda- „ chino processionaliter deferre. S. R. C. 12. „ Julii 1704.

„ 11 Parochi, Capellani Confraternitatum, „ Sacerdotes, aliique Ecclesiastici, qui cotta „ induti interveniunt processionibus funeralibus, „ deferant, sicut in aliis Processionibus, bire- „ tum Sacerdotale, non vero pileum, excepto „ tempore pluviae, & noctis, prout disponit „ Rituale Romanum tit. de Processionibus, & „ ut saepe resolvit S. R. C. quae quidem pilei „ prohibitio non solum est pro Ecclesiastico sae- „ culari, sed etiam pro Regulari, licet sint Pa- „ rochi cotta induti. Clemens XI. 9. Decemb. „ 1704. in ejus Bullario particulari part. 2.

„ 12 Si Festum S. Marci occurrit in die Pa- „ schatis, Processio cum Litaniis transfertur in „ feriam tertiam sequentem, juxta Rubricam „ particularem Missalis; & si alicubi fit absti- „ nentia, vel jejunatur, servanda est consuetu- „ do, etiam a Regularibus. S. R. C. 14. Fe- „ bruar. 1705.

„ 13 In Processionibus, & Funeralibus debe- „ tur praecedentia Parochis supra Mansionarios, „ etiam Ecclesiae Cathedralis, incedentes sine „ Canonicis, & Capitulo. Mansionariis autem „ Ecclesiae Collegiatae incedentibus absque Ca- „ pitulo, non est licitum deferre pelles super „ brachio in Processionibus funeralibus. S. R. „ C. 12. Septemb. 1705.

„ 14 Processio in solemnitate Corporis Chri- „ sti incipere debet a Cathedrali seu Matrice, „ & ad eamdem terminari, non vero a Paro- „ chiali. S. R. C. 1. Septemb. 1708.

„ 15 In Festo S. Marci, vel respective in „ feriis Rogationum, si fiat de Officio dupli- „ ci, vel semiduplici in locis, ubi tantum una „ Missa cantatur, pro majori populi commodi- „ tate, ut possit post Processionem vacare la- „ boribus, convenientius est processionem face- „ re post Nonam, inde cantare Missam Roga- „ tionum. S. R. C. 5. Maji 1736.

„ 16 In Processione feriae sextae in Parasce- „ ve, Episcopo totum Officium, & sacram „ Functionem in Pontificalibus non peragente, „ non sunt a gestantibus hastas baldachini ad- „ hibenda pluvialia, sed solum cottae. S. R. C. „ 15. Septemb. 1736.

Protonotarii.

1 Protonotarii participantes sunt exempti a jurisdictione Ordinariorum in omnibus, nisi in fragranti crimine deprehendantur. Sixtus V. Anno 158..

2 Extra Curiam in Missa solemni possunt uti mitra, & aliis quibuscumque Pontificalibus insignibus, etiam in Cathedralibus Ecclesiis de illorum Praesulum consensu, si praesentes sunt, si absentes, absque eorum consensu, & eis irrequisitis. Idem *ibid.*

3 Item possunt facere sibi celebrare Missam in loco convenienti, etiam non sacro, & tempore cujusvis Interdicti; cui interesse quoque possunt familiares eorum. Idem *ib.*

4 Si post decennium resignaverint officium Protonotariatus, adhuc per quinquennium gaudent praedictis privilegiis, extra Urbem. Idem *ibidem.*

5 Nam in Urbe Rochetto tunc non utuntur, ut prius, neque locum habent, ut antea. Id. *ib.*

6 Praecedunt adhuc quoscumque Praelatos, exceptis Auditoribus Rotae, & Clericis Cam. Apostol. Idem *ibid.*

7 Sufficit, quod per triennium fuerint de Collegio Protonotariorum, ut gaudeant praedictis Privilegiis. Urbanus VIII. Anno 1629.

8 Possunt deferre pileum nigrum cum cordulis violaceis circumornatum, & etiam serico violaceo suffultum cum floccis, & ornamentis ejusdem coloris. Cong. Rit. 17. Febr. 1607.

9 Praecedunt, & sedent post Episcopos supra Canonicos, tam Patriarchalium in Urbe, quam Cathedralium extra Urbem. C. R. 4. Maji 1623.

10 Protonotarii Apostolici non participantes sub Ordinariis sunt tamquam delegati Sedis Apostol. Trid. *sess.* 24. *c.* 11.

11 Qui ex privilegio violaceis utuntur vestibus, si Canonici sunt, possunt deferre intimam vestem violaceam sub cotta, & almutia. Cong. Rituum 14. Januar. 1612. & 11. Decemb. 1627.

12 Qui deferunt Rochettum sub cotta tamquam Protonotarii, & Canonici simul, non lucrantur distributiones. Eadem 12. Decembr. 1626.

13 Non possunt uti habitu Praelatitio in Choro, si Canonici sint, vel Dignitates; alias amittunt distributiones. Ead. 17. Junii 1623.

14 In processionibus, si non sunt Canonici, possunt incedere cum mantelletto, & Rochetto. Eadem 19. Julii 1626.

15 Non possunt benedicere paramenta. Ead. 17. Julii 1627.

16 Non possunt in Missa gestare annulum. Ead. 11. Febr. 1623.

17 Ne-

17 Neque debent sumere paramenta de altari. Eadem 6. Martii 1610.
18 De loco, & sede eorumdem.
Vide Praecedentia, *n.* 18. 31.
V. Judex Synodalis, *n.* 8.

ADDITIO.

1 Protonotarius de non participantibus potest uti mantelletto coloris violacei. *Congr. Rit* 18. *Julii* 1626.
2 Neque potest prohiberi in Ecclesiis, & functionibus Ecclesiasticis. *Ead.* 28. *Sept.* 1630. & 5. *Julii* 1631.
3 Potest apponere pileum super insignibus. Decisum refert 21. *Aug.* 1601. *Barbos. de jure Eccles. lib.* 1. *c.* 23. *n.* 29.
4 In civilibus est exemptus a jurisdictione Ordinarii quoad causas excedentes summam 25. Ducatorum ex Bulla 8. Leonis X. Decisum refert 14. *Decembr.* 1630. *Idem ibid. n.* 35.
5 Et licet servitio alicujus Ecclesiae non sit adscriptus, incedens in habitu clericali gaudet privilegio Fori, tam in civilibus, quam in criminalibus. Decisum refert *Idem ibid. n.* 36.
6 Potest in Missa gestare annulum, sed sine gemma. *Congr. Rit.* 21. *Aug.* 1601.
7 Protonotarius, qui sit prima Dignitas, potest deferre in choro Rochettum cum mantelletto. *Ead. ibid.*
8 Potest esse Conservator. Decisum refert *Barb. loc. cit. cap.* 23. *n.* 28.

Nova additio Editoris.

„ 1 Protonotarius simplex Sacerdos e numero non participantium, in Processionibus, ceterisque Ecclesiasticis functionibus, debet servare Caeremoniale Episcoporum; ideoque praecedere debet omnes simplices Sacerdotes sacris vestibus non amictos. S. R. C. 24. Maji 1659.
„ 2 Protonotarius simplex, incedens in habitu Protonotarii, debet sedere in choro post Canonicos; & ubi Capitulum non existit, immediate debet sedere post Rectorem Ecclesiae, vel alias facientem Officium; in Processionibus vero pariter eodem loco, vel, nisi adsit Magistratus, potest etiam, uti Praelatus, incedere post baldachinum, sub quo defertur SS. Sacramentum. S. R. C. 2. Aug. 1659.
„ 3 Protonotarius Apostolicus, prima Dignitas alicujus Cathedralis, non potest cum habitu Protonotarii sedere in choro in suo stallo, sed sedere debet ut dicitur in libro Caeremoniali. S. R. C. 12. Julii 1664.
„ 4 Protonotarius simplex Sacerdos, si vult praecedere aliis Sacerdotibus simplicibus, antiquioribus quoad Ordinem, & aetatem, debet incedere in habitu Protonotarii; secus nulla eidem praecedentia debetur. S. R. C. 13. Septembris 1690.
„ 5 Protonotario Apostolico in celebratione Missae non licet deferre annulum in digito. S. R. C. 3. Martii 1674.

Punctatores.

1 Quatuor sunt; duo, quorum alter a Capitulo, alter ab Episcopo, notent absentiam, & errata Canonicorum: tertius Mansionariorum, quartus, qui peccantes contra Episcopi leges notet. Prov. 1.
2 Episcopus eligere potest, quem voluerit, idoneum clericum. *ibid.*
3 Et potest cogere quoscumque ad hoc munus. *ibid.*
4 Jurent initio officii, & in Synodo Dioecesana, lectis prius Tabellis errorum statutis. Pr. 4.
5 Trimestre sit eorum officium, nisi prorogetur. *ibid.*
6 Singulis diebus si opus est, post officium divinum errata singula exponantur a punctatore, ut praefectus dijudicet, nisi aliud Episcopo videatur circa hunc morem. *ibid.*
7 Singulis Hebdomadis duo primi conferant inter se, quae notarint, & concordent. Prov. 1.
8 Si discordent, Episcopus, aut Vicarius sine forma judicii componat. *ibid.*
9 In fine anni fiat computatio coram Deputatis a Capitulo. Pr. 3.
10 Si aliquem injuria notarint, vel notandum praetermiserint, satisfaciant de suo, & integras unius hebdomadae amittant distributiones. Pr. 1.
11 Custodiantur libri punctationum, & singulis mensibus Episcopo, & Capitulo, si videbitur, exhibeantur. *ibid.*

ADDITIO.

1 Potest Episcopus cogere Canonicos ad juramentum de punctando fideliter in choro. *Congr. Conc.* 17. *Mart.* 1619. *apud Barb. de canon.*

Quadragesima.

1 In Dominica Quinquagesimae publicetur Decretum sequens.
2 Qui post mediam noctem, quae diem quadragesimae praecedit, cibis vescitur prohibitis, aut personatus incedit, puniatur, arbitrio Episcopi, poena interdicti. Prov. 7.
3 Signum autem mediae noctis exactae majori campana detur. *ibid.*
4 In prima Dominica Quadragesimae publicentur excommunicationes omnes a sacris Canonibus impositae, & in Bulla Coenae praesertim, & quae Episcopo sunt reservatae, summatim. Prov. 3.
5 Parochi initio Quadragesimae convocent populos, & agant, ut concilientur dissidentes, concubinarii revocentur, aberrantes reducantur. Prov. 5.
6 Excitentur populi ad severiorem morum disci-

disciplinam in vestibus, colloquiis, operibus pœnalibus, separatione thori, venationibus, deliciis, & conviviis. *ibid.*

7 Dedant se orationi, eleemosynis, frequentiori sacramentorum usui, octavo quoque die. *ibidem*.

8 Mane a forensibus judiciis abstineant. Provinc. 4.

9 Concionis tempore officinæ ne pateant. Prov. 5.

10 Qui cibis vetitis vescuntur, ne publice comedant, etiam a suis separatim. Prov. 2.

11 Ne cibi vetiti venales proponantur, sed certis tantum constitutis locis. Prov. 5.

12 Neque tabernarum valvis omnino patentibus, neque in foro, neque in via publica. *ib.*

13 Neque nisi ab iis, qui vendendi facultatem habent, & in scriptis ab Episcopo. *ibid.*

14 Neque omnis carnis genus, nisi quod est usui ægrotis. *ib.*

15 Neque omnibus, nisi scripto emendi facultatem habentibus, quæ facultas cesset, causa cessante. *ibid.*

16 Facultas detur per dies decem, & iterum, & deinceps. *ibid.*

17 Cauponæ, Tabernarii ne dent cibos vetitos, nisi nominatos in licentia scripta, neque viatoribus quibuscumque. *ibid.*

18 Neque patiantur aliunde coctos asportari. *ibid.*

19 Pœnæ infligantur gravissimæ violatoribus. *ibidem*.

V. Benedictio, *n.* 14. *Excommunicatio*, *n.* 34. *Pestis*, *n.* 9.

Quæstores.

1 QUæstores ii sunt, qui quæstum sibi referunt Bald. apud Barbos. *alleg.* 109. *n.* 6.

2 Regulares, quæstuantes extra loca, ubi habent monasteria, tenentur ostendere Episcopo loci licentiam suorum superiorum. Decisum refert Barb. *n.* 8.

3 Laici non possunt quærere eleemosynas pro aliqua causa, nisi cognita per Episcopum Barb. *ibid. n.* 9.

4 Omnes Indulgentiæ quæstuariæ revocatæ sunt a Pio V. refert Barb. *n.* 12.

5 Pravi eleemosynarum quæstorum abusus tollantur, & quæstores excludantur. Trident. *sess.* 21. *cap.* 9.

6 Et præsertim pro consecutione Indulgentiarum. Idem *sess.* 25. *Decr. de Indulgent.*

7 Potest Episcopus eos licet exemptos incarcerare, excommunicare, & castigare. Barb. *loc. cit. n.* 3.

8 Sedes Apostolica solet concedere cum his conditionibus.

Ne dicantur quæstores, sed collectores eleemosynarum.

Ne publicent Indulgentias.

Ne concionentur. *V. Concio Sacra*. *n.* 14.

Ne circumferant privilegia, aut Reliquias.

Ne pulsent campanulam, excepto Ordine S. Antonii Vien. aliave instrumenta.

Ne petant eleemosynam tamquam debitam, aut solitam.

Nec ulla arte, prætextuve dicendi orationes.

Ne utantur minis, nec imprecationibus.

Nec faciant ullam conventionem super eleemosynis, etiam pio loco utilem pro quo petunt Zerol. *in praxi part.* 1. *V. Quæstores*.

Hæc eadem præscribit Gregorius XIII. Ordini S. Antonii Viennens. Diœcesis Anno 1582. cui etiam prohibet benedictiones animalium in stabulis, & annis singulis peti jubet ab Ordinariis licentiam.

V. Locorum piorum cura, *n.* 2. *& seq. Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 48. 49.

Quarta Episcopalis, & funeralium.

1 DE omnibus legatis, & relictis Ecclesiis Existentibus in Diœcesi competit quarta pars Episcopo, Sylv. *V. Canonica portio*. §. 4.

2 Et hanc non solvit hæres, sed Ecclesia, cui legatum fuit. Covar. *in cap. Officii de testam. n.* 1. *circa ult.*

3 Non habet locum in funeribus ex charitate piorum locorum. Congr. Ep. 20. Novembr. 1588.

4 Neque in legatis eadem 17. Sept. 1585.

5 Præsertim non in legato maritandi puellas eadem 14. Septembris 1592.

6 Neque, quando relinquitur pauperibus in genere. Barb. *alleg.* 86. *n.* 21.

7 Neque in relictis pro ornamentis cereis, fabrica Ecclesiæ, choro, pictura, calice, anniversariis. Idem *ibid. n.* 23.

8 Neque quando legatur, ut omni anno fiat solemnitas alicujus sancti, vel constituatur, præbenda, altare, aut pulpitum, &c. Idem. *n.* 25.

9 Neque quando quis donat Ecclesiæ in vita donatione inter vivos. Id. *n.* 26. & Sylv. *loc. cit.*

10 In his, & aliis standum est consuetudini locorum. Covarr. *loc. cit.*

11 Quæ solita est persolvi ante 40. annos, ac postea fuerit aliquibus concessa, eadem integre persolvatur. Trid. *sess.* 25. *c.* 13.

12 Non comprehenduntur monasteria ædificata a 40. annis citra, aut quæ in dies ædificantur, præsupposito quod sint ejus Religionis, cui Sede Apostolica indultum sit, ut non teneatur eam solvere Episcopo. Decisum refert Jo: de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 5. *concl.* 2. *in fin.*

13 Quarta cereorum Confraternitatum funera associantium non debetur Parocho. Congr. Episc. 15. Martii 1616.

14 Quarta funeralium debetur Rectori, non Regularibus, etiamsi Rectoria sit sæcularis in Ecclesia regulari. Eadem 3. Julii 1615.

15 Non tenentur clerici Regulares ad solvendum Episcopo quartam funeralium. Rot. 15. Jan. 1618. coram Decano. Nald. *V. Sepultura n.* 13.

A D-

ADDITIO.

1 Stante consuetudine in civitate, quod jus sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad cathedralem; quarta funeralis non debetur Parocho, intra cujus limites viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit. *Congr. conc.* 22. *Januar.* 1628.

2 An confraternitates debeant solvere Episcopo quartam canonicam. DD. Affirmant, sed verius negant, si meræ sunt laicales, aut ex mera devotione auctoritate Episcopi institutæ. *Barbos. de jure Eccl. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 18.

3 Quarta funeralis Episcopi non potest locari. *Congr. Episc.* 14. *Dec.* 1592.

4 Parocho debetur, seu etiam sacerdoti animarum curam exercenti. *DD. cum Barbos. loc. cit. cap.* 24. *n.* 19. 21.

5 Illius nimirum Ecclesiæ, in qua Parochianus solet recipere Sacramenta: casu quo alibi audiret divina. *ib. n.* 24.

6 In casu dubio: An debeatur Episcopo, vel Parocho, præfertur Parochus ex causa onerosa, Episcopus ex causa lucrativa. *ib. n.* 25.

7 Etiamsi Parochianus moriatur ob bellum, pestem in villa, dummodo in Parochia domicilium habeat. *ib. n.* 27.

8 Etiam, quando ægrotus mutat Parochiam. *ib. n.* 27.

9 Vel ægrotus cum bonis suis ad Religionem se transfert, pendente anno probationis, si in eo moriatur. *ib. n.* 28.

10 Si postridie, quam sepultum est cadaver, cum cereis &c. fit solemnis Missa cum majori quantitate cereorum, de his quoque quarta pars debetur Parocho. *Congr. Episc. auditis partibus* 3. *Aug.* 1621.

11 De candelis, quas fratres, & alii presbyteri in funeribus gestare solent in manibus, non datur quarta Parocho, sed sunt gestantium. *DD apud Barb. loc. cit. n.* 39. *& in seq.* plura habes de hac materia.

Referendarii.

Vide Exempti, n. 5. *Functiones Episcopales, n.* 24. *Præcedentia, n.* 21.

ADDITIO.

1 Possunt celebrare, & facere celebrare circa auroram, & in locis interdicto Ecclesiastico suppositis. *Sixtus V.* 10. *Kalend. Octob.* 1587. § 11.

2 Cedunt locum Auditori confidentiarum. *Cong. Rit.* 6. *Decemb.* 1621.

Regularium jura sub Episcopis.

1 NOn possunt erigi nova monasteria, nisi vocatis aliorum monasteriorum Prioribus, & cognita causa, an sine aliorum damno ea erigi possint. Greg. XV. Anno 1621. * Urb. VIII. An. 1625. *

2 Vocatis etiam Prioribus Conventuum per quatuor millaria distantium. Greg. XV. *ib.*

3 Nec nisi possint habitare, & sustentari duodecim. Idem *loc. cit.*

4 Vel constiterit Ordinario, totidem ibi sustentari posse, Greg. XV. *ib.*

5 Si nulli sint ibi Regulares, accedat consensus incolarum loci. Idem *ib.*

6 Si detur appellatio, nihil interea innovetur. Idem *ib.*

7 Revocatæ sunt licentiæ omnes pro fundandis locis Regularium. Urb. VIII. Anno 1624.

8 Et qui prætextu licentiarum revocatarum sine licentia Ordinarii, & non servata forma Greg. XV. prædicta fundarit, pœnam incurrit privationis vocis, officiorum, inhabilitatis, & ipso facto excommunicationis. Idem *ib.*

9 Non possunt ædificari Ecclesiæ Regularium in loco non exempto, sine consensu Ordinarii loci. Barb. *alleg.* 26. *n.* 3.

10 Monasterium, in quo nondum positus est religiosorum conventus, sed solum nonnulli religiosi deputati fabricæ, non est obligatum clausuræ. Decisum referunt DD. *loc. citandis, n.* 15.

11 Idem videtur, dici posse de iis domibus, in quibus non vivitur in forma conventus, nec ibi est Ecclesia cum Eucharistia, nisi alias subjectæ fuerint clausuræ. Bonac. *loc. cit. n.* 5.

12 Si de claustrorum finibus est dubitatio, per loci Ordinarium, & superiores Regularium explicetur. Pr. 4.

13 Sacristia comprehenditur sub clausura Congreg. Episc. 18. Aprilis 1605. reservatur etiam a Coriolano *de casibus reserv. part.* 2. *casu* 3. *q.* 4. *n.* 31. Negat Bonac. quando immediate ab Ecclesia in sacristiam itur. *de clausf. qu.* 5. *punct.* 1. *n.* 4. affirmat Sanchez *in op. mor. l.* 6. *c.* 17. *n.* 7.

14 Horti, viridaria, vineæ, quæ monasteriis Regularium continenter sunt adjuncta, ut ad ea a monasteriis aditus sit, nulla via, locove publico interjecto, claustrorum finibus comprehenduntur. Prov. 4.

15 Infirmariæ, seu domus deputatæ ad recipiendos infirmos, vel religiosos ut hospites, non obstringuntur clausura, decisum refert. Sanchez *loc. cit. n.* 19. & Sorbus, *V. Ingredi. n.* 11.

16 Non possunt ingredi mulieres, nisi ad ea claustra, in quibus Missæ, officia, & processiones fieri solent. Pius V. Ann. 1566.

17 Sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ, Id. *ib.*

18 Et regularibus admittentibus fœminas, imponitur pœna suspensionis a divinis ipso facto, privationis officiorum, inhabilitatisque ad illa. Idem *ib.*

19 Quotannis semel hoc decretum, & sæpius arbitrio Episcopi publicetur. Prov. 3.

V. Immunitas Ecclesiast. n. 6.

Additio Editoris.

„ Regulares, qui Episcopatu se abdicant, „ Claustra Religionis suæ repetere omnino te- „ nentur. Benedictus XIII. in Constitutione „ *Custodes*.

Regularium jura sub Episcopis.

1 ANte professionem nulla renunciatio valet, nisi cum licentia Episcopi, seu Vicarii. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16. *de Regul.*

2 Potest Episcopus declarare nullam esse professionem factam ante annum ætatis 16. Decis. referunt DD. apud Barbos. *alleg.* 101. *n.* 1.

3 Et judicare de nullitate professionis ob alias causas, intra quinquennium a professione emissa, una cum superiore professi. Trid. *loc. cit. cap.* 19.

4 Hoc est, coram Episcopo loci, & Superiore monasterii, in quo facta est professio, deducendæ sunt causæ nullitatis. Decisum refert Barbos. *alleg.* 104. *n.* 12.

5 Superior non potest solus sine Ordinario ejicere professum, ob nullitatem professionis. Decisum anno 1618. refert Riccius *in praxi resolut.* 20.

6 Potest Episcopus compellere per censuras, ut restituantur novitio discedenti omnia, quæ attulerat. Trid. *loc. cit. cap.* 16.

7 Episcopis subduntur ii, qui neque Capitulis Generalibus, neque congregantur ad præscriptum Concil. Trident. neque a Metropolitano convocantur, neque habent Ordinarios visitatores. Vide Trid. *loc. cit. cap.* 8.

8 Ubi non habitant duodecim in domibus fundatis post decretum Urb. VIII. ii subduntur omnimodæ jurisdictioni Episc. Urb. VIII. Anno 1625.

9 Et valet hoc decretum etiam extra Italiam. Idem Ann. 1626. *

10 Subduntur & ii, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, in iis, quæ ad eamdem curam pertinent. Trid. *loc. cit. c.* 1.

11 Neque ibi deputari possunt Curati quam amovibiles, nisi de consensu Episcopi, & prævio examine. Idem *ibid.*

12 Exceptis monasteriis, in quibus habitant Capita Ordinum, vel Generales, vel Abbates, aut alii habentes jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos. Idem *ibid.*

13 Subduntur item Episcopis loca, & personæ Militiæ S. Jo. Hierosolymitani in iis tantum, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem. Greg. XIII. Anno 1584.

14 At respectu dictorum Militum visitationes, consecrationes, & benedictiones fiant gratis ab Episcopis absque impensa, & onere. Pius V. Anno 1571.

15 In Sacramentorum qualibet administratione omnimode subjiciuntur Episcopis, uti delegatis Sedis Apostolicæ. Gregorius XV. Anno 1622. *

16 Non tamen possunt præscribere Regularibus, ut certis tantum in locis, temporibus, & personis ministrent Sacramentum Pœnitentiæ, vel restringere eorum privilegia in ministerio Sacramentorum. Id. in Declarat. An. 1623. *

17 Neque prædicta exequi possunt in personas Regulares particulares. Idem *ib.*

18 Atqui hæc facultas Episcopis concessa non competit inferioribus Prælatis habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem. *ib.*

19 Debent Episcopi approbare causam, quæ debet esse publica, exponendi a Regularibus Sanctissimam Eucharistiam. Congreg. Episcop. 27. Maji 1603.

20 Non autem causam privatam, dummodo e tabernaculo non extrahatur Eucharistia, & velata remaneat, ita ut nec Hostia videatur. Eadem *ib.*

21 Possunt Regulares habere apud se pro suorum usu, oleum infirmorum. Eadem 20. Februar. 1601.

22 Administrantes Sacramenta Eucharistiæ, vel extremæ unctionis, vel matrimonii, infirmis, &c. sine licentia Parochi, possunt ab Episcopis excommunicari. Ricc. *in praxi resolut.* 210. *vers.* 12.

23 Debent ab Ordinario loci, cui a superiore sunt deputati, suscipere ordines. Barb. *alleg.* 4. *a n.* 58.

Vide supra V. Ordo a n. 29.

24 Item debent ab eodem petere Chrisma, consecrationem Ecclesiarum, & ea, quæ sunt ordinis Episcopalis. Barbos. *allegat.* 105. *num.* 65.

25 Item Cœmeterii benedictionem, primi lapidis impositionem, & si bis, aut ter requisitus Episcopus loci negaverit, alienus adiri potest. Leo X. Anno 1516.

26 Tenentur ad observantiam dierum festorum ab Episcopo præceptorum. Trid. *sess.* 25. *cap.* 12.

27 Non tamen tenentur ad officia festorum. Decis. refert Barbos. *alleg.* 105. *n.* 34.

28 Tenentur ad officium de Patrono, non ad Octavam. Congr. Rit. 27. Martii 1628.

29 Possunt celebrare Missam in Ecclesia sæculari de consensu solius Rectoris. Congr. Episcop. 10. Januar. 1617.

30 Non tenentur expectare tempus Missæ Parochialis, ut celebrent in suis Ecclesiis. Ead. 30. Jun. 1592.

31 Potest Episcopus cogere Regulares, ut lectionem sacræ scripturæ in monasteriis suis habeant, si commode fieri potest. *sess.* 5. *c.* 1.

32 Concionari non possunt in propriis Ecclesiis sine benedictione Episcopi, neque in alienis sine licentia, & benedictione ejusdem. Id. *ib. c.* 2.

33 In concionibus ad populum utantur Evangeliis,

geliis, & Epistolis, quæ leguntur a clero sæculari ejus Ecclesiæ, ubi degunt. Congr. Conc. Anno 1604. * & decisum refert Quaranta *V. Privilegia Regularium*.

34 Possunt Episcopi punire, qui prædicant in propriis Ecclesiis, Episcopo contradicente, vel sine ejusdem benedictione, aut in alienis sine licentia. Greg. XV. Anno 1622.

35 Non debent impediri Regulares, quominus in quadragesima concionem habeant in suis Ecclesiis, etiamsi non fuerit consuetudo. Cong. Episc. 5. Junii 1590.

36 Neque debet denegari benedictio pro concione sine causa. Ead. 22. Augusti 1615.

37 Ad publicas processiones compelli possunt ab Episcopo, iis exceptis, de quibus supra *V. Processio*. Trid. *loc. cit. c.* 13.

38 Ad Episcopum spectat componere controversias de præcedentia. Id. *ib. V. Præcedentia*.

39 Exempti a processionibus, si tamen accedant, non ideo Episcopus potest eos deinde cogere. Nald. *V. Privilegium n.* 3.

40 Non possunt publicare Indulgentias sine Episcopi consensu. Trid. *sess. 6. c.* 3. *sess.* 24. *c.* 11.

41 Potest Episcopus cogere Regulares, ut in offertorio Missarum Conventualium in Dominicis enuncient fidelibus festa, & jejunia, quæ occurrunt. F. Emanuel Rodriq. *q. Reg.* 1. *q.* 33. *art.* 7.

42 Censuræ, & Interdicta, etiam ab Ordinariis prumulgata, mandante Episcopo a Regularibus publicentur, & serventur. Tr. *l. cit. c.* 12.

43 Tempore Interdicti Episcoporum non possunt Regulares admittere laicos ad divina, si privilegia concessa fuerunt ante Conc. Trid. Decis. refert Garz. *part.* 5. *c.* 4. *n.* 87. Oppositum docent alii apud Barbos. *alleg.* 105. *n.* 44.

44 Non possunt Regulares cum cruce intrare Parochias ad levanda cadavera, nisi præmonito, & recusante Parocho; & tunc sine illius, & Ordinarii præjudicio salvo antiquo usu & pacifico. Leo X. An. 1516.

45 In funeribus se conferant ad Ecclesiam Parochialem, & inde cum Parocho ad domum defuncti. Congr. Episc. 26. Augst. 1616.

46 Si cadaver est repositum in aliqua ecclesia, ut inde transferantur alio, se conferant ad eamdem Ecclesiam, in qua est cadaver. Ead. *ib.*

47 Disputationes litterariæ Regularium extra Comitia generalia, ne fiant in Ecclesia. Ead. 17. Jan. 1594.

48 Non tenentur mendicantes petere licentiam ab Episcopo quæritandi. Ead. 6. Octobris 1597. & Congr. Conc. Anno 1621. decreto impresso. *

49 Sed tenentur quæstores eorum ostendere Ordinario licentiam superiorum suorum. Decis. Anno 1625. apud Barbos. *alleg.* 105. *n.* 51.

50 Potest Episcopus punire Mendicantes habentes plures campanas, cum debeant esse contenti una. DD. apud Barbos. *ibid. n.* 62. salva consuetudine; sed non possunt cos prohibere, ne pulsent campanas pro Horis, & Missa, ante quam pulsetur campana majoris Ecclesiæ. Congreg. Concil. decreto edito 1604. *

51 In locis exemptis suæ Diœcesis potest Episc. facere solemnes benedictiones, & divina officia celebrare. Id. *ib. n.* 66.

52 Oblati laici, qui degunt extra monasteria, non gaudent privilegio fori. Congr. Episc. 22. Mart. 1585.

53 Tertiarii, mantellati, corrigiati, chordellati, & alii in domibus propriis habitantes, communionem in Paschate, extremam unctionem, & alia Sacramenta (excepto Pœnitentiæ) a proprio Parocho recipiant. Leo X. An. 1516.

54 Non possunt Episcopi visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura; neque loca, ubi asservatur Eucharistia, vel ubi confessiones adjungitur. Greg. XV. *in Decl. cit. Anno* 1623.

55 In causis civilibus conveniantur Regulares coram Superioribus, vel eorum Conservatoribus. Paul. V. *Anno* 1607.

56 Conservatores eorum indicandi erunt Episcopo, qui debet eis idcirco præfigere terminum ad indicandum. Congreg. Episcop. 28. Martii 1588.

57 Si non indicant, conveniri possunt a laicis coram Ordinario. Ead. *ib.*

58 Conservatores eorum non ultra duas dietas a loco suæ habitationis trahere alios ad se possunt. Leo X. *Anno* 1516. *Vide supra V. Conservatores*.

59 In causis mercedum, & miserabilium personarum potest Episcopus, tamquam delegatus Sedis Apostolicæ, cogere Regulares debitores, extra monasterium degentes ad solvendum, licet in partibus habeant deputatum judicem a Sede Apostol. Trid. *sess.* 7. *cap.* 14.

60 Potest Episcopus compellere Regulares exemptos ad reddendam rationem coram se executionis testamentorum, & negligentes punire. DD. apud Barbs. *alleg.* 82. *n.* 34.

61 Ex defectu justitiæ, si non potest haberi recursus ad Papam, seu superiorem exemptorum, potest adiri Ordinarius. Barbos. *alleg.* 105. *num.* 67.

62 In criminalibus potest Episcopus capere, & remittere Regularem ad competentem si fugæ sit periculum, quando non potest expectari auctoritas judicis Regularium. DD. apud Barb. *ibid. n.* 4.

63 In causis hæresis omnes Regulares subjacent Episc. Paul. V. 26. Septemb. 1606.

64 Et præsertim in causa Conceptionis B. V. Decretum S. Inquisit. 31. August. 1617. 24. Maji 1622. *

65 Et in causa sollicitationis mulierum in Confessiones. Eadem Congr. S. Inquisit. 30. Augusti 1622. *

66 Extra monasterium degentes si delinquant, ab Ordinario puniantur. Trid. *sess.* 6. *cap.* 3.

67 Qui ita notorie deliquerit, ut scandalo

sit populo, si non punitur a superiore, sed ad alium locum transmittitur, debet revocari ad priorem locum, ut Ordinario subjaceat. Clem. VIII. Anno 1596.

68 Infra terminum ab Ordinario præfigendum. *ib.*

69 Alias Episcopus loci, ad quem fuit transmissus, in eumdem severe animadvertat, sive requisitus a priore Episcopo, sive informatus de delicto. *ib.* ex Trid. *sess.* 25. *c.* 14.

70 Qui sine mandato Superiorum in scriptis obtento a suis conventibus recedit, ab Ordinario tanquam desertor sui instituti puniatur. Trid. *sess.* 25. *c.* 4.

71 Qui studiorum causa ad Universitates mittitur, in Conventibus tamen habitet, alioquin ab Ordinario contra eum procedatur. Idem *ib.*

72 Qui sine Priore cum aliis existit in aliqua domo ad erectionem monasterii destinata, & deliquerit, ab Ordinario puniri poterit. Decis. apud Barb. *alleg.* 105. *n.* 16.

73 Non autem poterit, si sub superiore eum aliis conventualiter vivat. Decis. a Congreg. Conc. 24. Maji 1588.

74 Si incedunt sine habitu extra monasterium, possunt ab Episcopo puniri. DD. apud Barbos. *loc. cit. n.* 61.

75 Potest Episcopus absolvere Regularem leviter percutientem clericum sæcularem. Barbos. *ibid. n.* 52.

76 Et de æquitate Regulares exemptos se invicem percutientes. Idem *ib. n.* 54. *alleg.* 41. *n.* 17. *&* 18.

77 Possunt Regulares se subjicere Episcopo quoad dispensationes Episcopales. Nald. *V. Ir. regul. n.* 30.

78 De licentia suorum Prælatorum, vel ea injuste denegata. Sanch. *to.* 1. *Dec. l.* 4. *c.* 39. *n.* 36.

79 Episcopus item absolvit laicos percutientes Regularem, non Superior monachorum. Barb. *alleg.* 105. *n.* 54.

80 Crimen assassinii impositum Militibus Hierosolymitanis, seu eorum donatis, familiaribus, servitoribus, seu presbyteris eorum sæcularibus, & aliis inservientibus actu, ad superiores eorum spectat, adjuncto loci Episcopo, excommunicationis lata sententia contra alienos judices. Clemens VIII. An. 1595. 18. Decemb.

81 Apostatæ debent ab Episcopo loci ubi moram trahunt, capi, & consignari superioribus eorum. Urb. VIII. cum Congreg. Conc. 21. Septemb. 1624.

82 Ejecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, seu moderandi. Id. *ib.*

83 In dandis litteris testimonialibus projectis juxta Decretum Greg. IX. *in cap. fin. de reg.* oneratur conscientia Ordinariorum. Id. *ib.*

84 An confessarii sæculares possint audire confessiones Regularium distinguit Ugol. *de potest. Episc. c.* 7. §. 2. *n.* 9. Posse in Jubilæis generalibus: non posse in Bulla Cruciatæ, & specialibus privilegiis laicorum ex Dec. perpetua Clem. VIII. Ann. 1599. renovata ab Urb. VIII. 1630.

85 Et eodem modo potest, & non potest respective Regularis approbatus ab Ordinario audire Confessiones Regularium alterius Ordinis. Idem *ibid.*

86 Tres constitutiones Pii V. in favorem Regularium, revocatæ fuerunt a Greg. XIII. Anno 1572.

87 Alia Pii V. in favorem militum Hierosolymitanorum fuit revocata in favorem Ordinariorum a Greg. XIII. Anno 1580.

Vide Archiepiscopus n. 30. 32. 33. *Benef. Parochi. Provisio. n.* 39. *& seqq. Censuræ num.* 13. *Cleri conventus n.* 2. *Conc. Provinciale n.* 44. 74. 81. *Concio sacra. num.* 1. 3. 11. *& sequentibus. Confessarius, n.* 6. 22. 23. *& sequentibus. Confirmatio. n.* 20. *Confraternitates. num.* 2. 8. *Conservatores per totum. Decimæ, nu.* 8. *Ecclesia. n.* 2. *Eucharistia. n.* 23. 24. 53. *Examinatores. n.* 4. 5. 7. *Exempti. n.* 2. *Exequiæ n.* 9. 11. 15. 21. *Extrema unctio. n.* 3. *Fori Privilegium. n.* 18. 19. *Forum Episcopale n.* 5. *Indulgentiæ n.* 25. *Irregularitas n.* 3. 16. 63. *Judex Synodalis. n.* 69. *Librorum editio. n.* 6. 9. *Licentiæ n.* 4. *Litteræ dimissoriæ n.* 8. 9. *Missa n.* 7. *Missæ ritus n.* 1. 2. 4. *Missa Parochialis. n.* 11. *Missa Conventualis. n.* 15. *Monetarii. n.* 1. *Monialium monasteria. n.* 24. *Monialium clausura. n.* 8. *Monialium numerus. n.* 5. *Monialium receptio. n.* 24. *Monialium communes leges n.* 16. *Monialium officiales. n.* 12. 13. *Monialium cura spiritualis n.* 8. 14. *& seqq. Monialium cura in temporalibus. n.* 12. *Munerum largitio per totum. Olea sacra. n.* 8. 9. *Ordo n.* 29. *& seqq. Ordines majores. n.* 28. 40. *Parochia, n.* 12. *Parochorum munera. n.* 27. 30. *Præcedentia. n.* 1. 2. *& sequentibus. Processio. n.* 7. *& sequentibus. Quæstores n.* 2. *Quarta Episcopalis. nu.* 12. 15. *Reliquiæ SS. n.* 21. *Scriptura sacra. n.* 4. 8. 10. *Seminarium clericorum. n.* 30. 31. 32. *Sepultura, n.* 19. 20. *Synodus Diœcesana num.* 15. 39. *Tutela. n.* 1. *Visitatio Episcopi, n.* 10. 11. 12. 13. 14. 19. *& sequentibus.*

ADDITIO.

1 Coram Episcopo, & Superiore Novitiatus, potest religio intra quinquennium agere pro nullitate professionis alicujus male professi: *Congr. Conc. petente nostro Proc. Generali* 1. *Sept.* 1635. *ut in Trid. sess.* 25. *de Regul. c.* 19.

2 Tenentur Regulares accipere Bullas ordinum susceptorum ab Episcopis, qui eos ordinarunt, & litteræ dentur gratis. Decisum refert *Laurent. de Franchis tom.* 1. *Controvers. inter Episc. & Reg. q.* 35. *super decr. de ordin. Reg.*

3 Possunt audire Confessiones ægrotorum in eorum domibus, sine licentia Parochorum, quos tamen monere debent de Confessione audita. *Congr. Episc.* 2. *Julii* 1587. 22. *Januar.* 1616.

4 Pos-

4 Possunt Regulares ministrare Eucharistiam, & extremam Unctionem hospitibus infirmis in eorum Monasteriis, ex priv. Pii IV. concesso cler. Regul. & confirmato a Pio V. *Id. Febr.* 1567. *apud Pereg. p.* 1. *compend. tit. communicare. §.* 3. *& per communicationem aliis. Peirin. tom.* 1. *const.* 1. *Julii II. n.* 92.

5 Non possunt Regulares in Sabbato Sancto benedicere domos laicorum. *Congr. Concil.* 23. *Novemb.* 1619. *apud Barb. de offic. Parochi c.* 22. *n.* 11.

6 Non prohibetur in eorum Ecclesiis admittere mulieres ad purificationem post partum. *Congreg. Conc. ad Archiep. Bonon. apud Peirin. tom.* 2. *q.* 7. *Pii V. §.* 12. *n.* 13. *ad* 9.

7 Neque prohibentur denunciare festa, & jejunia in suis Ecclesiis. *Ead.* 2 *Julii* 1620. *licet antea Congr. Episc.* 15. *Decemb.* 1603. limitasset, cum licentia Episcopi id fieri debere. *Barb. de off. Parochi c.* 16. *n.* 20. *in fine p.* 1.

8 Non possunt gestare pluviale, aut stolam per alienam Parochiam. *Congr. Concil. ad Archiep. Bonon. supra ad* 3.

9 Non possunt in festo Corporis Christi processionem facere, quia dumtaxat in Cathedrali. *Congr. Rit.* 11. *Decemb.* 1613. 28. *August.* 1615. *Febr.* 1617. *& Congr. Episc.* 27. *Junii* 1615.

10 Regulares extra claustra decedentes ad eorum Ecclesias deferri debent etiam Parochis inconsultis. *Congr. Conc.* 2. *Julii* 1620. *apud. Barbos. de off. Parochi c.* 26. *n.* 68.

11 Neque debent solvere jus sepulturæ. *Cong. Episc.* 22. *Maji* 1615. *apud eumdem ib.*

12 Neque tamen possunt ducere suous superiorum, Magistrorum, seu Theologorum per Parochias civitatis, & vias cum pompa. *Ead. apud Peirinum supra ad* 11.

13 Ne excedant taxam ab Episcopo præscriptam emolumentis Parochialibus, prohiberi possunt ab Episcopo. *Congr. Concil.* 18. *Sept.* 1625. *apud Barb. de jure Eccl. lib.* 2. *c.* 43. *n.* 145.

14 Possunt colligere a laicis fructus agrorum in eleemosynam, antequam Curati colligant primitias. *Ead. apud Peirin. loc. cit. ad* 13.

15 Superiores, qui ad præscriptum Concil. Trid. *sess.* 25. *c.* 14. tenentur facere certiores Episcopos de punitione Regularium extra claustra delinquentium, in scriptis facere debent. Decisum refert 14. *Decembr.* 1630. *Barbos. loc. cit. c.* 43. *n.* 117.

16 Debet Episcopus absolvere regularem percussorem clerici c. Religioso, de sententia excomm.

17 Facultas data Episcopo a Trid. supra cit. contra Regulares notorie delinquentes extra claustra, vendicat sibi locum, cum intra Ecclesiam delinquunt notorie, & cum scandalo. *Cong. Conc.* 19. *Septemb.* 1625.

18 Non possunt Regulares aggregare suæ Regulæ personas in articulo mortis constitutas. *Congr. Rit.* 20. *Junii* 1619.

19 Non possunt deserere Monasteria, seu loca jam ædificata, nisi in manibus Ordinarii, *Bonif. VIII. & DD. cum Barbos. de jure Eccl. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 46.

Nova additio Editoris.

„ 1 Regolares delinquentes contra Decreta„ lem Innocentii III. *In Cap.* 1. *de custod. Eu„ charist.* ab Episcopo corrigi, & puniri pos„ sunt. S. C. Episcop. approbante Innocentio „ XIII. 8. *Januar.* 1724.

„ 2 In his, in quibus a Jure communi, a Sacro „ Concilio Tridentino, a Constitutionibus A„ postolicis tributa est Episcopo Jurisdictio in „ Regulares, potest illos etiam per censuras Ec„ clesiasticas compellere. S. C. C. 4. *Junii* 1672.

Regularium jura in ordine ad Moniales eorum.

1 Circa clausuram, Vide supra Monialium clausura.

2 De Monialium officialibus eligendis. Vide Monialium officiales.

3 De confessariis Monialium. Vide Monialium cura spiritualis.

4 Non possunt Regulares alloqui Moniales quascumque sine licentia, sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, ac passivæ ipso facto. Congr. Episc. 5. Maji 1599. * & est reservata clarius infra 1624. *

5 Et sub reatu peccati mortalis. Eadem 1. Julii 1606.

6 Comprehenduntur hoc decreto Milites Hierosolymit. Ead. 28. Jan. 1603.

7 Non tamen ligantur excommunicatione lata ab Episcopo, contra alloquentes Moniales. DD. cum Barbos. *alleg.* 102. *n.* 73.

8 Episcopi possunt punire, uti Sedis Apost. delegati, Regulares alloquentes quascumque Moniales sine licentia. Congreg. Conc. Anno 1624. edito decreto.

9 Iidem possunt concedere Regularibus, ut quater ad summum in anno possint alloqui Moniales consanguineas in primo, & 2. tantum gradu. Ead. Anno 1623. Urb. VIII. annuente.

10 Non in festis, Adventu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & vigiliis. *ib.*

11 Et præsente Confessario, & Auscultatricibus, dataque licentia in scriptis pro die, & hora; quæ in libris Episcopi notetur. *ib.*

12 Si Ordinarii pluries concesserint. S. Congreg. judicium timeant. *ib.*

13 Et eadem lege teneantur in hac re puellæ, & aliæ mulieres intra claustra degentes. Ead. 1590.

14 Administratores bonorum Monialium Regolaribus subjectarum rationem redant Episcopis, & superioribus Regularibus. Greg. XV. An. 1622.

15 Si male reddant, amoveri possunt ab Episcopo, facta prius monitione superioribus prædictis. *ibid.*

16 Et possunt Episcopi punire malos administratores dictorum bonorum. *ib.*

ADDITIO.

1 Regularis sine licentia accedens ad Moniales Regularibus subjectas, & cum ais colloquens, potest ab Episcopo loci tanquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri. Decisum refert *Lezana summ. qu. Regul. cap. 25. n. 36.*

2 Reperti alloquentes sine licentia consignari debent carcerati eorum superioribus, a quibus erant declarandi privati voce activa, & passiva. *Congr. Episc.* 17. *Julii* 1615.

3 Qui superiores debent facere certiorem Episcopum, & S. Congreg. *Ead.* 7. *Mart.* 1617.

4 A pœnis pro allocutione Monialium non possunt absolvi, nisi a Sede Apostolica, aut a S. Congr. Episc. *Ead.* 7. *Novemb.* 1605.

5 Confessarii extra actum confessionis non possunt alloqui Moniales, sub iisdem pœnis, quibus alii. *Ead.* 21. *Febr.* 1617.

6 Non comprehenduntur in hoc decreto Provinciales, nec ministri Provinciarum, neque superiores, quibus Moniales subjectæ sunt. *Ead.* 1593. *apud Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 44. *n.* 165.

7 Vicarius Fratrum comprehenditur, nisi absente Priore vices illius agat. *Ead.* 1. *Sept.* 1617.

8 Ubi Moniales clausuram non observant, Regulares loquentes cum eis extra claustra non incurrunt prædictas vocis pœnas. *Ead.* 15. *Mart.* 1594.

Nova additio Editoris.

„ Prælato Regulari semel dumtaxat in anno „ occasione visitationis fas est, Monasterii sibi „ subjecti septa ingredi; si autem necessitas urgeat sæpius in anno idem Monasterium ingrediendi, id non aliter Prælato Regulari li„ cet, quam cum præsentia Episcopi Diœcesa„ ni, aut alterius personæ Ecclesiasticæ ab ipso„ met Episcopo specialiter deputandæ. Alexan„ der VII. Constit. 156. *Felici*, „ petentibus S. C. C. 10. *Maji* 1727. Vide Be„ nedicti XIV. Institutionem 29.

Regul. jura circa Tertiarias.

1 Non possunt audire Confessiones earum, nisi fuerint approbati ab Ordinario. Congr. Episc. 1616.

2 Neque ministrare illis Eucharistiam in die Paschatis. Eadem *ib.*

3 Neque domi in infirmitate, neque extremam unctionem. Leo X. Anno 1516. *Vide infra V. Tertiarii.*

Additio Editoris.

„ Non possunt Regulares dare habitum sui „ Ordinis mulieribus Tertiariis, non collegia„ liter viventibus, inconsulto Episcopo; cu„ jus pariter est præmittere examen conditio„ num, quas Sacræ Urbis Congregationes in „ mulieribus exigunt inter Tertiarias cooptari

Reliquiæ Sanctorum.

1 Debet Episcopus recognoscere Reliquias Sanctorum, & miracula. Trid. *sess.* 25. *de invoc. & ven. SS.*

2 Reliquiæ SS. recognoscantur, adhibitis piis viris. Idem *loc. cit.*

3 Scripta, tabulæ, litteræ, monimenta, testes, arcæ, schedulæ accurate recognoscantur, unde translatæ, & hæc toto asserventur in Archivio. Prov. 4.

4 Ipsæ Reliquiæ cernantur; non eæ tamen, quæ sub altaribus; nisi judicio Episcopi. *ib.*

5 Scribantur in libro cum suis documentis asservando in Archivio Episcopali. *ibid.*

6 Alii inferiores Episcopo non possunt. Barbos. *alleg.* 97. *n.* 9.

7 Non potest Episcopus approbare Reliquias, etiam Sancti antiqui, nondum canonizati, & eas publice colendas exponere. Barb. *ib. n.* 10.

8 Si vero sint canonizati competit Episcopo approbatio illarum, possuntque exponi approbatæ. Azor. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 8. *q.* 8.

9 Si extat dubium, an sit Sancti canonizati, vel beatificati, ne exponantur adorandæ. Sanchez *tom.* 1. *decal. lib.* 2. *cap.* 43. *n.* 12. 29.

10 Reliquiæ etiam non approbatæ, ad ornatum crucis in cruce collocatæ possunt cum ea exponi, quasi accessoriæ. Idem *ibid. n.* 17.

11 Antiquæ Reliquiæ habendæ sunt ea veneratione, qua hactenus sunt habitæ. Decisum refert Barbos. *loc. cit. num.* 12.

12 Corpora Sanctorum nondum canonizatorum non possunt poni sub altari. Congreg. Episcopi 10. Junii 1586.

13 Sanctorum corpora extra altaria in arcis condita marmoreis, ne collocentur in eo sacello, ubi asservatur Sanctissima Eucharist. Pr. 4.

14 Et clathris ferreis muniantur. *ib.*

15 Ipsa corpora sint involuta panno serico coloris apti ad Sanctum, cujus sunt ossa. *ib.*

16 Tabella ænea cum nomine Sancti includatur. *ibid.*

17 Lampas ardeat assidue, nisi excuset egestas. *ibid.*

18 In vasculis decoris eæ collocentur. Pr. 1.

19 Vasa, thecæ, arcæ, stata prece benedicantur. Prov. 4.

20 Claves duæ sint, penes Episcopum, & Rectorum Ecclesiæ; si Universitas, aut alii laici habere solent, addatur tertia. *ibid.*

21 Ne exponantur nec etiam a Regularibus sine licentia Episcopi in scriptis, cum ejus approbatione. *ibid.*

22 Neque passim exponantur, sed in festis solemnioribus, & Sanctorum, quorum sunt Reliquiæ. *ibid.*

23 Nullo modo exponantur nudæ, nec sine luminibus. *ibid.*

24 Nec

24 Nec educantur e loculis earum. Prov. 1.
25 Non quæstus gratia exponantur. *ibid.*
26 Cum exponuntur, fiat processio a Clero Ecclesiæ, & cum luminibus. *ibid.*
27 Antequam exponantur, vel ostendantur, thurificentur, & idem fiat a Thuriferario præeunte in processione. Prov. 4. *ibid.*
28 Idemque fiat, cum reconduntur. *ibid.* & cum processione, ut prius. *ib.*
29 Deferantur ab induto Cotta, & stola, vel etiam pluviali cum hymnis in via, & oratione in fine opportunis. *ib.*
30 In Altari candelæ saltem quatuor collocentur, & custodes sacris ordinibus initiati adhibeantur. *ib.*
31 Horum opera, non laicorum coronæ admoveantur Reliquiis, ut eas tangant. *ib.*
32 Cum a loco superiori ostenduntur populo, prædicta ratio servetur, excepta processione. *ibidem*.
33 Ad ægrotos non portentur Reliquiæ SS. Prov. 3.
34 Neque radantur ossa, ut rasura detur cum potu infirmis. Congreg. Episcop. 17. Decembris. 1591.
35 Extractio Reliquiarum, seu translatio corporum, & Reliquiarum, si perpetuæ tradita sunt sepulturæ, non potest fieri sine auctoritate Papæ, vel sanctæ Synodi. Sylv. *Vid. Reliquiæ SS. q.* 3.
36 In Provincia Mediolanensi extractio prohibita a Gregor. XIII. moderata est a Sixto V. ut sufficiat licentia Episcopi, non Papæ. Congr. Episc. 16. Febr. 1588.
37 Ab uno loco ad alium ne transferantur sine justa causa, & facultate scripta Episc. Prov. 4.
38 Translatio Reliquiarum insignium, judicio Episcopi, fiat cum solemni pompa, & pio cultu. *ib.*
39 Cum pridiana recognitione, compositione in arca, assignatione clavium, & obsignatione. *ib.*
40 Fiat cum apparatu viarum, sono campanarum, processione, Missa solemni, concione, & expositione in Altari per diem integram cum debitis cæremoniis. *ib.*
41 A Notario fiat instrumentum per acta singula. *ib.*
42 Si jumento, vel curru vehantur, decenter sternantur. *ib.*
43 Quacumque iter fit, significatio pietatis, & lætitiæ in Clero, & populo ne desideretur. *ibidem*.
44 Dies translationis, in qua ultimo reponuntur, anniversario officio Divino de Sancto, cum licentia majorum, quotannis celebretur. *ib.*
45 Si est Reliquia insignis, corpus, caput, brachium, crus, aut illa pars, in qua passus est martyr, modo sit integra, & non parva, & legitime, ut supra, approbata, fieri potest de Sancto, cujus est Reliquia, officium duplex. Congregat. Rit. 8. April. 1628.
46 Privatim potest quilibet venerari Sanctum nondum canonizatum, & ejus Reliquias colere. Barb. & Azor. *locis supra cit. n.* 8. 11.
47 In Oratorio privato retineri possunt Reliquiæ SS. de licentia Episcopi. Prov. 4.
48 In privatis ædibus, aut apud laicos non habeantur. *ib.*
49 Neque tangantur a laicis, neque per eos tractentur. *ibid.*

Additio Editoris.

„ 1 Spinæ de Corona D. N. J. C. inter Reli-
„ quias insignes computantur, & speciali nota,
„ & cultu dignæ sunt. S. R. C. 27. Junii 1632.
„ 2 Reliquiæ Sanctorum, existentes sub custo-
„ dia Capituli, in Processionibus in casu, quo
„ requirantur quatuor uniti, deferendæ sunt a
„ Canonicis non paratis. S. R. C. 22. Mart. 1655.
„ 3 Reliquiæ Sanctorum, quæ deferuntur in
„ Processionibus per Civitates, & Oppida, non
„ debent deferri sub baldachino. S. R. C. 23.
„ Martii 1686.
„ 4 Quando exponuntur sacræ Reliquiæ, ul-
„ tra lampadem continuo ardeant super altare
„ duo saltem lumina; alias non exponantur.
„ S. R. C. 22. Januarii 1701.
„ 5 Dedecet, quod sacra Corpora, & Reli-
„ quiæ Sanctorum Martyrum, quorum zeloty-
„ pus est Christus, & specialiter insignes, col-
„ locentur, & conserventur in domibus priva-
„ tis, & apud laicos, cum sint custodiendæ, &
„ adorandæ religiose in Ecclesiis. In alma Urbe
„ non concedantur Corpora integra, nec Reli-
„ quiæ insignes, nisi petentes deferant literas Or-
„ dinarii Loci, a quo exponatur qualitas Eccle-
„ siarum, in quibus debent collocari, & decenter
„ custodiri; excipiuntur tamen ab hac prohibitio-
„ ne magni Principes, & conspicui Ecclesiæ Præ-
„ lati: & ne pietas aliorum Fidelium hisce o-
„ mnino privetur sacris thesauris, & eis concedan-
„ tur Reliquiæ minus insignes. Clemens XI. 19.
„ Februarii 1704. in ejus Bullario particulari.
„ 6 Reliquia Sanctæ Crucis non est incensan-
„ da a Celebrante genuflexo. S. R. C. 15. Se-
„ ptemb. 1736.
„ 7 Post expositionem Reliquiæ Sanctissimæ
„ Crucis, vel post ejus delationem in Proces-
„ sione, benedicendus est populus cum ipsa
„ S. R. C. 15. Septemb. 1736.
„ 8 Consuetudo deferendi Reliquiam SS. Cru-
„ cis manibus opertis velo ab humeris penden-
„ te, potest retineri. S. R. C. 16. Sept. 1741.

Repræsentationes sacræ.

1 PRohibentur fieri in Ecclesiis. DD. apud Barbos. *alleg.* 24. *n.* 25.
2 Passio Salvatoris nullibi agatur. Prov. 1.
3 Neque Sanctorum martirii actionesve, nisi de licentia Episcopi. *ibid.*

Residentia.

Vide supra: *Canonicorum Residentia*, *& Parochorum residentia*.

1 AD residentiam cogi possunt ad Episcopo superiori Ecclesiarum Collegiatarum, licet habeant jurisdictionem in canonicos. Decisum refert Garz. *p.* 3. *c.* 2. *n.* 181.

2 Sine consensu Ordinarii nulla valet dispensatio Apostolica non residendi etiam ratione studii. Pius IV. Anno 1564.

3 Non residentium ultimæ voluntates annullantur, quacumque auctoritate suffultæ. Id. *ibid.*

4 Aliæ pœnæ non residentium habentur apud Sylv. *V. Residentia*. *q.* 5.

5 Potest Episcopus applicare fructus non residentium fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiamsi non indigeat, quæ potest in dies indigere. Decisum refert Garz. *part.* 3. *cap.* 1. *n.* 31.

ADDITIO.

1 TEnetur Episcopus residere, licet habeat coadjutorem. *Congr. Episc.* 7. *Sept.* 1619.

Restitutio incertorum.

1 POtest Episcopus præcipere confessariis, ne absque consilio suo restitutores absolvant, aut distribuant. Nav. *in Man. cap.* 17. *n.* 92.

2 Est facienda pauperibus; non pauperioribus, vel melioribus, nisi de consilio. Id. *ib. n.* 95.

3 Non tamen potest Episcopus reservare sibi absolute restitutionem incertorum. Cong. Episc. 14. Junii 1619. *V. Usura n.* 20.

Sacramenta.

1 IN ministrandis Sacramentis adhibeatur superpelliceum cum stola. Prov. 1.

2 Laici, qui recipiunt Sacramenta, deponant arma. Prov. 5.

3 Et ii item, qui sunt compatres in baptismo, & confirmatione. *ibid.*

4 Pro Sacramentorum administratione, nihil potest accipi hoc titulo, etiam a sponte dantibus. Quod offertur sponte pro Eleemosyna, accipi potest. Congr. Conc. 1. Febr. 1593.

V. Interdictum, *n.* 21. 28. *& seqq. Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 22. *Simonia*, *n.* 12. 13. *Usura*, *n.* 13.

Sal.

1 SAl exterum in terris Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis non potest emi. Greg. XIII. apud Nald. *v. Emptio n.* 17.

Scriptura Sacra.

1 SAcrorum librorum editio vulgata in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus authentica habeatur. Trid. *sess.* 4.

2 Puniantur ab Ordinariis, qui sacram Scripturam ad suos sensus contorquent, contra sensum S. Matris Ecclesiæ, & unanimem Patrum consensum. Id. *ib.*

3 Ne ejusdem verba usurpentur ad irreverentiam, & contemptum, ac scurrilia, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, incantationes, divinationes, sortes, libellos famosos, sub pœnis juris, & arbitrii Episcoporum. Id. *ib.*

4 Biblia vulgari lingua edita non possunt legi, neque retinere, neque Episcopi, neque Inquisitores, neque Regularium superiores dare queunt licentiam. Clem. VIII. *in Indice lib. prohib.*

5 Compendia historica Bibliorum, seu librorum sacræ Scripturæ, vulgari idiomate scripta, eodem modo prohibentur. Id. *ib.*

6 Versiones novi Testamenti ab auctoribus primæ classis Indicis factæ, nemini concedantur. Idem *ibid. reg.* 3.

7 Deputati ad interpretationem sacrarum litterarum compellantur ab Ordinariis, ut id præstent. Trid. *sess.* 5. *c.* 1.

8 In Monasteriis Regularium lectio sacræ Scripturæ procuretur ab Episcopo, si negligant superiores. *ibid.*

9 Idem fiat in Gymnasiis publicis. *ibid.*

10 Approbentur prædicti ab Episcopo de moribus, & scientia, exceptis regul. *ibid.*

V. Regularium jura sub Episcopis, *num.* 31 *Theologalis Prebenda*, *n.* 13.

Seminarium Clericorum.

1 SIngulæ Cathedrales tenentur instituere certum numerum puerorum in loco convenienti eligendo ab Episcopo. Trid. *sess.* 23. *c.* 18.

2 Recipiantur ii, qui ad minimum 12. annos, & ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere, & scribere noverint, quorumque indoles, & voluntas spem affert, eos perpetuo Ecclesiæ servituros. *ib.*

3 Pauperum filii præcipue eligantur; ditiores alantur sumptibus suis. *ib.*

4 Tonsura statim, & habitu clericali utantur. *ib.*

5 Missæ quotidie intersint. *ib.*

6 Singulis mensibus peccata confiteantur, & judicio confessarii communionem sumant. *ibid.*

7 Cathedrali, & aliis Ecclesiis loci diebus festis inserviant. *ib.*

8 Doceantur ea, quæ videntur Episcopo expedire. *ib.*

9 Grammaticem, cantum, computum Ecclesiasticum, aliamque arcium disciplinam: sacram Scripturam, opportunasque ad Sacramentorum administrationem, rituum, & Cæremoniarum formas. *ib.*

10 Catechismus Romanus perpetuo prælegatur. Prov. 5.

11 De historia Ecclesiastica, & sacris ritibus, certis diebus instruantur. *ib.*

12 Duorum Canonicorum adhibito consilio seniorum, quos Episcopus elegit hæc, & alia constituantur. Trid. *loc. cit.*

13 Le-

13 Leges præscriptæ singulis mensibus coram omnibus legantur. Prov. 2.

14 Sæpius visitentur. Trid. *l. c.*

15 Tertio quoque mense saltem, si potest commode, visitet Episcopus, & inquirat tum de magistris, tum de alumnis. Pr. 2.

16 Duo Canonici electi debent esse perpetui, neque possunt mutari sine justa causa. Decisum refert Barb. *alleg.* 77. *n.* 31.

17 In Diœcesi ampla Seminaria plura haberi possunt, quæ tamen a primario civitatis pendeant. Trid. *l. c.*

18 Quæcumque oriatur difficultas ob institutionem, seu conservationem Seminarii decernere potest Episcopus cum supradictis deputatis, vel Synodus. Prov. *ib.*

19 Cogi possunt ad docendum in Seminario ii, qui scholasterias obtinentes munus habent annexum lectionis, & doctrinæ, vel per se, vel per substitutos. *ib.*

20 Si minus digni sint, alios nominent; si neglexerint, deputet Episcopus. *ib.*

21 Eligentur enim substituti a scholasticis, sed ab Ordinario erunt approbandi. *ib.*

22 Legata, ut conducantur Grammatici, qui pauperes instruant pauperos, applicari possunt Seminario. Decisum refert. in *praxi Episc. V. Seminarium*.

23 Redditus necessarii sumi debent ab Episcopo cum consilio duorum de Capitulo, quorum alterum Episcopus, alterum eligat Capitulum; itemque aliorum duorum de Clero civitatis, quorum alter ab Episcopo, alter a Clero eligi debet, ex fructib. beneficiorum, de quibus fuse Trid. *l. c.*

24 Episcopus debet primum de sua, & Capituli mensa contribuere, & postea alios cogere. Decisum refert *in praxi V. Seminarium*, Barb. *l. c. q.* 2.

25 Cardinales debent contribuere de fructibus beneficiorum in Diœcesi ubi est Seminarium. Decisum refert Barb. *ib. n.* 5.

26 Clerici Cameræ Apostol. non tenentur contribuere. Congr. Episc. 12. Maji 1604.

27 Canonici non tenentur contribuere de distributionibus quotidianis. Decisum referunt Moneta, & alii, apud Barb. *ib. n.* 13.

28 Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habent beneficia annexa, vel redditus Ecclesiasticos, tenentur contribuere. Decisum refert praxis Episcopalis. *V. Hospitale vers.* 10. *dub.*

29 Hospitalia mere laicalia non tenentur. DD. cum Barb. *l. c. n.* 8.

30 Monasteria Mendicantium non tenentur. Trid. *l. c. cap.* 18.

31 Nimirum Dominicani, Franciscani, Eremitæ S. August. Carmelitæ, Servitæ, Societas Jesu, S. Francisci de Paula, Jesuati, Carmelitæ Discalceati. Barb. *l. c. n.* 14.

32 Equites Sancti Joannis Hierosolymitani sunt immunes a contributione Seminarii. Greg. XIII. Anno 1580.

33 Confraternitates, si habent redditus Ecclesiasticos, tenentur contribuere, etiamsi existant intra Ecclesias Regularium. Decisum refert Barb. *l. c. n.* 10.

34 Pensionarii tenentur pro rata pensionis. Garz. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 171. Monet. *de Decimis c.* 9. *a n.* 83.

35 Sive Seminarium sit erectum ante reservationem pensionum, sive post. Decisum refert Garz. *in add. d. n.* 171.

36 Non sunt magis gravanda beneficia simplicia, quam curata. Cong. Episc. 27. *Oct.* 1603.

37 Decima vero solvatur singulis annis in duobus terminis. Prov. 1.

38 Possunt etiam uniri Seminario beneficia simplicia aliquot, etiam præstimonia, & præstimoniales portiones etiam ante vocationem, & reservata, seu affecta, nec impediri possunt per eorum resignationem, unionem, & applicationem. Trid. *l. c.*

39 Non decernant, ut omnia simplicia uniantur, sed aliquot, aliter non valet unio. Decisum refert Ricc. *in praxi decis.* 492. & *resol.* 383. *n.* 4. *in secunda editione*.

40 Nec uniri possunt beneficia ad collationem inferiorum spectantia, neque canonicatus, neque jurispatronatus, etiam Ecclesiastici, nec reservata Sedi Apostolicæ post illorum vocationem; nec vacantia in mense reservato per Episcopum. Decisum refert Franc. Leo *in Thesauro fori p.* 2. *c.* 16. *n.* 23.

41 Uniones factæ Seminario non subsistunt, nisi post illius Erectionem, & actualem educationem puerorum. Decisum refert Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 7. *n.* 68. Ricc. *resol.* 380. *n.* 1. *a Rota*.

42 Emptio domus, aut creatio deputatorum non est erectio Seminarii. Rota 15. *Apr.* 1622. *apud Barb. l. c. n.* 24.

43 Uniones factæ absque consilio quatuor deputatorum non valent. Congr. Conc. 13. *Jan.* 1594. Franc. Leo *in Thes. d. c.* 16. *n.* 25.

44 Tenetur Episcopus adhibere in consilium, non eos sequi. Gonzal. *l. c. glos.* 46. *n.* 74.

45 Bona, quæ fuerunt applicata Collegio pro educatione puerorum miserabilium, si Collegium sublatum sit, debent applicari Seminario. *Barb. l. c. n.* 11.

46 De incertis redditibus nemo tenetur contribuere Seminario. Congr. Episc. 13. Maji 1586.

47 Administratio temporalis Seminarii tota spectat etiam ad quatuor deputatos; sed exactio ad solum Episcopum. Ricc. *de rel.* 380. *n.* 3.

48 Cogique possunt ad solvendum prædictos redditus per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia ab Episcopo, non obstantibus quibuscumque. Trid. *l. c.*

49 Rationes autem horum redditum quotannis Episcopo reddantur, præsentibus quatuor, scilicet duobus a Capitulo, & duobus electis a Clero. Idem *ib.*

50 Seminario redditibus congruentibus constituto,

to, & aucto, tantundem de exactione remittatur, pro rata parte redditaum, quos in posterum accessione beneficiorum, aliave ratione Seminarium habere contigerit. Prov. 5.

V. Archiepiscopus, n. 6. Fori privilegium, n. 2. Forum Episcopale, n. 57. Monialium cura in temporalibus, n. 9.

ADDITIO.

1 Clerici seminarii non sunt de corpore Cathedralis Ecclesiæ, licet in ea deserviant. *Congr. Rit.* 1. *Sept.* 1607.

2 Commendatarius, etiam Cardinalis, tenetur contribuere seminario. Decisum refert 3. *Dec.* 1622. *Barb. de jure Eccl. l.* 3. *c.* 9. *n.* 53.

Septuagesima.

1 Tempore Septuagesimæ, & sequenti proponantur exercitationes piæ contra corruptelas illius temporis. Prov. 3.

Sepultura.

1 Sepultura Sacerdotum, & Clericorum ubi fieri potest, a sepulchris laicorum separata sit, & decentiori loco sita. Rit. Rom.

2 Immo, & distincta pro sacerdotibus, & aliis inferioris ordinis. *ib.*

3 Pro parvulis baptizatis habeatur specialis sepultura, seu locus in cœmeterio. Rit. Rom.

4 Sepulturæ locus honoratior licite vendi potest pluris absque simonia. DD. cum Naldo *V. Sepultura, n.* 8.

5 Sed prohibita est sepultura existens supra terram a Pio V. Anno 1566.

6 Cadavera ne reponantur sub altaribus, neque sub gradibus eorum. Cong. Epis. 6. Sept. 1593.

7 Pater eligere potest sepulturam filio minori 14. annis dummodo electio fiat ante obitum ipsius. Congr. Episc. 27. Oct. 1587.

8 Potest eligere sepulturam domus pro servo impubere, & pater pro filiis impuberibus, quando hoc habet consuetudo. Sylv. *V. Sepultura, q.* 7.

9 Limitat in filiis legitimis naturalibus adoptivis, vel arrogatis, non spuriis, vel naturalibus tantum. *ib.*

10 Minores in majorum sepultura poni debent, ita volentibus majoribus, non obstante Rituali Rom. Congr. Episc. 21. Oct. 1616.

11 Non potest avus eligere pro nepote impubere. Sylv. *l. c.*

12 Multo minus frater, aut alius collateralis, nec pater pro filio pubere. Idem *ib.*

13 Controvertitur inter DD. quodnam dicatur sepulchrum majorum. Sylv. *l. c. q.* 8.

14 Uxor sequitur maritum, & ultimum si plures habuit. Sylv. *ib. V. Quintum.*

15 Viatores qui moriuntur dum transeunt sepeliri debent in Cathedrali. Congr. Episc. 9. *Jun.* 1592. in Parochia, inquit Sylv. *ib.* nisi consuetudo sit, quod in Cathedrali. Alii dicunt *ib.* esse locum præventioni.

16 Excommunicatus, etiam denunciatus, dans signa pœnitentiæ in articulo mortis sepeliatur in Ecclesia. Cong. Episc. 27. Maii 1583.

17 Et sufficit unus testis. Sylv. *l. c. q.* 9.

18 Si contingat sepeliri aliquem in loco non sacro, donec transferatur in locum sacrum, apponatur crux capiti illius. Rit. Rom. *de exequiis.*

19 Sepultura in Ecclesiis Regularium non debetur illi, qui cum habitu regulari petit tantum sepeliri. Congr. Episc. 23. *Nov.* 1582.

20 Sepeliendi sunt in Ecclesiis Regularium ii, qui coram testibus dumtaxat elegerint sepulturam. *ib.* Eadem 11. Dec. 1615.

21 Sepeliens corpus ejus, qui alibi elegit sepulturam, violenter amittit jus, quod habebat, & tenetur restituere emolumenta, & corpus. Sylv. *q.* 11.

22 Si Ecclesia est interdicta ubi est sepultura majorum, sepelietur in Parochiali; si hæc interdicta, in Cathedrali; si omnes interdictæ, in monasterio proximiori. Idem *q.* 8.

23 Privantur sepultura Ecclesiastica, qui moriuntur in torneamentis, qui se occidunt, qui non sunt confessi semel in anno, blasphemi, notorii peccatores, usurarii manifesti, interdicti nominatim, & ab ingressu Ecclesiæ, excommunicati, & instituentes sacerdotem tutorem filiis. Sylv. *q.* 9.

24 Sepelientes prohibitos prædictos peccant mortaliter, sepelientes excommunicatos, interdictos, usurarios, ut supra, excommunicati sunt. Idem *q.* 11.

25 Si exempti sepeliant excommunicatos, &c. potest Episcopus impedire, antequam sepeliantur, non autem de facto sepultum exhumare. Idem *ib. q.* 16.

26 Nullum cadaver perpetuæ sepulturæ traditum ex ulla cujusvis Ordinis Ecclesia asportari liceat, nisi de licentia Ordinarii. Rit. Rom. *de exequiis. V. Baptismi, n.* 36. *Confraternitates, n.* 42. 46. *Ecclesia, n.* 43. *& seqq. Ecclesiæ reconciliatio, n.* 12. *Exequiæ per totum, Hebræi, n.* 26. *Interdictum n.* 19. 44. *& seqq. Monialium Ecclesiæ, n.* 13. *&* 14. *Tertiarii, n.* 8. 10. 11. 12. *Usura, n.* 15. *& seqq.*

ADDITIO.

1 Parochus debet interrogare infirmum de sepultura in genere, non in specie: An velit in Parochiali sepeliri, alias electio non valet. *Ricc. in praxi p.* 4. *resol.* 293. *n.* 30.

2 Filia minor, non obstante novo Rituali, sepelienda est in sepulchro majorum illius in Ecclesia Fratrum. *Congr. Episc.* 21. *Oct.* 1616.

3 Suscipientes habitum a Guardiano, vel alio, cui ille commiserit, & cum eo decedentes sunt tradendi sepulturæ in Ecclesiis ejusdem ordinis, si Guardianus propter habitus concessionem, & rece-

receptionem præmovit eorum cadavera. *Congr. Rit.* 11. *Dec.* 1615.

4 Peregrinus decedens, dum est in via, sepelitur in Cathedrali. *Congr. Episc.* 9. *Jun.* 1592.

5 Excommunicatus notorius, si pœnitentiæ signa dederit in articulo mortis, sepeliendus est in Ecclesia. *Eadem* 9. *Jul.* 1619.

6 Sepultura non debet retardari sub quovis prætextu compositionis quartæ funeralis. *Eadem* 5. *Maji* 1617.

7 Non debet Episcopus dare licentiam exhumandi corpus ad hoc, ut laici sumant judicia in criminalibus. *Eadem* 22. *Nov.* 1619.

Sequestrum.

1 Lite pendente datur facultas judicibus decernendi sequestra super fructibus beneficiorum Sedi Apostolicæ reservatorum, seu affectorum, & nulliter collatorum. Pius IV. A. 1560.

2 Fructus beneficiorum, lite pendente, deponi debent apud personam a judice diligendam, contra quælibet statuta. Pius V. Anno 1568.

3 Distributiones quotidianæ Canonicorum non possunt sequestrari. Mon. *de distrib. p.* 1. *q.* 9. *concl.* 1. nisi in quibusdam casibus, & cum moderatione, ne fame pereat Canonicus. *ib. concl.* 3. 4. 5. 6.

Simonia.

1 Qui pro beneficiis obtinendis se exponunt examini simulate pro aliis, seu pro se, aut aliis, cum oblatione pensionis annuæ, aut cum spe consequendi pensionem, seu commodum, sed ut alis resignent libere, vel cum pensione; eo ipso sunt excommunicati, & privati omnibus beneficiis, inhabilesque facti ad omnia beneficia. Paul. IV. Anno 1557.

2 Et collatio ejusmodi est nulla. Idem *ib.*

3 Beneficia in confidentiam, aut ad effectum reservationum sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere nemo præsumat, sub excommunicationis latæ sent. pœna, Papæ reservata. Pius IV. Anno 1564.

4 Et sub pœna nullitatis. Idem *ib.*

5 Casus confidentiarum, modi eas probandi, testium qualitates, pœnæ privationis inhabilitatis, excommunicationis, &c. fusius habentur in Bulla Pii V. Anno 1569.

6 Qui Dignitates acquisierit per simoniam, ipso jure sit privatus, & inhabilis est ad eas, & alias obtinendas. Idem Anno 1566.

7 Qui beneficium, aut officium ecclesiasticum, sit illis eo ipso privatus, & ad restitutionem omnium fructuum teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad alia. *ib.*

8 Episcopum accipere aliquid pro expeditione litterarum beneficii, simonia est. Sã. *V. Simonia, n.* 3.

9 Qui ordines, & beneficia contulerit, pœnis a jure statutis, quicumque ille sit puniatur. Trid. *sess.* 24. *c.* 6.

10 Qui convictus fuerit in consequendis ordinibus de simonia, eo ipso sit suspensus ab eorum executione per decennium, & carceri per annum mancipetur. Pius V. supra.

11 Qui pluries convictus fuerit, præter supradictas pœnas corporaliter puniatur, & ab ordinibus degradatus ejiciatur a consortio fidelium. Trid. *l. c.*

12 Ne in Sacramentorum administratione simoniacum quid fiat, Ordinarii curent, & puniant gravissime delinquentes. Idem *ib.*

13 Episcopus sciens Sacerdotem suum subditum pro Sacramentis aliquod præmium accipere a non sponte dante, & corrigere negligit, suspenditur ab officio per bimestre. Barb. *alleg.* 111. *n.* 22.

14 Proponens item judicem casuum, gratiarum, & indulgentiarum, soluto certo pretio, suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, & perceptione fructuum, reservata Papæ. Idem *ib. n.* 40.

15 Potest Episcopus absolvere a simonia occulta. Trid. *sess.* 24. *c.* 6.

V. Casus reservati, n. 3. *Censura, n.* 6. *Litteræ dimissoria, n.* 16. *Ordo, n.* 59. 60.

Sodomia.

1 Clericus Sodomita curiæ sæculari traditur puniendus. Pius V. Anno 1466.

2 Privatur omni privilegio clericali, officio, dignitate, & beneficio. Idem Anno 1568.

V. Degradatio, n. 12. *Irregularitas, n.* 32.

ADDITIO.

1 Bulla Pii V. est contra exercentes, quod significat frequentiam actus. *Quar. V. sod.*

2 Agentes tantum comprehenduntur. *Cajet. V. Mollities.*

3 In casibus Episcopo reservatis includi patientes volunt. *Ricc. in praxi t.* 3. *resol.* 57. *n.* 7. & *Bonac. de matr. q.* 4. *punct.* 11. *n.* 2.

4 Attendenda sunt verba Decreti Episcopalis.

Spolia Clericorum.

1 Spoliorum nomine non veniunt distributiones Canonici defuncti. Congr. Episc. 29. *Dec.* 1600.

2 Neque veniunt paramenta, vasa, Missalia, sacri libri, res sacræ, & alia ad usum, & cultum divinum, etiam in capellis privatis. Pius V. Anno 1567.

3 Et applicanda sunt Ecclesiis, quibus beneficiati præfuerunt, itaut propria auctoritate eadem possint illa apprehendere. Idem *ib.*

4 Si beneficiatus pluribus Ecclesiis præfuit, prædicta inter ea proportionabiliter dividantur. *ib.*

5 Neque veniunt scamna, Cathedræ, arcæ etiam lineæ, mensæ, tabulæ, dolia vinaria, neque alia similia suppellectilia. Idem *ib.*

6 Neque bona illius, qui vivens non habuit red-

redditus, seu pensiones ultra 30. ducatos auri de Camera, nisi illicitæ negociationis sit reus. *ib.*

7 Ubi non sunt Collectores spoliorum pro Camera Apostolica fructus beneficiorum in obitu beneficiatorum maturati inexacti cum effectu, etiam sponte oblati, spectant ad successores in beneficiis, non ad hæredes. Julius III. An. 1550.

8 Debita contracta occasione beneficiorum, quæ aliunde persolvi nequeunt, ex eorum bonis solvantur. *ib.*

9 Legata ad pias causas a beneficiatis in sanitate constitutis facta solvantur de fructibus. *ib.*

10 Regulariter ad Cam. Apostolicam spectant spolia Clericorum, si non adest facultas testandi. Paul. III. Anno 1542.

11 Eidem applicantur fructus omnium beneficiorum Sedi Apostolicæ reservatorum, seu affectorum pro tempore vacantium. Pius IV. Anno 1561.

12 Clericorum item bona ex illicita negotiatione acquisita. Idem Anno 1560.

Vide supra v. Clericus, n. 82.

13 In Regno Neapolitano quicumque fructus pendentes, etiam nondum separati a solo, seu nondum exacti usque ad diem adeptæ possessionis per successores in eis maturandi pro rata temporis ad Cam. Apost. spectant. Sixtus V. An. 1589.

14 Spoliorum Subcollectorum causæ ad Nuncium pertinent. Congr. Episc. 14. *Dec.* 1619.

Studia litterarum.

V. Canonicorum Residentia a n. 8. *ad* 22.

Subcollectores.

V. Exempti, n. 9. *Spolia Clericorum, n.* 14. *Visitatio Episcopi, n.* 33.

Subsidium caritativum.

1 PAtriarcha, & Archiepiscopus non possunt illud exigere a Clero Provinciæ, extra Diœcesim. Barb. *alleg.* 87. *n.* 9.

2 Potest Episcopus compellere subditos ad illud solvendum ex manifesta, & rationali causa. Idem *ib. n.* 57.

3 Causæ rationabiles sunt consecratio Episcopi, vel solutio debitorum contractorum pro tuendo jure Ecclesiæ. *ib. n.* 29.

4 Item magnæ expensæ in negotiis communibus totius Diœcesis pertractandis. *n.* 30.

5 Fabrica quoque Cathedralis Ecclesiæ. *n.* 31.

6 Visitatio liminum Apostolorum. *n.* 33.

7 Iter ad Papam, vel Regem, pro utilitate suæ Ecclesiæ; vel Ecclesiæ universalis. *n.* 32.

8 Iter ad Concilium Provinciale. *n.* 34.

9 Potest exigere etiam sub excommunicationis pœna. *n.* 7.

10 Cum consilio tamen Capituli sui, & clericorum. *n.* 11.

11 Canonici Cathedralis debent solvere. *n.* 43.

12 Non tamen de distributionibus quotidianis, nisi aliud sit sancitum. *n.* 44.

13 Et beneficiati tantum. *n.* 48.

14 Potest Episcopus aliquem eximere. *n.* 24.

15 Laici vero exempti. *n.* 45.

17 Neque pensionarii liberi ab omni onere. *n.* 52.

18 Taxa vero debet excedere summam factam in expeditione Bullarum Episcopi. Cong. Episc. 1. Martii 1583.

19 Neque majorem summam, quam a Bened. XII. statutum est, sub pœna restitutionis, & alia arbitrio Superioris. Prov. 2.

Vide Extravag. 1. de Censibus.

Vas electionis.

20 Ex urgenti causa, ultra taxam solitam; Barb. *l. c. n.* 38.

ADDITIO.

1 COadjutor, seu administrator datur Episcopo per Papam, vel Ecclesiæ Cathedrali vacanti, potest exigere e subditis hoc subsidium. *Barb. de jure Eccl. l.* 3. *c.* 21. *n.* 19.

2 Item commendatarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis. *ib. n.* 20.

Suffraganeus Episcopus.

1 NOn tenetur, extra celebrationem Concilii Provincialis, prætextu cujuslibet consuetudinis, ad Metropolitanum Ecclesiam accedere, nec invitus cogi potest. Trid. *sess.* 24. *c.* 4.

Suppellex sacra.

1 NE tumbis adhibeantur altarium pallia. Prov. 4.

2 Pulvinaria Missalium ne genibus, etiam Episcopi, supponantur. Pr. 5.

3 Ne transferatur sacra quæcumque suppellex ad profanum usum. Prov. 1.

Suspensio.

1 QUinam incurrant suspensionem, habes in variis titulis hujus operis. Collegit omnes casus Sylv *v. Suspensio, q.* 6. & Bonac. *disp.* 3. *q.* 6. *punct.* 5.

2 Suspensus a Pontificalibus potest exercere jurisdictionalia, non quæ sunt ordinis. Sylv. *ib. q.* 5.

3 Non fit irregularis exercendo Pontificalia sine Missæ celebratione. Idem *ib.* Oppositum docet Angel. *ib. cit.* sed pendet ex illa controversia, an Episcopatus sit ordo.

4 Suspensus a Sacramentorum perceptione, vel Participatione contrafaciens non fit irregularis. Idem *ib.*

5 Suspensus ab inferiori ordine non potest exercere ordinem superiorem, non e contra. *ib.*

6 Suspensus a collatione ordinis inferioris, est etiam a collatione superioris, non e contra. *ib.*

7 Et

7 Et in prædictis contrafaciens est irregularis. *ib.*

8 Suspensus a beneficio perdit fructus beneficii, non facultatem administrandi in spiritualibus, vel temporalibus. *ib.*

9 Suspensus ab officio non potest exercere jurisdictionem, nec eligere, nec beneficia conferre. *ib.*

10 Suspensus a divinis officiis, si intersit ut laicus, non fit irregularis. *ib.*

11 Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, potest tamen celebrare extra Ecclesiam, & orare in Ecclesia, quando non celebrantur divina officia. *ib.*

12 Potest etiam percipere sacramenta extra Ecclesiam. *ib.*

13 Si audit divina in Ecclesia, peccat; sed non fit irregularis. *ib.*

14 Suspensus ab administratione Ecclesiæ in temporalibus, & spiritualibus, non est suspensus ab ordine. *ib.*

15 Suspensus ab officio prædicationis, prædicando non fit irregularis, nisi sit annexum ordini. *ib.*

16 Suspensus simpliciter intelligitur suspensus a jurisdictione spirituali, collatione beneficiorum, & electione. *ib.*

17 Suspensus sine loci determinatione intelligitur ubique etiam in beneficiis alibi existentibus. Bonac. *disp.* 3. *q.* 6. *punct.* 3. *prov.* 2. *de conf.* Negant alii apud Syrium *de conf. l.* 4. *c.* 6. *n.* 21.

18 Suspensus per annum poterit ultima die anni bissextilis celebrare. Sylv. *l. c.*

19 Suspensio lata ad tempus, elapso tempore cessat absque alia absolutione. Bonac. *l. c. punct. ult.*

20 Item ea, ubi additur: *Donec satisfecerit* cessat data satisfactione. Idem *ib.*

21 Potest Episcopus absolvere a reservata Papæ, si provenit ex delicto occulto. Trid. *sess.* 24. *c.* 6.

22 Fructus beneficii pro tempore suspensionis convertendi sunt in utilitatem Ecclesiæ. Sayrus *l. c. n.* 16.

23 Distributiones non sunt fructus beneficii regulariter; ideo vel dantur aliis interessentibus, vel ipso suspenso a beneficio, non a divinis. Id. *ib. c.* 9. *n.* 11.

Synodus Diœcesana.

1 EPiscopus nondum consecratus, si bullas expedivit, potest eam convocare. Massobr. *de Synodis c.* 2. *dub.* 1. *n.* 9.

2 Capitulum, sede vacante, per Vicarium capitulare potest. Decisum refert Garz. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 8.

3 Vicarius Generalis Episcopi potest cum speciali mandato. Azor. *p.* 2. *l.* 3. *c.* 45. *q.* 4.

4 Quotannis debet Episcopus eam celebrare. Trid. *sess.* 24. *c.* 2.

5 Omittens celebrare sine causa venit suspendendus ab executione officii. Congr. Conc. 27. Martii 1509.

6 Per Archiepiscopum, cui subest. Massobr. *l. c. dub.* 3. *a n.* 3.

7 Causa debet afferri in Visitatione liminum Apostolorum. *ib.*

8 Paschale tempus videtur esse magis congruum. Bott. *de Syn. p.* 2. *q.* 8. & Gav. *de Synodo p.* 1. *c.* 2. *annot.* 7.

9 Indicenda est in festo Epiphaniæ cum Festis mobilibus. Cær. Episc. *l.* 1. *c.* 31.

10 Et per edictum saltem ante mensem. Idem *ib.*

11 Tenentur accedere etiam exempti omnes qui alias cessante exemptione, interesse deberent, neque Capitulis Generalibus subsunt. Trid. *l. c.*

12 Ratione Parochialium, aut aliarum Ecclesiarum sæcularium, etiam annexarum, ii tenentur, qui earum curam gerunt. Idem *ib.*

13 Tenentur ergo Abbates habentes cappellas, vel populum subjectum Episcopo, citra privilegium speciale. Massob. *l. c. dub.* 6. *V. Abbas*, *n.* 38. 39.

14 Prælati sæculares. Massob. *ib.*

15 Parochi omnes, etiam Regulares, etiam præsentati per exemptos. *ib.*

16 Qui obtinent beneficia simplicia. *ib.*

17 Qui de consuetudine per decennium introducta solent accedere. *ib.*

18 Vel per se, vel per procuratorem. *ib.*

19 De Canonicis dubitant DD. extra vim consuetudinis. Vide Gav. *l. c. annot.* 5.

20 Rectores, qui nullius sunt Diœcesis, tenentur adire Synodum Episcopi, a quo possunt visitari. Cong. Conc. *sess.* 24. *c.* 2.

21 Et ii denique qui obtinentes beneficium in Diœcesi, in qua fit Synodus, in alia Diœcesi habitant, *ex prædictis*.

22 Culpabiles prædicti possunt excommunicari. Bott. *l. c. n.* 50.

23 Et ampliatur pœna contra eos, qui veniunt, Synodo absoluta. Idem *ib.*

24 Nulla potest esse præscriptio non veniendi. Massob. *dub.* 5.

25 Pro decretis in Synodo evulgandis consilium Canonicorum est requirendum, nisi Episcopus præscripsisset oppositum. Gav. *c.* 6. *ann.* 3. *n.* 1.

26 In sex casibus requiritur consensus Capituli. Vide Piasec. *in praxi Episc. p.* 2. *c.* 2. *n.* 9. vel Gav. *l. c. n.* 2.

27 Ordinem sedendi describit Gav. *ib. c.* 9.

28 Paramenta coloris rubri in Episcopo, & Canonicis. Cær. Episc. *l. c.*

29 Coadjutores Canonicorum utuntur habitu Canonicali. Gav. *l. c. cap.* 13. *n.* 3.

30 Vicarius Generalis quo habitu utatur, ubi sedeat, vide *ib. n.* 11. 12.

31 Processio sub una cruce initio Synodi fit ad insignem Ecclesiam. Prov. 2.

32 In Missa Pontificali communio cleri. Pont. Roman.

33 Officiales Synodi solent esse plures. Præfectus Hospitiorum. Promotor unus, aut duo. Secretarius. Notarius. Lector Decretorum. Præfecti disciplinæ Synodalis, & scrutinii. Judices querelarum, & excusationum. Procurator Cleri. Oeconomi pro cathedratico. Confessarii Cleri. Magistri Cæremoniarum. Ostiarii Synodi.

34 De

34 De quorum muneribus singillatim. Gav. *d. c.* 19.
35 De Cathedratico. *V. sup. in proprio tit.*
36 De ritu standi, sedendi, genuflectendi in Synodo. Gav. *l. c. cap.* 28. *a n.* 14.
37 De Concione in Synodo. Idem *c.* 30.
38 Eliguntur examinatores Cleri, sex saltem. Trid. *sess.* 24. *c.* 18.
39 Examinator Regularis proponatur de nomine proprio, & cognomine. Garz. *p.* 2. *c.* 2. *dub.* 22.
40 Debent esse Magistri in Theologia, aut DD. vel licentiati in jure Canonico. Trid. *l. c.*
41 Si desint ejusmodi, eligantur alii de Clero magis idonei. Decisum refert Massob. *in praxi de concursu. Requis.* 11. *dub.* 2. *in fine.*
42 Possunt eligi per vota secreta, seu aperta. Decisum 11. Julii 1592. *refert Quar. V. Synodus.*
43 A majori parte præsentium in Synodo approbentur. Massobr. *l. c. dub.* 3. & 8.
44 Jurentque ejecti ad S. Dei evangelia. Trid. *l. c. V. supra Examinatores.*
45 Judices item Synodales elegantur, saltem quatuor. Trid. *sess.* 25. *c.* 10.
46 Debent esse in Ecclesiastica Dignitate, aut Personatum obtinere, aut Cathedralium Canonici. *ib. V. supra Judices Synodales.*
47 Testes Synodales, saltem septem eligantur. Prov. 5.
48 Punctatores eligantur. *V. supra punctatores.*
49 Prædicti Testes, & Punctatores jurent. Pr. 4.
50 Alii Officiales possunt eligi, nimirum.
Consultores S. Officii.
Recognitores librorum.
Revisores indulgentiarium.
Præfecti musicæ.
Syndici Cleri temporalium.
Vicarius Monialium.
Præf. spiritualis carcerum.
Præfecti processionum.
Præf. orationis publicæ.
Pœnitentiarii minores.
Præfecti disciplinæ Clericalis.
Vicarii foranei.
Visitatores.
Prior doctrinæ Christianæ.
Confessarii Clericorum.
Præfecti fabricæ Ecclesiasticæ.
Advocati pauperum.
Oeconomi beneficiorum vacantium.
Præfecti chori.
Recognitores onerum Missarum.
Præfecti Communium Cleri.
Dispensatores eleemosynarum.
Recognitores Kalendarii.
Revisores administratorum.
Præfecti Confratriarum.
Præfecti funeralium.
51 Fidei professio emittitur in Synodo ab iis, qui nondum in ea emiserunt. Trid. *sess.* 24. *c.* 2.
52 Nimirum beneficiati. *ib.*
53 Et alii, qui tenentur ex decreto. Pr. Med. 1.
54 Vel per se, vel per procuratorem, cum speciali mandato. Massobr. *dub.* 40. 43.
55 Evulgentur in Synodo decreta ultimi Conc Provincialis. Massobr. *dub.* 5. & 6.
56 Item decreta Trid. de residentia. *sess.* 6. *c.* 1. & *sess.* 23. *c.* 1. ut ibid. dicitur.
57 In Provincia Mediolan. leguntur etiam Bullæ Pii II. de male promotis, & Pii V. de Confidentiis. Prov. 3. & 5.
58 Item de vita, & honestate cleric. Prov. 1. & 4.
59 Item de divinis Officiis. Prov. 2.
60 Item de Chori disciplina. Prov. 5.
61 Item monitiones ad Clerum. Prov. 4.
62 In fine non interrogatur Clerus, per verbum: *Placetne verbis.* Cong. Conc. 17. Apr. 1592.
63 Indicitur futura Synodus.
64 De oratione publica, & acclamationibus, quæ in Diœces. Synodo ommitti possunt. Cær Epis. *l.* 1. *c.* 31. *V. Gav. l. c. p.* 2. *in fine*, & 3. *c.* 10. & 11. Plurima idem toto opere citato.
65 Ligant decreta Synodi Clericos, & laicos, Episcopo subjectos. Massobr. *de Synodo c.* 4. *dub.* 77. 78. non autem delinquentes extra Diœcesim. Sà. *V. Lex* 32.
66 Non tenetur Episcopus exhibere civitati, seu magistratibus ejusdem. Congreg. Episc. 14. Apr. 1615.
67 Neque tenetur ea mittere Romam. Piasec. *in praxi Episc. p.* 2. *c.* 2. *n.* 12. *V. Casus reservati, n.* 16. *Dispensatio, n.* 9. *Vicarius foraneus, n.* 14.

Tertiarii.

1 Tertiarii habitantes in domibus propriis, subditi sunt foro sæculari. Congr. Episc. 17. Maji 1583.
2 Tertiariæ non viventes simul, Ordinario subjectæ sunt. Ead. 20. Martii 1584. 20. Dec. 1616. *
3 Eædem habitantes in domibus propriis, non emittant votum substantialem ibidem habitandi. Ead. 22. Martii 1583.
4 Non vestiantur habitu Ordinis sine licentia Episcopi, qui eas probet, & sint saltem quadragenariæ, & quæ de suo possint ali, & cum affinibus in primo tantum gradu cohabitent. Eadem 1616. *
5 Prohibetur iisdem velum supra caput, quod superjectum vocant; pectorale, idest, sottogola, & scapulare, ne videantur esse Moniales. *ib.*
6 Si opus est, compellantur ab Ordinariis, ut ea deponant. *ib.*
7 Possunt extra Pascha sumere Sacramenta in aliis Ecclesiis, ubi voluerint. Ead. 26. Junii 1615.
8 Viri, qui collegialiter vivunt, aut cum claustralibus habitant, exempti sunt ab Ordinario, quoad sepulturam, & alia privilegia. Cong. Ep. 1619. Congr. Conc. 1608. edito Decreto. *
9 Mulieres collegialiter viventes, seu cum claustralibus degentes, ac mulieres, virginalem, seu cœlibem vitam ducentes, expresso voto non solemni, & sub decenti habitu Regularium gaudent privilegiis fratrum, quorum Tertiæ Regulæ habitum gestant. Leo X. A. 1516. 1518.
10 Mu-

10 Mulieres, quæ expresso voto castitatis, & cum habitu Tertiariarum vivunt, etiamsi domi habitent suæ, exemptæ sunt ab Ordinario; quoad sepulturam, & alia privilegia, se habent. Cong. Ep. 1616.

11 Non eligentes sepulturam, sepelientur in communi earum sepulchro, si adest; alias in Parochiali. Eadem *ib.*

12 Eæ, quæ conditiones in Bulla aurea Pii IV. contentas adimpleverint, & habitum receperint, possunt, etiam invito, & minime requisito Parocho, in Ecclesiis fratrum sepeliri. Ead. 11. Dec. 1615. *V. Eucharistia*, *n.* 3. *Fori privilegium*, *n.* 21. 23. *Regularium jura sub Episc. n.* 53. *Regularium jura circa Tertiarias*, *per totum*.

Testamentum.

1 AD pias causas valet coram duobus testibus, etiamsi sint mulieres. Sylv. *v. Testamentum* 1. *q.* 7.

2 Pertinet ad judicem Ecclesiast. Id. *ib. Tertium*.

3 Relictum ad pias causas per solemne testamentum, revocatur per non solemne ad pias causas. Idem *ib. Quartum*.

4 Licet institutio facta per mutuum non valeat, tamen valeat in relicto ad pias causas. Id. *ib. Sextum*.

5 Potest quis decedere testatus, & intestatus in relictis ad pias causas. Id. *ib. Quintum*.

6 Filius familias in adventitiis bonis, si ususfructus est patris disponere non potest ad pias causas. Idem *ib. q.* 4.

7 Si ususfructus est filii, potest. Bart. Non potest Bald. quem sequitur Sylv. *ib.*

8 Non potest prodigus ad pias causas post interdictum. Idem *ib.*

9 Potest usurarius publicus, & quicumque peccator notorius. Idem *ib.* contra Bartol. cum Bald. & Pan.

10 Item damnatus ad mortem, si retinet bona usque ad mortem, potest ad pias causas. Id. *ib.*

11 Si non est pœnitens, nihil recipiat Ecclesia. *ib.* recipi potest, ait Sylv. *ib.*

12 Excommunicatus potest ad pias causas disponere. *ib.*

13 Valet ultima voluntas ad pias causas, licet non instituatur ibi hæres, vel non adestur hæreditas, vel deficiat alia solemnitas. Id. *ib. q.* 5. *Tertium*.

14 Si dicat testator, committo omnia bona mea arbitrio Titii: tenetur Titius ea distribuere in pias causas. Idem *q.* 9. *Quintum*.

15 Potest Episcopus compellere executorem in legatis ad pias causas, saltem ut delegatum, si non acceptat executionem. Idem *Testam.* 2. *q.* 3. *Primum*.

16 Sede vacante potest Capitulum eumdem compellere. *ib. Tertium*.

17 Intellige de Episcopo domicilii, nisi in loco originis essent facultates. *ib. Quintum* si ibi sit executor.

18 Vel de Episcopo executoris compellendi. *ib.*

19 In legatis solvendis ad pias causas tempus est sex mensium. *ib.* idest, quoad pœnam solvendi interesse.

20 Executore non exequente post duas motiones, in legatis ad pias causas devolvitur executio ad Episcopum. *ib. q.* 8. *Primum*.

21 Et devolvitur post annum a die mortis. *ib.*

22 Etiam quod executor non potuerit exequi. *ib.*

23 Devolvitur ad Episcopum executio quoque ad non pias causas post annum. *ib. Tertium*.

24 Non potest excludi Episcopus a testatore in executione ad pias causas. *ib. Quartum*.

25 Neque prohibere potest testator, non reddi rationem Episcopo ab executore. *Quintum*.

26 Potest negligens hæres privari tota hæreditate. *ib. q.* 10. *Quartum*.

V. Bona Ecclesiastica, *n.* 19. 40. *Canonicorum distributiones*, *n.* 68. *Episcopus*, *n.* 32. *& seqq. Forum Episcopale*, *n.* 21. *& seqq. Regularium jura sub Episcopis*, *n.* 60. *Residentia*, *n.* 3.

Theologalis præbenda.

1 UBi non est, constituatur primo vacatura, vel alia ratione instituatur. Tr. *sess.* 5. *c.* 1.

2 Vacatura scilicet, non in mense Apostolico. Decisum refert Garz. *p.* 5. *c.* 4. *n.* 164.

3 Ubi locus est optioni, ea erit Theologalis, quæ vacat post optionem. Decisum a Congreg. Conc. 6. Julii 1592.

4 Erecta Theologali præbenda non potest optari a sequenti Canonico. Decisum refert Moneta *de optione c.* 3. *p.* 6. *n.* 129.

5 Neque obtinens eamdem potest optare aliam. Decisum refert Garz. *add. ad d. c.* 4. *n.* 134.

6 Si collatio præbendæ pertinet ad inferiorem Episcopo, electio tamen personæ ad Episcopum. Decisum refert Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 8. §. 2. *n.* 83.

7 Instituatur etiam in Collegiatis, nedum in Cathedralibus primo vacatura ad hunc usum. *Pr.* 1.

8 Quando vacat fiat concursus, nisi ad Papam spectet collatio. Prov. 5.

9 Idoneis tantum conferantur. Trid. *l. c.*

10 Tempus, hora, & materia pro lectionibus remittitur arbitrio Episc. Decis. 11. Jan. 1594.

11 Concedatur lectori Theologo distributiones pro tota die, qua legit. Decis. refert Garz. *p.* 3. *c.* 2 *n.* 118.

12 Si tamen matutinum recitetur in Choro pridie diei, quo legitur, tenetur eidem interesse. Decis. refert Idem *ib.*

13 In Cathedrali saltem die festo legatur Scriptura sacra, arbitrio Episc. Prov. 5.

14 Potest vacare mense Julio, Augusto, & Septemb. Decis. refert Garz. *loc. cit. n.* 156. 157.

15 Scolares audientes in Cathedralibus non gaudent iisdem privilegiis, quibus alii in publicis Academiis. Decis. refert idem *ibid. n.* 117.

16 Theologo legente casus conscientiæ, possunt cogi presbyteri ad eum audiendum. Congreg. Episc. 16. Martii 1593.

17 Idem

17 Idem respondeat gratis Theologicis quæstionib. ab Ep. vel aliis consultus. Pr. 5.

18 Theologali præbenda vacante, potest Episcopus applicare fructus ei, qui interea supplet. Cong. Episc. 26. Jan. 1594.

19 Ubi viget consuetudo, quod detur a Capit. stipendium perpetuum Theologo, qui doceat, ea servetur, & potest conduci ad triennium. Congr. Conc. 14. Maji 1598.

20 Ubi non invenitur canonicus Theologus, dandi erunt fructus totius præbendæ superiori alicujus monasterii, qui Theologum suppeditet. Cong. Conc. 24. Maji 1591. *V. Ludimagistri, n.* 3.

ADDITIO.

1 Erectio Theologalis Præbendæ non fit in Cathedralibus Regularibus, ubi præbendæ non sunt distinctæ, sed cogendi sunt Monachi, ut provideant de lectore Theologo. *Cong. Conc.* 9. *Sept.* 1573. *apud Barb. de canon. c.* 27.

2 Fit in Collegiatis, quarum præbendæ sunt de jure patronatus laicorum. Decisum refert *Garz. de benef. p.* 5. *c.* 4. *n.* 162.

3 Non est in optione Episcopi primam præbendam vacantem assignare pro Pœnitentiario sed pro Theologo, ex Trid. *sess.* 5. *c.* 1. si fiat secus, habenda est confirmatio a Papa.

4 Præbenda debet esse integra. Decisum refert *Garz. l. c. n.* 128.

5 Si vacaret præbenda insufficiens, potest Episcopus, altera vacante ambas applicare Theologo, dummodo canonici habeant sufficiens stipendium. *Congr. Conc.* 16. *Febr.* 1619.

6 Canonicus Theologus, qui resignavit in manu Ordinarii, præbendam Theologalem, potest, obtinere mediante optione pinguiorem præbendam cum retentione sui stalli in choro. *Cong. Rit.* 2. *Sept.* 1597.

7 Stante consuetudine in Cathedrali, ut per quemlibet Canonicum habentem præbendam Canonicatui annexam obtineatur una ex Dignitatibus in eadem Ecclesia, quæ habet emolumentum, sed solum sedet supra Canonicos, potest Canonicus Theologus dictam Dignitatem obtinere. *Cong. Conc.* 18. *Nov.* 1628.

8 Theologus sedet in loco sui canonicatus. Decisum refert *Garz. in add. ad p.* 5. *c.* 4. *n.* 111.

9 Potest Episcopus cogere Theologum ad legendum usque ad privationem præbendæ. Decisum refert *Barb. de can. c.* 27. *n.* 30.

10 Si ex infirmitate non potest legere, non tenetur ponere substitutum; quando vero est ponendus, electio est Episcopi. Decisum refert *Garz. p.* 5. *c.* 4. *n.* 159.

11 Non solum lucratur distributiones legitime ob electionem absens, sed etiam emolumenta alia interessentibus dari solita. *Congr. Conc.* 12. *Aug.* 1628.

12 Ad hanc lectionem sacræ scripturæ tenetur clerus accedere, & ab Episcopo potest cogi. *Ead.* 11. *Aug.* 1618.

Torneamentum.

1 Taurorum, & ferarum agitatio prohibita fuit sub pœna permittentibus excommunicationis ipso facto. Pius V. Anno 1567.

2 Qui obierit ibi cum feris congrediens careat Ecclesiastica sepultura. Idem *ib.*

3 Clerici, si intersint, sive beneficiati, sive in sacris, excommunicatione puniuntur. *ib.*

4 Ordinariis præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, ut impediant pœnis, & censuris. *ib.*

5 In Regnis Hispaniarum prædictæ pœnæ sunt revocatæ his conditionibus ne fiat in diebus festis, & ita, ut non possit alicujus mors sequi. Greg. XIII. Anno 1575.

6 In iisdem Regnis eadem concessit Clemens VIII. adhortans clericos, ne hac benignitate abutantur. Anno 1596.

7 Aliquo ibi occiso, vel mutilato, irregulares sunt omnes, qui illuc fuerant causa pugnandi, licet non occiderint, aut mutilaverint. Sylv. *V. Torneamentum.*

8 Episcopus dispensare poterit cum iis. Idem *ib. V. Sepultura, n.* 23.

Tutela.

1 Miserabilium personarum omnes Religiosi, Clerici, & Episcopi tenentur recipere tutelam. Sylv. *Tutela q.* 3.

2 Episcopi non per se ipsos, sed per Archipresbyterum, vel Archidiaconum. Idem *ib.*

Vicarius Capitularis.

Vide Capitulum sede vacante.

1 Deputatus in causa hæresis debet attingere annum ætatis suæ quadragesimum; alias gesta per eum nulla. Sbroz *de Vic. l.* 1. *q.* 35. *n.* 8. *V. Archivium, n.* 8. *Concilium Provinciale, n.* 11. 54. *Matrimonii impedimenta, n.* 20. *Præcedentia, n.* 30.

ADDITIO.

1 Non debet occupare sedem primæ Dignitatis, sed aliam sedem portatilem. *Cong. Rit.* 11. *Apr.* 1601.

2 Non potest dare licentiam erigendi nova Monasteria. *Cong. Conc.* 19. *Febr.* 1653.

Vicarius foraneus.

1 Ad hoc munus eligantur Archipresbyteri, Archidiaconi, & Præpositi, aliive in dignitate Ecclesiastica constituti; sin minus Rectores, qui sunt apti. Prov. 2.

2 Et possunt amoveri arbitrio Episcopi, dabuntque pœnas, si male se gesserint. Prov. 1.

3 Detur illius jurisdictio in causis civilibus pro mode-

moderata summa; & in criminalibus possint capere informationes ad Vicarium Generalem transmittendas. Cong. Episc. 9. Juni 1592.

4 A Vicario foraneo datur appellatio ad Episcopum. DD. apud Barb. *alleg.* 54. *n.* 22.

5 Nullam habet præcedentiam super alios ipso antiquiores in Clero, ratione hujus officii. Cong. Rit. *sæpe*, & *nuper* 30. Junii 1629.

6 Exceptis Congregationibus, quas ipse facit, in quibus sedet primus. Eadem 20. Dec. 1603.

7 Conventus Cleri singulis mensibus cogantur, ut de Cleri conventu diximus. Prov. 2.

8 Librum custodiant, in quo quæstionum explicandarum, & explicatarum conclusiones approbatæ ab Episcopo describantur. *ib.*

9 Visitent Regionem quisque suam a die Sancti Martini usque ad festum Sancti Ambrosii, nisi longiori tempore sit opus. Prov. 5.

10 Ante primam Dominicam Adventus mittant ad Episcopum indicem Parochorum, quibus minus idoneis ad concionem dandus erit concionator in Quadragesima. Prov. 7.

11 Hebdomada penultima ante Septuagesimam conveniant omnes coram Episcopo, nisi aliud præscribatur. Prov. 5.

12 Antequam veniant, congregatis Parochis sibi subditis colligant ea, quæ referre debent Episcopo. *ib.*

13 Cum redierint, quisque suos iterum convocet, moneatque de quibus jusserit Episcopus. *ib.*

14 Feria secunda post oct. Paschatis, si dies festus non est, alioquin prima die feriali; iterum convocent Parochos, & colligant, si quæ inciderint post Domin. Septuagesimæ, & quæ item ad Episcopum pro Synodo referri oportebit. *ib.*

15 Et licet Synodus non habeatur, ob aliquam causam, prædicta tamen ne omittantur. *ib.*

16 Publicatis interdictis iis, qui non communicarunt in Paschate, curent transmitti eorum nomina ad Regulares, ut sciant. Prov. 7.

A D D I T I O.

1 NOn potest prohibere concanonicos, ne capitulum faciant sine sua licentia contra usum Ecclesiæ. *Cong. Rit.* 16. *Dec.* 1616.

2 Nihil illi detur in funeralibus ratione Vicariatus. *Ead.* 7. *Oct.* 1627.

Vicarius Generalis.

1 NOn potest Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus. Sbroz. *de Episcopi Vicario l.* 1. *q.* 46. *n.* 15.

2 Tenetur autem eum creare, adepta possessione, & potest cogi. Idem *ib. n.* 3. nimirum a Metropolitano, dato certo termino.

3 Statuto termino, & elapso, potest creari ab Archiepiscopo. Idem *q.* 57. ex Tr. *sess.* 24. *c.* 16.

4 Alii negant, teneri Episcopum ad electionem Vicarii, apud Barb. *alleg.* 54. *n.* 125.

5 Debet esse clericus, saltem primæ tonsuræ. DD. communiter apud Barb. *l. c. n.* 4.

6 Non clericus conjugatus. *ib. n.* 8.

7 Non bigamus. *ib. n.* 11.

8 Non is, qui fuit judex maleficiorum. Sbroz. *l. c. q.* 41.

9 Non obligatus ad residentiam beneficii gratia. Prov. 5.

10 Deberet esse Subdiaconus saltem. Pr. 6.

11 Annorumque 25. ætatis saltem. Sbroz. *l. c. q.* 35.

12 Expedit eum esse alienæ Diœcesis. Pr. 5.

13 Non creet Episcopus sub annuo censu sibi dando. Sylv. *V. Vicarius q.* 7.

14 Sed illi constituat salarium. Idem *ib.*

15 Potest Episcopus ad expediendas causas constituere duos principales Vicarios, dummodo tamen ii sint in loco, ubi sedem habet. Barb. *l. c. n.* 126.

16 Ex quo fit, ut non possit creare duos Vicarios generales in principalibus locis duarum Diœcesum æque principaliter unitarum. Idem *n.* 129.

17 Juret antequam officium suscipiat in manibus Episc. ad præscriptam formulam. Prov. 5.

18 Ordinariam habet jurisdictionem. Barb. *l. c. n.* 26. 37. negant alii. *n.* 30.

19 Est in dignitate Ecclesiastica constitutus. *ib. n.* 135.

20 Et potest ideo esse Papæ delegatus. *ib. n.* 132.

21 Præcedit Archidiaconum. *n.* 144.

22 Et alios. *V. supra*, *V. Præcedentia a n.* 32.

23 Habet facultates Episcopales, prout in mandato Episcopi. Barb. *a n.* 60. *ad seqq.*

24 Non datur appellatio ab eo ad Episcopum. *ib. n.* 46.

25 Nihil muneris accipiat ab iis, qui coram eo causas agunt. Prov. 3.

26 Neque pecuniæ quicquam pro visione scripturarum ad causas, quæ apud eum aguntur. *ib.*

27 Gratis omnia dentur etiam quoad scripturam. Prov. 4.

28 In absolutione ab excommunicatione, si non est sacerdos, satius esset eam committere sacerdoti. Sbroz. *l.* 2. *q.* 172. *n.* 10.

29 Episcopo excommunicato, & denunciato, suspenditur jurisdictio Vicarii. Barb. *l. c. n.* 146.

30 Expirat per mortem Episcopi civilem, seu naturalem. *ib. n.* 151.

31 Neque potest causas inceptas prosequi. *n.* 156.

32 Non potest petere salarium non conventum a successore, pro servitio præstito predecessori. Idem *n.* 179.

33 Non syndicatur. Greg. XIII. Anno 1578. apud Genuens. *in praxi c.* 58. *nov. edit.*

34 Potest puniri ab Archiepiscopo. Sylv. *V. Vicarius q.* 4. *Quintum*.

V. Canonicorum distributiones, *n.* 50. *Canonic. munera erga Episcopum*, *n.* 24. *Capitulum n.* 1. & 5. *Conservatores*, *n.* 6. *Functiones Episcopales*, *n.* 7. 21. *Judex Synod. n.* 7. *Litt. dimiss. n.* 5. *Matrim. impedimenta n.* 22. 26. & *seqq. Missæ ritus*, *n.* 11. 19. *Missa Conventualis*, *num.* 26. *Præcedentia*, *n.* 22. & *seqq. Processio*, *n.* 2.

ADDITIO.

1 Absente Episcopo, habet primum locum super omnes Dignitates non obstante consuetudine. *Congr. Rit. 7. Aug.* 1610. 20. *Dec.* 1614. 13. *Julii 1619.*

2 Vicarius, & Canonicus simul debet sedere in suo loco canonicali. *Abbas & alii cum Barb. de canonicis.*

Vicarius perpetuus.

1 Episcopus instituat Vicarium perpetuum, ubi est opus. Trid. *sess. 7. c. 7.*

2 In iis, quæ curam habent animarum translatam in Vicarium perpetuum, assignetur eidem congrua portio fructuum arbitrio Ordinarii. Idem *sess. 25. c. 16.*

3 Secus, cum primum vacaverit, per cessum seu decessum Vicarii, aut Rectoris, cesset Vicariæ nomen, & beneficium prius recipiat animarum curam. Idem *ib.*

4 Portio assignanda Vicario perpetuo ne sit major centum, neque minor quinquaginta scutorum, computatis etiam incertis percipi solitis. Pius V. Anno 1567.

5 Constituatur in pecunia, seu fundo stabili, & habita ratione redituum, & onerum loci, nisi tamen valor annuus ipsius Parochialis unitæ minor sit quinquaginta scutis. *ib.*

6 Et tunc sufficit assignare omnes fructus Vicario perpetuo. *ib.*

7 Vicarius perpetuus tenetur accipere a Sede Apostolica novam provisionem suæ deputationis. *ib.*

8 Ejusdem electio non est libera Ordinarii, sed ad nominationem eorum, quorum sunt Ecclesiæ unitæ, cum examine, & approbatione Ordinarii. *ib.*

9 Onera parochialia ad Vicarium perpetuum spectant, nulla ex parte ad Ecclesiam, monasterium, seu locum pium, quibus unita est Parochialis. Congr. Conc. 27. Martii 1594.

10 Non potest Vicarius perpetuus instituere sibi alium Vicarium perpetuum. Sylv. *V. Vicarius q. 2. Secundum.*

V. Parochorum Residentia, & Munera.

ADDITIO.

1 Non potest Episcopus constituere Vicarium perpetuum, quando a tempore immemorabili unio facta est, & ex tunc constat Vicarios fuisse amovibiles, consentientibus Ordinariis. DD. *cum Barb. de jure Eccl. l. 3. c. 6. n. 6.*

2 Neque quando unio facta est per viam concordiæ a sede Apostolica approbatæ. *ib. n.* 8.

3 Neque quando beneficium unitum sit Monasterio Monachorum, aut Mendicantium. *Pius V. 1. Nov. 1567. apud Quar. V. Vicarius perpetuus.*

4 Neque quando ex privilegio remunerationis causa concesso beneficium sit unitum cum clausula ponendi Vicarium amovibilem. *Barb. l. c. n.* 10.

5 Neque quando pro bono pacis, & cessatione litium, rectaque gubernatione expedit nihil innovari. *ib. n.* 11.

6 Neque quando adest privilegium concessum post Conc. Trid. instituendi Vicarium amovibilem, nisi abusus irrepat. *ib. n.* 12.

7 Eleemosynæ altarium, funerum, & similium non debent numerari in congrua portione. *ib. n.* 44.

8 Vicarius perpetuo adscriptus Ecclesiæ Cathedrali est de corpore cathedralis, & consequentes incedit sub illius Cruce. *Congr. Rit. 21. Mart. 1609.*

Violenta manus in Clericum.

1 Modica percussio est pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, baculi, lapidis, quæ ad livorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis non excedit. Jo. XXII. *apud Nav. in man. c. 27. n. 92.*

2 Factum tamen, facti qualitas, percutiendi modus, & injuriandi, circumstantia loci, personæ, attendantur. *ib.*

3 Loci, ut theatro, vel foro, coram Prælato, vel Judice, in Ecclesia coram multis, vel in alio loco publico. *ib.*

4 Personæ, ut magister, judex, Prælatus, pater, patruus, vel quis in dignitate, vel persona constitutus, ab inferiori, vel humili. *ib.*

5 In dubio circa metas potius est decernendum, quam ultra *ib.*

6 Percutiens Episcopum nondum consecratum, non incurrit in Bullam Cœnæ. Navar. *man. c. 27. n. 67.*

V. Absol. n. 16. Casus reservati, n. 3. Excommunicatio, n. 52. Mon. cura spiritualis, n. 2.

ADDITIO.

1 Privilegio canonis gaudent Clerici, de quibus supra, *v.* Clericus *a n. 18. ad 20.*

2 Regulares omnes, Novitii, & conversi. *DD. communiter.*

3 Equites S. Jo: Hierosol. S. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ. *Barb. de jure Eccl. l. 1. c. 39. §. 1. n. 24.*

4 Non gaudent mulieres intrantes Monasteria, in quibus religio non est approbata. *Idem ib. n.* 18.

5 Neque tertiarii, qui in propriis domibus habitant. *ib. n.* 22.

6 Neque Eremitæ, qui vagi dicuntur, nec definitum, aut firmum vitæ modum, neque specialem obligationem Ecclesiasticam habent. *ib. n.* 23.

7 Propinans venenum moniali gravidæ, ut abortiatur, ea consentiente, non incidit in pœnam canonis. *ib. n.* 37.

Visi-

Visitatio Episcopi.

1 Episcopus tenetur visitare per se, vel Virium Generalem, vel alios idoneos Viros. Trid. *sess.* 24. *c.* 3.

2 Singulis annis, vel saltem, ut tota visitatio intra biennium compleatur. Idem *ib.* quam celerrime, inquit.

3 Arbitrio tamen Episcopi relinquitur, modo non graventur nimium visitandi. Decisum refert Barb. *alleg.* 73. *n.* 39.

4 Visitare debet Cathedralem, Collegiatas Ecclesias cum domibus Canonicorum, Parochiales, beneficiatas, & alias sibi subjectas, sacella, oratoria, confratrias. Trid. *sess.* 22. *c.* 8. & *sess.* 6. *c.* 4.

5 Item Hospitalia, & loca pia. Id. *sess.* 22. *c.* 8.

6 Non ea, quæ sub immediata Regum protectione. *ib.*

7 Cappellas regias visitare potest habentes curam animarum circa eamdem curam. Congr. Episc. 27. Junii 1618.

8 Collegia quæcumque, etiam instituta pro sustentatione studentium pauperum. Garz. *p.* 5. *c.* 1. *n.* 612.

9 Si oriatur dubium, judex est Episcopus, vel visitet uti delegatus Sedis Apostolicæ. Idem *ib.* Barb. *alleg.* 75. *n.* 20.

10 Item Monachorum, & Regularium Ecclesias, ubi est animarum cura. Trid. *sess.* 7. *c.* 7.

11 Etiam equitum Hierosolymitanorum. Decisum refert Vilagut. *in spec. Visitatorum*, *n.* 6.

12 Non autem monasterium cum animarum cura, ubi habitat Generalis Ordinis. Trid. *sess.* 25. *c.* 11. *de regular.*

13 Unitas monasteriis, quæ habent jurisdictionem cum animarum cura, potest Episcopus visitare circa curam. Decisum refert Barb. *alleg.* 74. *n.* 14.

14 Et unitas illi monasterio, in quo habitat Generalis Ordinis, habentis curam animarum. Decisum refert idem *ib.*

15 Item Ecclesias, quæ sunt nullius Diœcesis Episcopus vicinior. Trid. *sess.* 24. *c.* 9.

16 Si dubitatur de viciniori, quis sit, in Conc. Provinciali eligat Prælatus loci idoneam personam. Fuscus *de Visit.* *l.* 2. *c.* 8. *n.* 2. ex Trid. *ib. c.* 9.

17 Et electione semel facta, a successoribus non potest mutari. Decisum refert Vilagut. *l. c. n.* 7.

18 Distantia vero est mensuranda ab ipsa Cathedrali Ecclesia ad locum exemptum. Decisum refert idem *ib.*

19 Potest item visitare monasteria virorum, ubi non viget regularis observantia. Trid. *sess.* 21. *c.* 8.

20 Non tamen Prioratus equitum Hierosolymitanorum. Idem *sess.* 7. *c.* 8.

21 Potest & ea in quibus non habitant duodecim, erecta post decretum Urb. VIII. *de Celeb. missarum* 21. *Jun.* 1625. *ib.*

22 Item monasteria commendata, perpetuo unita aliis Ecclesiis, vel piis locis, etiam sub regulari protectione. Cong. Conc. *ad sess.* 31. *c.* 8.

23 Item Confraternitates laicorum erectas in Ecclesiis Regularium non obstante quacumque contraria consuetudine. Congr. Episc. 17. *Julii* 1615.

24 Non cappellas earum in iisdem Ecclesiis. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 75. *n.* 13.

25 Potest cogere earum administratores. Decisum refert Gratian. *decis.* 188.

26 Item quæcumque loca pia, non erecta auctoritate Episcopi, ut mandentur executioni opera pia relicta. Decisum refert Barb. *alleg.* 75. *n.* 14.

27 Monasteria Monialium Episcopo subjectarum. DD. communiter.

28 Item Monialium non subjectarum Episcopo, circa clausuram. Trid. *sess.* 25. *c.* 5.

29 Licet antea numquam visitata fuerint. Congr. Episc. 24. *Nov.* 1617.

30 Etiamsi alieno Episcopo sint subjecta. Decisum refert Barb. *alleg.* 102. *n.* 6.

31 Et interrogare potest Episcopus de pertinentibus ad clausuram. Cong. Episc. 25. *Febr.* 1583. *V. supra Monial. clausura a n.* 56.

32 Quod attinet ad personas visitandas, excipe Canonicos exemptos, nisi ad formam. Trid. *sess.* 25. *c.* 6.

33 Item subcollectores Cameræ Apostolicæ, & officiales sedis Apostol. Decisum refert Gonz. *ad reg.* 8. *Can. glos.* 51. *n.* 81. 82.

34 Et alios clericos exemptos, si qui sunt, ut patet.

35 Ordinem, & modum visitandi edidit auctor hujus operis *in Praxi compendiaria visit. Episc.*

36 Peccat Episcopus, qui in visitatione aliqua ratione non prædicat populo. Cajet. *V. Episcoporum peccata*. Genuens. *in Man. pastorum capitulo* 34. *n.* 3. nisi aliunde excusetur.

37 In prima visitatione potest inquirere circa Bullas beneficiorum, litteras testimoniales ordinum, scientiam, & approbationem confessariorum, cæremonias Missæ, & ejusmodi: in aliis visitationibus non item. Cong. Ep. 23. Aug. 1593.

38 Non potest Episcopus jubere edicto, ut detegant subditi occulti delicta, multoque minus proposita pœna excommunicationis. Decisum refert Barb. *alleg.* 72. *n.* 20.

39 Ubi de morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, querela interposita, etiam ad sedem Apostolicam, non potest impedire, aut suspendere executionem decretorum. Trid. *sess.* 24. *c.* 10.

40 Non potest Episcopus in visitatione recusari tamquam suspectus, nisi modum excedat. Decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg.* 73. *n.* 38.

41 Potest exigere cathedraticum in visitatione, quod singulis annis exigi solet. Decisum refertur *ib. n.* 44.

42 Administrationis locorum piorum, & Confraternitatum reddenda est ratio Episcopo, si admit-

admittatur appellatio, non propterea impeditur, aut suspenditur executio. Decisum refertur *ib. n.* 62.

V. supra locorum piorum iura a n. 19.

43 Procuratio in visitatione debetur Episcopo frugalis, & moderata, pro temporis tantum necessitate, & non ultra. Trid. *sess.* 24. *c.* 3.

44 Decem personæ computato Episcopo, & septem jumenta conceduntur. Pr. 4.

45 Fugiat Episcopus hospitia laicorum, & eorum convivia. *ib.*

46 A muneribus abstineat. Trid. *l. c.*

47 Toleratur acceptio munerum, quæ consumenda sunt ibidem, nec alio asportanda. Villagut. *p.* 2. *n.* 21.

48 Neque accipiantur munera ab Universitate laicorum. Genuens. *in man. Pastor. c.* 33. *n.* 4.

49 Neque item a quoquam post finitam visitationem. Idem *ib. n.* 5.

50 Quæ supersunt victualia, erogentur pauperibus loci visitati. *n.* 6.

51 Si plures personas assumat, quam solita procuratio iis sufficere possit, expendat Episcopus de suo. Panorm. & alii apud Felicianum *in Man. Visitat. l.* 1. *tit.* 15.

52 Contribuant procurationi visitationis ii Regulares, qui Parochialem Ecclesiam conventui unitam habent. Cong. Episc. 27. *Aug.* 1577.

53 Procuratio ad pecuniam redigendam non pendet ex arbitrio visitatoris. Ead. 22. Jan. 1601.

54 Nec accipiatur in eo loco procuratio, ubi habitat Episcopus. Decisum sæpius refert Barb. *alleg.* 73. *n.* 45.

55 Neque ab Hospitalibus, locis leprosorum, domorum Dei pauperum, & infirmorum, nec a paupere Ecclesia. Decisum refert Leo *in Thes. fori p.* 2. *c.* 16. *a n.* 42.

56 Neque a clericis pauperibus. DD. cum Barb. *l. c. n.* 51.

57 Excluduntur medicinæ, sumptus æquorum, plures procurationes, si una die duæ visitentur Ecclesiæ. Zerol. *p.* 1. *Visitat.* §. 6.

58 Neque Notarii possunt accipere quicquam pro labore. Trid. *l. c.* contra Vilagut. *ubi supra*, concedentem aliquid moderatum, si non habent salarium. Negant Zerol. *l. c. & alii.*

59 Præstari debent vecturæ quoque equorum a visitatis, si Episcopus vere egeat, & alias impediretur visitatio. Leo *Thes. fori p.* 2. *c.* 16. *n.* 43.

60 Imo etiam diuti Episcopo, si adest consuetudo. Idem *ib. n.* 44. *&* 45.

61 Qui negant procurationem dare, nisi ob evidentem paupertatem, possunt cogi; ab Episcopo quidem proposita etiam excommunicatione, ab inferiore vero aliis remediis. Salod. *de visitat. p* 2. *c.* 1.

62 Ubi etiam probat, dari procurationem in signum subjectionis, unde, licet visitator domi suæ comedat, potest tamen recipere procurationem. DD. citati, *ib.* sed titulus meræ subjectionis non mihi placet.

63 Si accipiat Episcopus ultra prædicta, non obstante quavis remissione, suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, donec restituat duplum, & intra mensem facienda est restitutio, sub hac pœna. Trid. *l. c. ex decr. Ben. XII.*

64 Restitutio facienda est Ecclesiæ gravatæ. *ib.*

65 Laici ad diem tenentur sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, & a communione Eucharistiæ. *ib. c. exigit tit. de cens.*

66 Et Episcopus tenetur de facto famulorum suorum, si sciat, aut ratum habeat. *ib.*

67 Neque in his valet ulla donantium remissio. *ib.*

68 Sufficit restituere simplum, etiam post quam incurrit. Nav. *cons.* 2. *de cens.* imo, si distulerit, ante mensem non incurrit. Zerol. *part.* 2. *Visitat. prim.* Sed opposita sententia est communior, & tutior. Vide Nal. *v. Visitare n.* 8.

V. Regularium in jura sub Episc. n. 14. 54.

ADDITIO.

1 Potest Parochus denuo examinari, ab Episcopo recentiore, ex suspicione ignorantiæ. *Cong. Conc.* 6. *Aug.* 1628.

2 Ubi habitat Generalis alicujus ordinis, licet curatus sit sæcularis, hic non est subditus visitationi Episcopi Ordinarii Diœcesis. Decisum refert *Lezana in sum. q. Regul. c.* 11. *n.* 9.

3 Visitare potest tamquam sedis Apostol. delegatus Parochialem subjectam Olivetanis, & Abbas potest condere Decreta cumulative cum Episcopo, sed quatenus sint contraria, debent prævalere Episc. decreta. Decis. refert 29. *Jul.* 1628. *Barb. de jure Eccl. l.* 1. *c.* 14. *n.* 21.

4 Item Parochiales unitas Monasterio Canonicorum Regularium, licet Generalis habeat in eo loco sedem ordinariam principalem. Decisum refert 2. Maji 1595. *Idem ib.*

5 Item Parochos S. Jo: Hierosolym. curam animarum sæcularium exercentes tenetur Episcopus tamquam sedis Apostolicæ delegatus visitare gratis, & absque impensa, & onere Rectorum. Decisum refert 26. *Junii* 1627. *Idem ib. n.* 22.

6 Item in Ecclesiis Regularium animarum curam habentium visitare potest, quomodo asserventur Eucharistia, paramenta, calices, & alia pro administratione Sacramentorum. Decisum refert *Fr. Leop.* 2. *c.* 31. *n.* 3. *& Barb. de pot. Episc. alleg.* 74. *n.* 18.

Visitatio inferiorum Episc.

1 Archidiaconi, & alii inferiores, qui jus habent visitandi, assumant Notarium de consensu Episcopi. Trid. *sess.* 24. *c.* 3.

2 Visitatores a Capitulo jus habente visitationis deputandi, prius ab Episcopo approbentur. *ib.*

3 Neque ideo omittat Episcopus suam visitationem. Idem *ib.*

4 Potest Episcopus præscribere Archidiacono comi-

comitatum, & equitatum, ne sit oneri Ecclesiis. Decisum refert Barb. *alleg.* 73. *n.* 39.

5 Inferioribus visitatoribus non conceduntur personæ ultra octo, & sex jumenta. Prov. 4.

6 Si accipiant ultra debitam procurationem, de qua in præcedenti titulo a n. 52. incurrunt suspensionem ab officio, & beneficio. Trid. *l. c. ex Decr. Bened. XII.*

7 Archidiaconi, & alii inferiores infra mensem tenentur rationem reddere Episcopo visitationis factæ, & acta integra exhibere, non obstantibus quibuscumque. Trid. *seff.* 24. *c.* 3.

8 Punitos a prædictis super eadem re non potest Episcopus denuo punire. Barb. *l. c. n.* 31.

9 Patroni in iis, quæ ad visitationem ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium seu fabricarum proventus attinent, se non immisceant, nisi ex fundatione illis competat. Idem *ib. V. Archidiaconus*, *n.* 5.

Visitatio circa Canonicos exemptos.

1 CAthedrales Ecclesiæ, quæ ante Concil. Trid. privilegio, exemptione, vel alio jure exemptæ erant a jurisdictione Episcopi, & illæ quæ habent concordias confirmatas, debent visitari ab Episcopo cum duobus de Capitulo adjunctis, a Capitulo electis. Trid. *seff.* 25. *c.* 6.

2 Intellige concordias firmatas ex certa scientia, non in forma communi. Decisum 13. Nov. 1586. & refert Gonzal. *ad reg.* 8. *Conc. glos.* 25. *n.* 14.

3 Si adjuncti requisiti negligant, vel recusent procedere cum Episcopo, facultas procedendi contra aliquem ex capitularibus exemptis pertinens ad Episcopum non devolvitur ad eundem. Decisum refert apud Barb. *alleg.* 73. *n.* 9.

4 Protonotarii exempti possunt visitari sine adjunctis, licet habeant vocem in Capitulo exempto. Decisum refertur *ib. n.* 10.

5 Nisi sit contraria consuetudo, vel statutum. Decisum refertur *ib. n.* 11.

6 Contra coadjutores non tenetur Episcopus cum adjunctis procedere, nisi ex forma coadjutoriæ colligatur oppositum. Decisum refert Garz. *in add. p.* 4. *c.* 5. *n.* 96.

7 Potest etiam sine adjunctis procedere ad privationem Canonicorum ex causa, quod ordines suos præbendis annexos non susceperint. Decisum refert idem *p.* 3. *c.* 4. *n.* 22.

8 Item sine adjunctis potest corrigere, & punire peccata Capitularium, ea pœna, quæ morum magis emendationem, quam punitionem respiciat. Decisum refert Barb. *alleg.* 73. *n.* 13.

9 Item sine adjunctis potest visitare Capitulares, bona, & eorum administratores, vel cum quibus adjunctis sibi videbitur. Decisum *ib. n.* 14.

10 Et sine iis visitare corpus Ecclesiæ Cathedralis, sacramenta, reliquias, vestes, &c. capellas, capellanias, dotationes, anniversaria, pia opera. Decisum refertur *ib.*

11 Debet autem Episcopus visitare per se ipsum, & quoties opus fuerit. Trid. *seff.* 6. *c.* 15.

12 Non potest sine adjunctis prosequi delictum Canonici. Trid. *seff.* 25. *c.* 6.

13 Potest sumere suum Notarium, non Capituli. *ib.*

14 Et item Fiscum suum, vel alium quem voluerit, idem *ib.* ubi ait, in consueto tribunali.

15 Et in domo sua. Idem *ib.*

16 Carcer pro Canonicis sit in loco decenti. *ib.*

17 Quomodo se gerat Episcopus in pœnis eorum. Idem *seff.* 13. *c.* 1. nimirum, ut Pastor.

18 Appellatio non datur quoad effectum suspensivum. Idem *ib.* nisi gravamen sit irreparabile, & *seff.* 24. *c.* 10.

19 Licet Episcopus procedat, uti delegatus Sedis Apost. appellatio tamen fit ad Metropolitanum. Decisum refert praxis nova Episc. *p.* 2. *Visit.* §. 3.

20 Adjuncti sunt eligendi initio anni, & a solo Capitulo. Trid. *seff.* 25. *c.* 6.

21 Eorum auctoritas extenditur solum ad causas criminales. *ib.*

22 Quandocumque vult Episcopus procedere contra aliquem, etiam extra visitationem. *ib.*

23 Assensus, nedum consilium eorum, est necessarius. *ib.*

24 Non possunt recusari, quia electi a toto capitulo.

25 Eorum votum est unum, si discordent, & alter eorum adhæreat voto Episcopi, fit sententia. Trid. *ib.*

26 Si discordent ambo ab Episcopo, intra sex dies Episcopus, & ipsi eligant tertium, aliter electio tertii devolvitur ad viciniorem Episcopum. *ib.*

27 Tertius electus accedat, cui parti voluerit. *ib.*

28 In delictis adulterii, concubinatus, & in atrocioribus, & ubi de fuga timetur, potest Episcopus solus ad summariam informationem, & detentionem procedere. *ib. Vide supra*, *Clericus concubinarius*.

29 Ubi non est crimen grave, neque timetur fuga, Episc. non potest, ex eod. *ib.*

ADDITIO.

1 POtest Episcopus procedere sine adjunctis ad pœnas contra capitulares non observantes diem festum ab Episc. edictum. *Cong. Conc.* 7. *Sept.* 1630.

2 Item sine adjunctis exigere rationes ab officialibus ex gremio capituli constitutis, sede vacante, nisi velit criminaliter procedere. Decisum refert *Garz. de benef. p.* 5. *c.* 7. *n.* 23.

3 Contra coadjutores cum futura successione non tenetur procedere cum adjunctis, nisi ex forma coadjutoriæ colligatur, illis concessa fuisse privilegia, quæ habent Canonici exempti. Decisum refert *Garz. in add. p.* 4. *c.* 5. *n.* 96.

Votum.

1 NOn potest Episcopus dispensare in voto, quo aliena incerta devota sunt in subsidium terræ sanctæ, ut in alios usus conver-

tantur. Sylvest. *Votum* 4. *quæst.* 3. *Quintum*.

2 Neque in voto temporali Religionis cum quis obligatur intrare, non remanere. *ib. Sextum*.

3 Neque in voto intuitu personæ certæ vel loci, nisi urgente causa. Archid. & alii. Affirmant alii, apud Sylv. *ib. q.* 6. *Quartum*.

4 Potest imposita pœnitentia a Papa transmutare votum. Idem *ib Octavum*.

5 Item in voto, quo existens in religione laxiori vovet strictiorem *ib. q.* 3. *Sextum*.

6 Et ut habens votum simplex de arctiori transeat ad laxiorem. *ib.*

7 Votum peregrinationis ad Ædem Lauretanam esse reservatum Papæ, dixit Navar. & Nald. *V. Votum n.* 32. allegat breve Greg. XIII. sed nunc non attendi in praxi, docet Azor. *tom.* 1. *l.* 11. *&* 10. *q.* 4. *& alii cum Nald. sup.*

8 Voti reservati qualitas, puta eundi pedibus ad Sanctum Jacobum, &c. non est reservata Papæ. Nald. *V. Votum* 52.

9 Causæ dispensandi sunt tres: multum, inutile, majoris boni impeditivum. Sylv. *q.* 6. *l. c.*

10 Dispensatio nihil loco voti injungit. Nav. *in Man. c.* 12. *n.* 63.

11 Causæ commutandi sunt, impossibilitas, seu incommoditas, vel major utilitas, arbitrio boni viri. Sylv. *supra*.

12 Et saltem sit æqualitas in commutatione. *ib. q.* 8. *Secundum*.

13 Commutatio voti ad locum pium totius fit in favorem ejusdem loci pii. Nald. *supra* 70.

14 Si ob calamitatem a populo votum Deo fiat, non ante, quam agatur cum Episc. Prov. 5.

15 Fiat deinde cum aliqua solemnitate pridie, vesperi dato campanæ signo adultis omnibus mane convenientibus sacra Eucharistia refectis, processione indicta, Missa celebrata, concione de voto habita, Clero loci præsente, & post offertorium. *ib.*

16 Qui universitatis nomine sunt delecti, genibus flexis coram Sacerdote celebrante, in scriptis, voti formulam præscriptam pronuncient. *ib.*

17 Instrumentum voti a Notario confectum mittatur ad Episcopum, ut in Archivio ponatur. *ib.*

18 Si perpetuum est, in tabula lapidea incidatur, & indicetur. *ib.*

19 Ubi vero, puta ob pestem, convenire non possunt omnes, alia ratio ineatur, donec fieri possint, quæ suprascripta sunt. *ib.*

20 Vota populorum censentur obligare perpetuo successores, si fiant cum auctoritate Episcopi, non in vim voti, sed præcepti Ecclesiastici. Suar. *tom.* 2. *de relig. l.* 4. *c.* 9. *in fin.* Nald. *v. Votum n.* 9. *V. Dispensatio a n.* 18. *Legatus*, *n.* 2.

Usura.

1 Cambia sicca damnantur, & ficta. Pius V. Anno 1571.

2 In realibus damnatur dilatio termini solutionis præstituti, lucro recepto ex tacita, vel expressa conventione, seu etiam promisso tantum. *ib.*

3 Nec a principio, neque alia, audeant pacisci certum interesse, etiam in casu non solutionis. *ib.*

4 Neque fiant cambialiter, quam pro primis nundinis, ubi illæ celebrantur: ubi vero non celebrantur pro primis terminis juxta usum locorum. *ib.*

5 In terminis habeatur ratio longinquitatis, seu viciniatis locorum, in quibus solutio destinatur. *ib.*

6 Qui contra hæc fecerit, usuræ pœnis subjiciatur. *ib.*

7 Qui congestam undique pecuniam ita ad se redigunt, ut quasi monopolium pecuniæ facere videantur, pœnis contra exercentes monopolia constitutis subjiciantur. *ib.*

8 Episcopus domos suas locans, vel sub alio titulo concedens ad fœnus publice exercendum usurarum hominibus alienigenis, & aliis non oriundis ex terris ipsorum, vel si eos in terris suis habitare permiserit, suspenditur. Barb. *alleg.* 111. *n.* 24. *Vide locum.*

9 De aliis superioribus in hac materia. Sylv. *Usura* 9. *q.* 22.

10 Clericus usurarius, vel hæres usurarii cogitur restituere usuras sub pœna suspensionis ab officio, & beneficio, & deportationis. Idem *Usura* 6. *q.* 8.

11 Usurarius manifestus est, qui est notorius de jure, vel de facto, vel qui coram sacerdote, & testibus in articulo mortis confessus est se usurarium, & mandavit usuras restitui. Idem *Usura* 9. *q.* 1.

12 Potest publicari talis, etiam post mortem. *ib. q.* 3.

13 Non est admittendus ad sacramenta, neque ad oblationem, nisi idonee caveat pro restitutione. *ib. q.* 4.

14 Qui recipit oblationem, est suspensus ab officio, donec restituat spoliatis, arbitrio Episc. *ib.*

15 Careat usurarius manifestus Ecclesiastica sepultura. *ib.*

16 Licet mandarit restitutionem, nisi re ipsa satisfaciat, aut pignoribus, aut fidejussione idonea data. Prov. 2.

17 Parochus ejusmodi hominem sepulturæ Ecclesiasticæ tradens est excommunicatus, ex Const. Clem. V. Prov. 2. & Sylv. *l. c. q.* 4.

18 Alias pœnas temporarias recenset idem. *ib.*

19 Cautione data post mortem, potest sepeliri in loco sacro. Idem *ib. q.* 10.

20 Incertorum restitutio ejusmodi hominum spectat ad Episcopum. Idem. *Vide Restitutio* 8. *q.* 5.

21 Jurans non repetere usuras, potest ex nova causa admitti ad repetitionem. Nald. *v. Usura n.* 6.

V. Contractus, *n.* 15. *Testamentum*, *n.* 9.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

MA-

MANUALIS
EPISCOPORUM
P. BARTHOLOMÆI GAVANTI.
PARS SECUNDA.

AD LECTOREM.




Esideravere non pauci, in calce Manualis nostri Episcoporum, Bullas Pontificias, & Sacrarum Congregationum Romanarum Decreta prælo Romano jam data, & in eodem Manuali citata, notataque Asterisco, iisdem ipsis verbis, quibus in vulgus emanaverunt; quippe quæ vel ad omnes devenerunt, vel quia in foliis separatim edita evanuerunt, vel quia in Bullario novo impressa, volumine grandi, incommode circumferri possunt. Ea igitur selegi, quæ præ manibus Episcoporum haberi debent, & Additionibus ejusdem Manualis addidi, ordine temporum servato, quo a S. Sede Apostolica prodierunt: Videlicet,

1 *Clementis VIII. Constitutio An.* 1596. *De executione Concilii Tridentini contra Regulares.*
2 *Decreta S. Congregationis Episcoporum An.* 1600. *circa appellationes, & inhibitiones.*
3 *Gregorii XV. Constitutio An.* 1621. *De electione Judicum conservatorum pro Regularibus.*
4 *Ejusdem Constitutio An.* 1622. *De exemptorum privilegiis circa animarum curam, & Sacramentorum administrationem Sanctimonialium Monasteria, & prædicationem Verbi Dei.*
5 *Dubia super prædicta Constitutione cum responsionibus S. Congregationis Concilii.*
6 *Ejusdem Constitutio An.* 1622. *De Conceptione B. Virginis Mariæ. Alexandri VII. Bulla An.* 1661. *de eadem Conceptione.*
7 *Ejusdem Constitutio An.* 1622. *De erectione novorum Conventuum Regularium.*
8 *Ejusdem Constitutio An.* 1622. *De Sollicitatione mulierum in Sacramento Pœnitentiæ.*
9 *Decretum S. Congregationis Episcoporum An.* 1623. *circa accessum Regularium ad Monasteria Monialium ad colloquendum cum eis.*
10 *Urbani VIII. Constitutio An.* 1624. *De licentiis loca Regularia erigendi.*
11 *Ejusdem Constitutio An.* 1624. *De male ordinantibus, & ordinatis.*
12 *Ejusdem Constitutio An.* 1625. *De imaginibus nondum Canonizatorum a Sede Apostolica.*
13 *Declaratio prædictæ Constitutionis.*
14 *Ejusdem Constitutio An.* 1625. *De celebratione Missarum.*
15 *Dubia ac declarationes aliquot super prædictis Decretis.*
16 *Ejusdem Constitutio An.* 1629. *De usu Baldachini, & Ministrorum pro Abbatibus Cassinensis Congregat.*
17 *Ejusdem Constitutio An.* 1631. *De lectione librorum prohibitorum.*
18 *Decretum S. Rituum Congregationis An.* 1630. *De electione Sanctorum in Patronos.*
19 *Formula conficiendi inventarii Bonorum Ecclesiasticorum.*
20 *Clementis IX. Extensio declarationis ab Alexandro VII. circa Altaria privilegiata perpetua edita. An.* 1669.
21 *Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini a Sanctissimo D. N. Clemente Papa IX. approbata An.* 1669. *Super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.*
22 *Instructio Congregationis S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis An.* 1670. *pro examine testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis.*
23 *Dubia aliquot circa exterorum Matrimonia cum responsionibus Sacræ Congregationis.*
24 *Decretum S. Congregationis Concilii An.* 1677. *circa subcollectores.*
25 *Innocentii XI. Admonitio An.* 1680. *ad verbi Dei Concionatores.*
26 *Circolare della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari dell' an.* 1697. *di non tollerarsi Ecclesiastici in Offizj Servili, ed abjetti specialmente di donne.*
27 *Encyclica Sacræ Congregationis an.*1710. *Super annuis spiritualibus Exercitiis quolibet triennio evulganda.*
28 *Benedicti XIII. Constitutio An.* 1724. *De Indulgentiis ad Angelus Domini.*
29 *Benedicti XIV. Decretum An.* 1739. *circa celebrationem Missæ in Oratoriis privatis.*

30 *Ejusdem Constitutio An.* 1741. *Qua innovantur pœnæ adversus Confessarios, qui Pœnitentes ad turpia solicitant.*
31 *Ejusdem Constitutio An.* 1741. *Qua mercimonia super Eleemosynis Missarum vetantur.*
32 *Ejusdem Constitutio An.* 1741. *De Quadragesimali Jejunio.*
33 *Ejusdem Constitutio An.* 1741. *Qua superior circa Jejunium constitutio declaratur.*
34 *Ejusdem Constitutio An.* 1741. *Qua cessiones commodi exigendi fructus beneficiorum prohibentur.*
35 *Ejusdem Constitutio An.* 1741. *Qua præscribitur ordo, & forma in judiciis causarum Matrimonialium super matrimoniorum validitate, vel nullitate declaranda servandus.*
36 *Ejusdem Constitutio An.* 1741. *Circa occultorum Matrimoniorum contradictionem.*
37 *Ejusdem Constitutio An.* 1742. *Super Clausura Monasteriorum Regularium.*
38 *Ejusdem Constitutio An.* 1742. *Super Clausura Monialium.*
39 *Lettera circolare della S. Congregazione de' Vescovi dell' An.* 1742. *che le Monache particolari non facciano spese in occasione de' loro Uffizj.*
40 *Benedicti XIV. Constitutio An.* 1742. *De doctrina Christiana.*
41 *Indulgentiæ pro recitantibus orationem Angelus Domini confirmantur.*
42 *Benedicti XIV. Constitutio An.* 1742. *De Parochorum electione.*
43 *Ejusdem Constitutio An.* 1744. *De applicatione Missæ Parochialis pro Populo, Conventualis vero pro Benefactoribus Ecclesiæ. Item de Divinæ Psalmodiæ cantu.*
44 *Declaratio S. Congregationis S. Officii An.* 1744. *Quod absolutio impertita complici mulieri in carnali peccato non sit casus S. Officii.*
45 *Benedicti XIV. Declaratio An.* 1745. *Super Constitutione quæ incipit: Sacramentum Pœnitentiæ adversus Solicitantes.*
46 *Ejusdem Constitutio An.* 1745. *de Quadragesimali Jejunio.*
47 *Ejusdem Constitutio An.* 1745. *De usuris, aliisque injustis Quæstibus.*
48 *Ejusdem Constitutio An.* 1746. *Qua confirmantur Literæ jam editæ adversus Confessarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina.*
49 *Ejusdem Constitutio An.* 1746. *De retinenda Crucifixi Salvatoris imagine palam, & visibiliter exposita super altaribus, ad quæ Missarum sacrificia peraguntur.*
50 *Ejusdem Constitutio An.* 1746. *De Episcoporum residentia.*
51 *Ejusdem Constitutio An.* 1746. *Qua literæ jam editæ adversus Confessarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina, confirmantur, & ampliantur.*
52 *Ejusdem Constitutio An.* 1747. *De Regularibus ab Episcopo Diœcesano ordinandis.*
53 *Ejusdem Constitutio An.* 1747. *Qua ampliatur Episcopis facultas impertiendi benedictionem cum Indulgentia plenaria Fidelibus in mortis articulo constitutis; etiam per alios tam in civitatibus, quam in Diœcesibus ab ipsis subdelegatos.*
54 *Ejusdem Constitutio An.* 1748. *Qua certus ordo præscribitur pro causis super nullitate Professionis Regularis mature discutiendis, & valide definiendis.*
55 *Ejusdem Constitutio An.* 1748. *Ad Patres Generales Ordinum Regularium, quibus a Sancta Sede indulta est, aut indulgebitur facultas Pontificiam Benedictionem effundendi super Populum statis diebus, super modo, & ritu, quibus prædicta Benedictio danda est.*
56 *Ejusdem Constitutio An.* 1748. *Super designatione Confessariorum extraordinariorum pro Monialibus.*
57 *Epistola Encyclica S. Congregationis Episcoporum & Regularium An.* 1751. *De custodia Eucharistiæ.*
58 *Benedicti XIV. Constitutio An.* 1752. *Qua quinque propositiones de duello proscribuntur.*
59 *Ejusdem Constitutio An.* 1754. *De Doctrina Christiana.*

A D-



ADDITIONES

Ad Manuale Episcoporum

P. BARTHOLOMÆI GAVANTI

Congr. Cler. Regul. S. Pauli.

I.

De executione Concilii Trident. contra Regulares non subditos Episcopo, extra claustra notorie delinquentes: & de pœnis eorum Superiorum illos punire negligentium.

Clemens Papa VIII. Anno 1596. 23. Februarii.



Uscepti muneris ratio postulat, ut ea, quæ in sacro Trid. Concilio provide constituta sunt, ab iis, ad quos spectat, inviolate observari curemus.

Maturo sane consilio ipsius Concilii decreto provisum est, ut quicumque Regularis non subditus Episcopo, intra claustra degens, extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, a suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniatur, & superior de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus ipse a suo item superiore officio privatur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

Verum quia experientia compertum est, interdum in hujusmodi decreti executione nimis remisse procedi, cum enim Episcopus instat, aliquem regularem, eo, quo supradictum est modo, delinquentem, a suo superiore puniri, sæpe fit, ut superior regularem delinquentem ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi diœcesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquirat, & de ejus punitione Episcopum certiorem reddat. Unde nec regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius diœcesim existat, nec superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio privatur.

Nos pro pastorali nostra solicitudine, præfati decreti executioni, quantum cum Domino possumus, favere, & præmissis malis, ut par est, opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium prædicti Concilii interpretum sententia: Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnibus, & singulis cujuscumque Ordinis, & instituti Regularium, etiam Mendicantium superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac privationibus dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrendis pœnis præcipimus, & mandamus, ut juxta prædictum decretum, quilibet ipsorum, regularem non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notorie delinquentem, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & alias decretum ipsum, in omnibus, & per omnia exequatur; Cæterum si superior in regularem delinquentem non animadverterit, quinimmo si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi Diœcesim, ut præfertur, transmiserit: volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, ut superior instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac privationis dignitatum, & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac ulterius privationis activæ, & passivæ vocis, ad quas a nemine præterquam a nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existen. restitui possit, & ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum regularem delinquentem a loco, ad quem transmissus fuit, revocare, & in quod deliquit constituere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus, ut Ordinarius loci ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci in quo deliquit similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus, ut præfertur, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, prædictum Concilii decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem severe animadvertere possit, & debeat.

II.

III.

De electione Judicum conservatorum pro Regularibus.

Gregorius XV. Anno 1621. 20. Septembris.

SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Gregorius Divina providentia Papa XV. ex certis rationabilibus causis animum suum moventibus, & de voto Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partim fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris sui vestigiis inhærendo,

Revocavit, ac nullas, & invalidas decrevit omnes, & quascumque Judicum Conservatorum electiones, nominationes, seu deputationes tam in vim litterarum Conservatoriarum, juxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quam in vim quoruncumque privilegiorum perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum, Apostolica auctoritate concessorum, seu alias quocumque Jure, vel titulo hactenus factas pro quibuscumque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam S. Joannis Hierolsolymitani Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusvis piis, tam sæcularibus, quam cujusvis Ordinis, etiam Mendicantium, seu Instituti, vel Societatis Regularibus, locis quantumvis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cujusvis qualitatis, seu conditionis existant.

In futurum vero sanctitas sua hac generali, & perpetuo valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut Judices Conservatores hujusmodi, sive principales, sive subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædessoris sui, quæ incipit: Statutum, ita ut vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis Provincialibus, aut diœcesanis, juxta Decretum Concilii prædicti, judices electi, seu designanti sint.

Quodque deinceps litteræ Conservatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantum dirigantur, & si quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes hujusmodi, omniaque exinde sequenda nullius sint roboris, vel momenti.

Et nihilominus qui fecus, quam juxta formam superius præscriptam, Conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis, nominatis, seu deputatis uti ausi fuerint: Regulares quidem voce activa, & passiva sint ipso jure privati, adeo ut habilitationem a nemine, præterquam a Romano Pontifice consequi valeant, reliqui vero aliis pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coerceantur, & prædictorum omnium Conventus, Monasteria, ac loca hujusmodi, eorumque personæ, ac bona careant Conservatore ad annum, itaut illorum causæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac definiri debeant.

Cæterum ut latius pateat Conservatorum hujusmodi deligendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diœcesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione ejusdem Bonifacii Prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram Provincialem aut Diœcesanam Synodum.

Insuper Sanctitas sua inhærendo hac in parte Decreto similis recordationis Gregorii Papæ XIII. etiam Prædecessoris sui, statuit, & ordinavit, ut Regulares, ac personæ hujusmodi in Italia infra duos, extra Italiam vero infra sex menses a die publicationis in Urbe præsentis Constitutionis inchoandos, debeant sibi eligere, seu assumere Conservatores juxta formam superius propositam.

Ejusque electionis, seu assumptionis documentum infra tempus hujusmodi penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conveniantur.

Quodque Conservatores hujusmodi semel legitime deputati, nisi ex legitima causa a Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus, & aliis supra dictis libuerit, approbanda, durante quinquennio a die deputationis, amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.

Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus rei extiterint, neque extra Civitates, seu Diœceses in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant.

Si qua vero inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios contro versia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma Juris electos super jurisdictionis competentia fuerit judicatum.

Quod si qui Conservatores, sive in hac parte, sive alias quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab Officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint, & pars, quæ hoc fieri procuraverit, sententiam excommunicationis incurrat juxta formam alterius Constitutionis ejusdem Bonifacii Prædecessoris, quæ incipit Hac Constitutione, quam Sanctitas sua in omnibus, quæ præsenti Constitutioni non adversantur, innovavit, & innovat.

Per hoc tamen non intendit Sanctitas sua prohibere, quominus Regulares, & alii supradicti in casibus a jure permissis petant Judicem non suspectum a Principibus, seu Magistratibus secularibus; dum tamen hæc tria copulative concurrant, videlicet: ut Regulares, & alii prædicti sint actores, non autem rei; utque agant contra laicum, non autem contra Ecclesiasticum, vel alias a jurisdictione sæculari exemptum, atque ut causa, in qua Judex deputatur, fuerit prophana, non autem Ecclesiastica, & in ea juxta Sacrorum Canonum dispositionem laicus, ut præfertur, eligendus Judex competens existat.

Sequitur aliud dubium super prædicta Constitutione exortum, cum sua declaratione.

IN Constitutione de Conservatoribus, edita a Sanct. mem. Gregorio Decimoquinto, ex sententia Sacræ Congregationis Concilii inter cætera statutum est, ut coram Conservatoribus Regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & aliis actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc, An per hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conservatores defendendi Regulares, & alios a manifestis injuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, dum a suis possessionibus dejiciuntur, & propriis bonis uti, ac frui impediuntur.

Sacra

Sacra Congreg. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, censuit, ejusmodi verbis minime sublatam fuisse facultatem, quam habent Conservatores defendendi Regulares a manifestis injuriis, ac violentiis, dummodo observent formam præscriptam Constitutionibus Innocentii Quarti, & Bonifacii Octavi relatis in c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.
C. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

IV.

De exemptorum privilegiis circa animarum curam, & Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria, & prædicationem Verbi Dei.

Gregorius XV. Anno 1622. 5. Febr.

SAne Tridentinæ Synodi decretis provide cautum est, nullum Presbyterum; etiam Regularem, posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.

Necnon ut in monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præterea, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ, tam regulares, quam seculares ejusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus diœcesi sunt sita. Itemque ut Episcopi universi sub obtestatione Divini judicii, & in terminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteriis sibi subjectis Ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ authoritate clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes.

Atque ut regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesiis vero, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis prædicare præsumant.

Verum quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationem postulare, ut decretis ejusmodi aliquid adjungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuo valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam regulares, quam sæculares, quomodolibet exempti; sine animarum curam personarum sæcularium Monasteriis, seu domibus regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive regularibus sive sæcularibus incumbentem exerceant; sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent prævia Episcopi licentia, & approbatione; sive quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, plane in omnibus subjiciantur. Ad hæc tam regulares, quam sæculares hujusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.

Confessores vero, sive sæculares quomodocumque exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii, ad Confessiones monialium, etiam regularibus subjectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi ab Episcopo diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Administrantes bona ad ejusdem Monasteria Sanctimonialium, ut prefertur, etiam regularibus subjectarum, pertinentia, sive regulares extiterint, sive sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque juris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo, ex rationabili causa superiores admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus, una cum superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque ulla tamen ipsorum monasteriorum impensa.

Ac demum habeat Episcopus, tamquam dictæ Sedis delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam sæculares, quam regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Itaut Episcopi in suprascriptis casibus, in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis; aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, uti ejusdem Sedis delegati, procedere, omnemque jurisdictionem excercere libere, & licite valeant.

V.

Subsequuntur aliquot dubia super prædicta Constitutione exorta.

I. DUbitatur: An liceat Episcopis visitare Altaria regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, aut loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur Confessiones personarum sæcularium?

II. An Episc. possint Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia restringere, ac moderari in sacramentis administrandis?

III. An Facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos tam sæculares, quam regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius diœcesis?

IV. An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus?

V. An per eamdem Constitutionem in illis verbis, possit Episcopus una cum superioribus regularibus quarumcumque Abbatissarum, &c. electionibus per se,

se, vel per alium interesse, ac præsidere; jus Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur?

VI. An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari?

VII. An superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seu deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus sanctimonialium sibi subjectarum audiendis?

VIII. An Confessiones, quas audiunt superiores Regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atque irritæ, necne?

IX. An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Confessiones personarum sæcularium audiendas censeantur etiam approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum?

X. An Regularis ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatus, Confessiones Monialium alterius Monasterii audire possit?

XI. An Confessores Regulares extraordinarii semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium Confessiones pro una vice infra annum ad præscriptum sacri Concilii Tridentini, possint virtute dictæ approbationis, pluries tanquam Confessores extraordinarii, earumdem Confessiones audire absque nova Episcopi licentia?

XII. Cum eadem Constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium, atque Administratores bonorum ad earumdem Monialium Monasteria pertinentium; iisque superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit: An ejusmodi causam Episcopus superioribus Regularibus significare teneatur?

XIII. An eadem Constitutio qua parte supponit Episcopi jurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an vero solum in notoriis, & cum scandalo populi?

Subsequuntur declarationes ad supradicta dubia a Congregatione Card. S. Concilii Tridentini Interpretum datæ, & ab isto, & Urb. VIII. ejus successore respective approbatæ.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Constitutionem fan memor. Gregorii XV. de exemptorum privilegiis, nequaquam subjicere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis sæcularibus administrandis iidem Regulares delinquunt: ac propterea.

AD primum dubium respondit, Episcopis non licere in vim ejusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum sæcularium, nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum sæcularium audiuntur.

Ad II. Hac in parte Constitutionem nihil novi juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse: Ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.

Ad III. Censuit ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius diœcesis.

Ad IV. Non competere.

Ad V. Jus confirmandi Abbatissas minime fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad VI. Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo diœcesano idonei judicentur, & approbentur: Ordinarios vero Confessores ante Constitutionis pubblicationem deputatos posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, ut illorum facultas a Sede Apostolica ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopi examinari, & approbari.

Ad VII. Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confessiones Monialium sibi subjectarum, posse, durante eorum officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis, illarum tantum, quæ sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At vero eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus expleto jam tempore a Constitutionibus, cujusque Ordinis, vel alias legitime præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius a diœcesano Episcopo idonei judicati, atque approbati fuerint.

Ad VIII. Confessiones hujusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad IX. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad X. Regularem ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatum, minime posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii.

Ad XI. Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas; haud posse plures in vim approbationis ejusmodi illarum Confessiones audire; sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contingerit.

Ad XII. Non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus; sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio serio oneravit, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, ejus rei in districto Dei judicio rationem redditurì.

Ad XIII. Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum, & cum populi scandalo.

Quæ sacra Congregationis responsa ad se relata fel. rec. Gregor. XV. & S. D. N. Urbanus VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card. Cajetanus.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Sub-

Subsequuntur alia duo Dubia, ab eadem Congregatione declarata, & a S. D. N. approbata.

AN Regularis absque legitima licentia accedens ad Monasteria Monialium Regularibus subjectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, a diœcesano Episcopo, tamquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri, & puniri possit?

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Posse: Quam Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster Urbanus VIII. ad se relatam approbavit.

AN liceat Episcopo in vim Constitutionis sanctæ mem. Gregor. XV. de exemptorum privilegiis, punire Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt ante tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidem nullatenus prænunciata?

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit. Regulares ex eadem Constitutione ita demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumque usque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expresse declaravit, se uti velle facultate sibi hic in parte attributa, Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam vero declarationem licere Episcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatissæ electionem procedunt.

Cos. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Sanctissimi D. N. Clementis Divina Providentia Papæ X.

Constitutio, in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declaratur.

SUperna, &c.
Regulares, qui in Ecclesiis sui ordinis prædicare voluerint teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere; prædicare tamen posse quamvis illa non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare, eosque contravenientes ab illo tamquam a Sedis Apostolicæ Delegato censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis f. recor. Gregor. XV. prædecessoris nostri incipientis. *Inscrutabili Dei providentia*, coerceri, & puniri posse; Episcopum tamen absque justa, atque rationabili causa contradicere non debere, & hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratoriis sui ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, vel ad crates Monasteriorum, aut Sanctimonialium eorum jurisdictioni subjectarum, licet clausis januis, & nullus sæcularis ibi intersit, habere voluerint; Posse autem Episcopum licentiam concessam Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus illos, quos ab Universitatibus, aut a Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum erit, & licentiam prædicandi semel iisdem concessam ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes suspendere, non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum ordinum prædicent.

Ad hæc Regulares ab Episcopo ad Confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, a quo ipsi Religiosi jam fuerint approbati: & generaliter ab Episcopo ad personarum sæcularium Confessiones audiendas nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere, quoad hoc speciali Episcopi approbatione, atque approbatos pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minime posse audire Confessiones Monialium alterius monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta Deputatione in vim approbationis hujusmodi, illarum Confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus Deputationis contigerit. Cæterum in monasteriis, ac etiam Collegiis ubi juxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorundem Monasteriorum seu Collegiorum audire Confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt vere de familia, & continui Commensales: non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad Confessiones audiendas idonei, generaliter reperti fuerint, ab Episcopis quoque, & indistincte absque aliqua limitatione temporum, certorumque locorum, aut generis personarum, in Diœcesi propria admittendos. Quoad cæteros vero, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti arbitrio Ordinariorum relinqui ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur probare, & admittere. Semel autem ab Episcopo approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis, quovis anni tempore etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen Confessione teneri dictos Religiosos eorumdem infirmorum Parochum illico certiorem reddere: & hoc illis ab Episcopo sub pœna suspensionis a facultate audiendi Confessiones præcipi: sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit: Omnis utriusque sexus, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos, Regulares vero ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo; secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos non posse ab eodem, qui sic approbavit iterum examinari, aut ab ejusdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias ipsis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium esse, ut in Actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat ubi eam aperiri postulaverit. Porro si Regulares cum scandalo, aut alias inhoneste vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur a Confessionibus suspendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad Confessionis ministe-
rium

rium pertinere; ac proinde nihil obstare, quo minus ob eam possit Episcopus Regulares a semetipso approbatos suspendere, aut repellere a Confessionibus audiendis. Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul uoius conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per Mare magnum, aliave Privilegia Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, aut societatis etiam Jesu, concessis factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per Confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares a Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habeaot, absolvendi a casibus Episcopo reservatis.

Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ Reservatis non ideo a casibus Episcopo reservatis posse absolvere; posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi a peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa ubi idem Confessor est approbatus, absolvere; nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum Privilegiorum nequaquam licere Regularibus etiam satisfacta parte absolvere Pœnitentes a Censuris, quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro Pœnitentiali utique non censeri absolutos in exteriori Judicio, & contentioso. Quinimmo Censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiamsi a Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur; si dictorum Privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum, sed cum ejus sit interpretari, cujus est condere, dictorum Privilegiorum interpretarionem Sedis Apostolicæ judicio, prout alias constitutione Prædecessoris nostri &c. record. Clementis IV. statutum fuit, esse exequendum.

Non obstantibus quibuscumque, &c. etiam insolitis casibus.

Datum Romæ anno 1670. undecimo Kalendas Julii Pontificatus nostri anno primo.

Nota: In propositionibus damnatis ab Alexandro VII. propositio duodecima videbitur limitata ad solos Mendicantes. Ita enim habet propositio: Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcopi facultate.

At Clemens X. magis ample inquitur, dum absolute sic pronuntiat: Ex facultatibus per mare magnum, aliave privilegia, cujuscumque Ordinis, instituti, aut societatis etiam Jesu contentis, facta eis non est potestas absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis.

VI.

De Conceptione B. Virginis Mariæ.

Gregorius XV. Anno 1622. 24. Maji.

SAnctissimus D. N. auditis votis Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, decretum alias editum a fel. rec. Paulo V. ejus Prædecessore tenoris sequentis, videlicet,

Sanctissimus Dominus noster post longam, & maturam discussionem auditis votis Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, re ac eurate, ac diligenter perpensa, provide considerans, quod quamvis in Constitutione fel. record. Sixti IV. super CONCEPTIONE Beatissimæ Virginis MARIÆ pro submovendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, a S. Tridentina Synodo innovata, & deinde in alia Constitutione Sanct. memor. Pii V. super eadem re, quas Sanctitas sua innovavit cum quibusdam provisionibus, & adjectionibus pœnarum pro efficaciori earum observatione, relinquitur unicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi utramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali; & dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur, nihilominus ex occasione assertionis affirmativæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, jurgia, & dissensiones. Propterea volens, hujusmodi scandalis ex debito sui muneris providere, decrevit. & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cujusvis Ordinis, & Instituti regularibus, & aliis quibuscumque tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus personis cujusvis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, etiamsi specialis, specifica, & individua earum esset necessario mentio facienda, ut in posterum, donec articulus hujusmodi a Sancta Sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatiss. Virgo fuerit concepta cum peccato originali; Contrafacientes autem eadem Sanctitas sua voluit, & declaravit subjacere debere, & subjecit censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus suorum Prædecessorum, & sua ipso facto incurrendis: per hujusmodi tamen provisionem Sanctitas Sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Ulterius sub eisdem censuris, & pœnis mandamus, quod negativam opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agaot, seu tracteot. Insuper voluit, & expresse mandavit, ut extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ, & illæsæ remaneant, & exacte observentur perinde, ac si præsens decretum non emanasset. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari non obstantibus in hac parte supradictis constitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus &c.

Hoc suo præsenti decreto ex eisdem causis evitandi scandala, dissensiones, atque discordias in Populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, & ut accepit, in aliquibus Regionibus jam ortæ sunt ex sermonibus privatis occasione assertionis affirmativæ, extendit, & ampliavit etiam ad privata colloquia, & scripta, mandans & præcipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec articulus hujusmodi a Sede Apostolica definitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis privatis audeant asserere: quod eadem Beatissima Virgo fuerit con-

concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen, quibus Sede Apost. fuerit super hoc specialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in supradicto fel. record. Pauli V. & hoc suo decreto disposita.

Eademque Sanctitas Sua voluit, & expresse mandavit, ut in reliquis omnibus, ubi hujusmodi decretis non adversantur, constitutiones Sixti IV. Alexandri IV. & Pii Quinti, ac Pauli Quinti, ejus Prædecessorum super Conceptione Beatiss. Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, ac exacte observentur perinde, ac si hujusmodi decretum non emanasset.

Et insuper eadem Sanctitas Sua, cum Sancta Romana Ecclesia de Beatiss. Virg. Conceptione Festum solemniter, & Officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularibus mandat, ac præcipit, ut in sacrosancto Missæ sacrificio, ac divino officio celebrandis, tam publice, quam privatim, non alio, quam Conceptionis nomine uti debeant. Contravenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declaravit subjacere debere, & subjecit censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus, ac præfato decreto suorum Prædecessorum ipso facto incurrendis. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari.

Non obstantibus in hac parte constitutionibus suprascriptis, decreto præfato Pauli V. consuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus, & singulis quæ Prædecessores prædicti voluerunt non obstare, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus.

Volens, & decernens pro observatione, & executione præsentis decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgressores etiam regulares, cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas cujuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, tam Episcopi, & Prælati Superiores aliique Ordinarii locorum, quam hæreticæ pravitatis, ubique locorum deputati Inquisitores procedant, in eos severe animadvertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi.

Sequitur declaratio supradicti Decreti, edita Anno 1622. 28. Julii.

NOs Fratres Ordinis Prædicatorum, quos in visceribus gerimus charitatis, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas e quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendarum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prædicator. Fratribus, ut de cætero in quibuscumque privatis eorum colloquiis, seu conferentiis, inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum aliis, de materia ejusdem Conceptionis B. Mariæ Virginis differere, & tractare, absque ullo pœnarum in dictis decretis contentarum incursu, libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, licentiam concedimus, & impartimur.

Sed quanti faciat sancta Mater Ecclesia hujusmodi Immaculatæ Virginis Conceptionem Sanctissimus Dominus Noster in sequenti Bulla clementer ostendit, & declarat.

Sanctissimi Domini Nostri Alexandri Divina Providentia Papæ VII.

Innovatio Constitutionum, & Decretorum in favorem sententiæ, animam Beatæ Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione a peccato originali præservatam fuisse, editorum.

Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam.

✠ SOllicitudo omnium Ecclesiarum, quam licet meritis, & viribus longe impares, Dei Optimi Maximi voluntate, & providentia gerimus, in id Nos anxia tenet intentos, & vigilantes, ut scandala, quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione, & fragilitate necesse est ut veniant, quantum fieri potest paucissima exoriantur, utque exorta quam celerrime, & quam diligentissime amoveantur: nam iis per quos veniunt certam peccati perniciem, quibus vero præbentur præsens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro nostro Pastoralis officii debito, & damnum summopere dolemus, & discrimine assidue urimur.

✠ Sane vetus est Christi fidelium erga ejus Beatissimam Virginem Mariam pietas, sentientium ejus animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia, & privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi, ejus filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium, & celebrantium; crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas a fel. record. Sixto Papa IV. Prædecessore nostro in ejus commendationem Apostolicas constitutiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque observari mandavit.

✠ Aucta rursus, & prorogata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam post erectas hoc nomine approbantibus Romanis Pontificibus, religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem Indulgentias, itaut accedentibus quoque plerisque celebrioribus Academiis ad hanc sententiam, jam fere omnes Catholici eam complectantur.

✠ Et quia ex occasione contrariæ assertionis in concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod nempe eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Christiano cum magna Dei offensa scandala, jurgia, & dissensiones, record. mem. Paulus Papa V. etiam prædecessor noster vetuit horum opinionem præfatæ sententiæ contrariam publice doceri, aut prædicari.

✠ Quam prohibitionem piæ memor. Gregorius Papa XV. similiter prædecessor ad privata etiam colloquia extendit: mandans insuper in favorem ejusdem sententiæ, ut in Sacrosancto Missæ Sacrificio, ac divino Officio celebrandis, tam publice, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicumque debeant.

✠ Nihilominus, prout Venerabiles fratres Episcopi fere omnes Hispaniarum cum Ecclesiarum suarum Capitulis datis ad nos litteris exposuerunt, accedente etiam insinuatione charissimi in Christo filii nostri Philippi, earumdem Hispaniarum Regis Catholici, qui specialem super hoc misit ad Nos Oratorem venerabilem fratrem Ludovicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatæ fuerant ad Nos

sup-

supplicationes Regnorum earumdem Hispaniarum, pergunt aliqui contrariæ illius opinionis assertores, contra præfatas prohibitiones tum privatim, tum publice præfatam sententiam aut impugnare aut vellicare, & favorem a Romanis Pontificibus cultui, & festo secundum illam præstitum ita interpretari, ut frustrentur; imo Ecclesiam Romanam huic sententiæ, & cultui juxta illam Beatæ Virgini exhibito favere negant, pios Christi fideles e sua pacifica quasi possessione deturbare conando, unde offensiones, scandala, & jurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V & Gregorius XV. nostri prædecessores, perdurant adhuc, & ex occasione eorum adversantium majora his incommoda in posterum prudenter, & merito timentur.

✠ Quapropter super his tam præfati Episcopi cum Ecclesiarum suarum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex ejusque Regna Nobis pro opportuno remedio instanter supplicari fecerunt.

✠ Nos considerantes quod Sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis Mariæ Conceptione festum solemniter celebrabat, & speciale, ac proprium super hoc Officium olim ordinavit juxta piam, devotam & laudabilem institutionem, quæ a Sixto IV. prædecessore nostro tunc emanavit; volentesque laudabili huic pietati, & devotioni, & festo, ac cultui secundum illam exhibito in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem nunquam immutato, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem, & devotionem hanc colendi, & celebrandi Beatissimam Virginem, præveniente scilicet Spiritus Sancti gratia, a peccato originali præservatam: cupientesque in Christi Grege unitatem spiritus in vinculo pacis sedatis offensionibus, & jurgiis, amotisque scandalis, conservare: ad præfatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusque Regnorum oblatam Nobis instantiam, ac preces, Constitutiones, & Decreta a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & præcipue a Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. editas in favorem sententiæ asserentis, animam Beatæ Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione Spiritus Sancti gratia donatam, & a peccato originali præservatam fuisse, necnon, & in favorem festi, & cultus Conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ secundum piam istam sententiam, ut præfertur, exhibiti, innovamus, & sub censuris, & pœnis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus.

✠ Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictæ sententiæ, & festo, seu cultui secundum illam exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directe, vel indirecte aut sub quovis prætextu, etiam definibilitatis ejus examinandæ, sive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres sive Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quicquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint præter pœnas, & censuras in constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacere volumus, & per præsentes subjicimus, etiam concionandi, publice legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione privatos esse volumus, necnon ad concionandum, publice legendum, docendum & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas ipso facto incurrere absque alia declaratione; a quibus pœnis nonnisi a nobis ipsis, vel a successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint: necnon eosdem aliis pœnis nostro, & eorumdem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere volumus prout subjicimus, per præsentes, innovantes Pauli Quinti, Gregorii XV. superius memoratas constitutiones seu Decreta.

✠ Ac libros in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. supra laudatum Decretum edita, aut in posterum quomodolibet edenda prohibemus, sub pœnis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque alia declaratione pro expresse prohibitis haberi volumus, & mandamus.

✠ Vetamus autem Sixti IV. Constitutionibus inhærentes, quempiam asserere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant; cum a Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc minime decidere volumus, aut intendimus: quin potius contrariam illam opinionem hæresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos subjecit Sixtus IV. aliique prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis subjicimus, quas in contrafacientes huic nostræ Constitutioni superius inflximus.

✠ Volentes, quod contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam Regulares cujusvis Ordinis, & Instituti etiam societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas, cujuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, ut præfertur, tam Episcopi, & Prælati Superiores, aliique locorum Ordinarii, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos stricte animadvertant: Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eosdem trangressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districte præcipimus, & mandamus.

✠ Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis quantumcumque qualificatis, & in quibuscumque etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quavis alia Dignitate, & honore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeant quomodolibet concessis.

✠ Quibus omnibus, & eorum singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de eis ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes, clausulas mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

✠ Ut autem hæc nostra Constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentius pervenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus

omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis, & Officialibus quibuscumque, & aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diœcesis, vel Districtus Prædicatoribus, & aliis, & quibus expedire judicaverint, opportune insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis in posterum quoquo modo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare.

✠ Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentes litteræ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valvis ac in acie Campi Floræ de urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio, & publicatio ita omnes, & singulos, ad quos spectat, afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent, & quod illarum transumptis etiam impressis manu Notarii pub. subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberentur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Septembr. 1661. Pontific. Nostri Ann. Sept.

S. Ugolinus.

VII.

De erectione novorum Conventuum Regularium.

Gregorius XV. Anno 1622. 17. Aug.

CUm alias fel. record. Clemens Papa Octavus decreverit, Ordinarios locorum licentiam ad novos Conventus cujuscumque, præsertim Mendicantium Ordinis, in Civitatibus, & locis eorum ordinariæ jurisdictioni subjectis erigendos, impartiri non posse, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus & aliis interesse habentibus; & causa servatis servandis cognita, in ejusdem Civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento, commode sustentari posse constiterit. Si vero ab eorum sententiis ad Sedem Apostolicam provocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quamdiu a dicta Sede in ea causa pronunciatum extiterit, ac alias prout in decreto hujusmodi plenius continetur.

Verum per piæ memor. Paulum Papam Quintum accepto, plerosque ex Ordinariis prædictis, favore, vel nimia exposcentium importunitate ad novos Conventus, seu Domus, præter, & contra tenorem prædicti decreti erigendos, plerumque adduci, quo fit, ut, non habita debita eleemosynarum, seu redituum cujuscumque Monasterii, Conventus, seu Domus ratione, Monachi, seu Fratres, aut Religiosi ibi degentes manuteneri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, ut cultus divinus in eorum Ecclesiis destituatur, ibique regularis disciplina, ut convenit, conservari non valeat. Sacra Congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium negotiis Regularium præpositorum, ad quos idem Paulus Papa V. negotium hujusmodi rejecerat, tot incommodis obviam ire, eisque aliquod opportunum remedium adhibere cupiens, decreta hujusmodi veriores, ac totos tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plene, & sufficienter expressis habens, vivæ vocis oraculo a Sanctissimo D. N. Gregorio Papa XV. habito, decretum prædictum, quatenus opus sit, innovat, & in usum reducit.

Volens, quod de cætero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cujuscumque, etiam Mendicantium, Ordinis, Societatis, & Instituti, quocumque nomine nuncupentur, etiamsi de illis particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset, in quacumque Civitate, vel Oppido, seu quocumque alio loco non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex reditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant, ad Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conventuum, seu Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, seu Institutorum hujusmodi non solum in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis, ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel alias Ordinariis locorum constiterit Religiosos Monasterii, conventus, seu Domus regularis sic erigendæ, absque detrimento Religiosorum in Monasteriis, seu Domibus antea in Civitatibus, seu locis hujusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commode, & congrue manuteneri, & ali posse. Si vero novi Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas hujusmodi instituendæ erunt, nullique alii Regulares inibi reperiantur: Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ, & habitatores, quorum, & consensum requirant, ac adhibeant, hujusmodi duodecim Religiosos in Conventibus, ut præmittitur, instituendis commode alere, & manutenere valeant.

Si vero a decreto, seu decretis per Ordinarios prædictos in causis hujusmodi ferendis legitime appellari contigerit, ex nunc prout ex ea die, qua appellatio interponetur, ea ad eandem Sacram Congregationem una eum toto negotio principali devoluta censeatur, appellationeque hujusmodi pendente, nihil innovandum esse, irritumque, & inane quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernens, quibuscumque in contrarium facientibus, non obstantibus.

Romæ 17. Augusti 1622.

Ant. Card. Saulius.

VIII.

De solicitatione mulierum in Sacramento Pœnitentiæ.

Gregorius XV. Anno 1622. 30. Aug.

STatuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes tam sæculares, quam quorumvis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum regulares cujuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confessionis, sive ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, ubi confessiones Sacramentales audiantur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in officio Sanctæ Inquisitionis severissime, ut infra, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum,

ciarum, Civitatum, Dominiorum, & locorum uniVersi Orbis Christiani in suis quemque Diœcesibus, & Territoriis per has nostras litteras, etiam privative quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo Judices delegamus, ut super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus prout in causis fidei juxta Sacrorum Canonum formam, nec non officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant: & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles, repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis ab executione ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ab illa, necnon vocis activæ, & passivæ, si regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque ulla spe gratiæ, aliasque pœnas decernat, eos quoque si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ sæculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum, remaneat, ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo indicandi, & Curiæ sæculari, ut præfertur, reum tradendum esse, pronunciandi.

Non obstantibus omnibus, quæ dictus prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Mandantes omnibus Confessariis, ut suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu ut præfertur tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis: quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

IX.

DECRETUM,

Quo conceditur, & præscribitur facultas ordinarii circa accessum Regularium ad Monasteria Monialium ad colloquendum cum eis, nempe quod Ordinarii possint licentiam dare per quatuor vices quolibet anno cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in 1. & 2. tantum consanguinitatis gradu conjunctas alloqui possit, servata tamen forma licentiæ infrascripta.

„ CUm alias de anno 1590. Per Sacram Cardinalium negotiis Regularium Præfectorum Congregationem de mandato fel. rec. Sixti Papæ V. circa accessum Regularium cujuscumque Ordinis ad Monialium Monasteria fuerit Decretum; Quod nulli Religioso cujuscumque Ordinis, gradus, qualitatis, dignitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seu Domus cura incumbit, visitatore, vel visitatoribus, Confessarioque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa ejusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domus quarumcumque Monialium, vel sororum, sive sui, sive alterius cujusvis ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis; Quod si aliquando mandato sui superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu sororum Ecclesiis, sive oratoriis exterioribus, sive extra Claustra existentibus mitti contigerit; ne dicti Religiosi ullo „ quæsito colore Moniales, sorores, aut quemlibet aliam personam intra clausuram degentes alloqui possint, sub pœnis privationis officiorum, ac „ vocis activæ & passivæ ipso facto incurrendis, aliisque ejusdem Sacræ Congregationis arbitrio: *fueritque postmodum declaratum* etiam equites S. „ Joannis Hierosolymitani sub eodem Decreto comprehendi, & quoscumque contrafacientes ab alio „ quam ab Apostolica Sede, aut a Sacra Congregatione absolvi, & reabilitari non posse; *Amplissimi ejusdem Sacræ Congregationis* Patres Decreta „ hujusmodi innovanda, & inviolabiliter observanda statuerunt. Verum quia experientia compertum „ est interdum ob pias & rationabiles causas, easque ita ferente casu, repentinas, ut ab eadem Sacra Congregatione licentia expectari summe incommodum, vel inutile sit, Regularibus supradictis „ colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obvenire, facto verbo cum Sant. D. N. „ Urbano VIII. & de Sanctitatis suæ expresso ordine, & mandato facultatem tribuerunt in posterum „ locorum Ordinariis, ut, quatenus sibi visum fuerit „ in Domino expedite, licentiam concedere possint „ per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & „ secundo tantum consanguinitatis gradu conjunctas „ convenire, & alloqui possit. Id vero non aliter „ quam servata ad unguem forma infrascripta; ut id „ nullo modo liceat diebus festivis, aut in adventu, „ Quadragesima, feria sexta, Sabbato, & Vigiliis; „ prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab „ alio ad quem spectet eam concedere, consignetur „ Confessario Ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, isque assotiet, & præsens sit, & „ Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant; „ prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in „ scriptis concedatur, in librisque Cancellariæ ejusdem Ordinarii annotetur. Quod si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter, quam servata forma supradicta, licentias concesserint, vel permiserint, „ sciant se intentionis Sanctiss. D. N. & Sacræ Congregationis transgressores, judiciumque reformident; Regulares autem pœnis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, „ eo ipso se noverint esse addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis severius puniendos. Romæ 12. „ Decemb. MDCXXIII.

X.

De licentiis loca Regularia erigendi.

Urbanus Papa VIII. Anno 1624. 28. Aug.

CUM, sicut Nobis innotuit, complures licentiæ, sive facultates a nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris per diversos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum regularium Institutorum Superiores, seu alios eorum nomine, ubique locorum Monasteria, Domos, Collegia, Conventus, & alia loca regularia, quovis nomine nuncupata, servata dumtaxat Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini decretorum forma, de sola Ordinarii licentia, seu etiam forsan non servata forma, & absque licentia hujusmodi, & contra decreta a Sede Apostolica super præmissis edita fundandi, erigendi, & instituendi importunis precibus, seu etiam Motu proprio, vel alias obtentæ, & exortæ fuerint: Idcirco Nos, omnes, & quascumque licentias, ac facultates hujusmodi, litterasque desuper, tam sub plumbo, quam in hujusmodi forma Brevis desuper expeditas, earumque tenent

tenet etiam veriores, & Dat. præsentibus, ac si specifice, & sigillatim exprimerentur, & insererentur, pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, justis de causis animum nostrum moventibus, Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quascumque licentias, & facultates hujusmodi, litterasque desuper, tam sub plumbo, quam in eadem forma Brevis expeditas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes, & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, Conventuum, & aliorum regularium locorum hujusmodi, quæ suum nondum sortitæ sunt effectum, tenore præsentium perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus evacuamus.

Præterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum institutorum regularium Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cæterisque personis, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ, & passivæ, necnon officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & in alia in futurum obtinenda, necnon etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis interdicimus, & prohibemus, ne licentiarum, seu facultatum per Nos, ut præfertur, revocatarum, & annullatarum, sive alio quovis prætextu, vel causa, etiam quantumvis privilegiata, nova Monasteria, & Collegia, Domos, Conventus, & alia loca regularia hujusmodi, nisi de expressa ordinariorum licentia, ac servata in omnibus, & per omnia sacrorum Canonum, & Concil. Trid. necnon Constitutionibus fel. rec. Clemen. VIII. quæ incipit, Quoniam ad institutam; sub Dat. Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die xxiii. Julii MDCIII. ac Decretorum de mandato ejusdem Clementis, necnon sim. mem. Greg. XV. Rom. Pont. prædecessorum desuper editorum forma, recipere, erigere, fundare, seu alias quomodolibet instituere seu incepta finire, & absolvere audeant, seu præsumant.

Decernentes, præsentes litteras etiam ex eo, quod causæ, propter quas illæ emanarint, expressæ verificatæ, & justificatæ, aut quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, citati, & auditi, non fuerint, neque illis consenserint, vel alias, ex quocumque capite, prætextu, colore, ingenio, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut contra eas quodvis gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu concedi nullatenus posse, sed eas, ac omnia, & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia, esse, & fore, suosque plenarios, integros effectus sortiri, & obtinere ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, quavis auctoritate fungente, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circa Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque solemniter publicant, faciant illas, & illa ab omnibus, singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

X I.

De male ordinantibus, & ordinatis.

Urbanus VIII. Anno 1624. 11. Decemb.

Alias si quidem fel. rec. Clemens Papa IV. Prædecessor noster volens periculis animarum eorum obviare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel alias Ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his haberetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciebant ad hujusmodi Ordines promoveri, statuit, ut nullus Episcoporum Italiæ de cætero aliquem ultramontanum Clericum ordinare præsumeret, nisi ab eodem Clemente Prædecessore, vel ab Episcopo, de cujus diœcef. traxerat originem ordinandus, vel in cujus diœc. beneficiatus existebat, per ejus patentes litteras causam rationabilem continentes, quare ipsum nolebat, aut nequibat ordinare, specialem licentiam haberet: eos vero, quos contra præmissa contigisset ordinari, manere voluit absque spe dispensationis super hoc a Sede Apostolica obtinendæ suspensos; ac ordinantes condigna pœnitentia puniri.

Cum autem non sine gravi animi nostri molestia Nobis innotuerit, quamplures Ultramontanos suæ salutis immemores, Deique timore postposito, ad Ordines prædictos dimissorialibus litteris, seu etiam cum titulo patrimonii ficto, vel fiduciario, seu etiam falso, cum maximo bonorum omnium scandalo, se promoveri fecisse, Nos innumeris, quæ ex minus canonica Clericorum ordinatione hujusmodi proveniunt malis, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, prædictam Clementis Prædecessoris constitutionem, cum omnibus, & singulis in ea contentis approbantes, & innovantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quovis prætextu, & ex quacumque causa, Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Ultramontanos, & ex quibusvis locis extra Italiam oriundis, non solum ad sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem characterem promovere audeant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum litteras a nostris, & hujus Sanctæ Sedis Nunciis, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorumdemve Nunciorum, seu Collectorum subscriptiones a dilecto filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiritualibus generali similiter examinatæ, recognitæ, & approbatæ fuerint; alias promoventes, ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti vero. perpetuæ suspensionis pœnam, absque spe dispensationis a Sede Apostolica obtinendæ, incurrant eo ipso. Insuper promotos hujusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis patrimonii titulis scienter se ad Ordines hujusmodi promoveri fecerint, non solum prædictis, verum etiam majoribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis.

Italos

Italos vero, si quos in posterum Clericali charactere insigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis contigerit, etiamsi qualitatibus per Concil. Trident. Decretum cap. 16. sess. 23. requisitis præditi sint, nihilominus, sequuta tamen prius desuper Judicis Ecclesiastici declaratione, fori privilegio minime gaudere, sed sæculari jurisdictioni, ut antea plene in omnibus subjacere, & subjectos esse respective volumus.

XII.

De Imaginibus nondum Canonizatorum a Sede Apostolica.

Urbanus VIII. Anno 1625. 13. Martii.

SAnctiss. D. N. solicite animadvertens abusus, qui irrepserunt, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum Sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, & si neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia, a Deo per eorum intercessiones accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur.

Volensque proinde hujusmodi abusibus, pro debito officii pastoralis, occurrere, re etiam cum Illustrissimis, & Reverend. DD. Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus communicata, & mature considerata, ac discussa, declaravit, statuit, & decrevit, ne quorumvis hominum, cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantacumque illa sit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præseferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis, tam sæcularibus, quam regularibus, cujuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (si quæ apposita sunt) amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, sive Martyrii fama, vel opinione (ut præfertur) celebres e vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tamquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis, Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet: Revelationes vero, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hactenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit, Tabellas, atque Imagines, ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas, atque exculptas appendi, aut affigi, & lampades, sive alia quæcumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, pro ut supra, facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda.

Declarans, quod per suprascripta præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur.

Ut autem præmissa diligentius observentur, universis, ac singulis, tam Ordinariis, quam hæreticæ pravitatis inquisitoribus districte præcipit, ut in sua quisque Diœcesi, vel provincia sedulo pervigilent, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superius disposita, fiant.

Transgressores vero, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, necnon & suspensionis a divinis, si vero Clerici sæculares, privationis pariter suorum officiorum; suspensionis a divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respective, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.

Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquo modo effinxerint, vel formaverint, cæterique Artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis aliisque etiam corporalibus pœnis, juxta criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

XIII.

Sequitur declaratio prædictæ prohibitionis:

POstmodum vero idem Sanctiss. D. N. a quibusdam revocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conservare liceret, Sanctitas Sua, quæ tantummodo voluit, occurrendo abusibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam divinæ clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare; re prius cum Illustriss. & Reverend. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus communicata, præsenti Decreto declaravit: Quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum hujusmodi, ita, ut nulli deinceps hæsitationi locus relinquatur, statuit in præsentiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum sæcularem, seu regularem Tabellas, & Imagines, aliudve simile quispiam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel ad Beatos non adscriptorum, quamvis cum martyrii, vel sancti fama demortuorum, optata se impetravisse dixerit liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum, locorumve prædictorum curæ Præpositis, Tabellas, & Imagines, sive pictas, sive ex quavis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint, attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneatur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Cannnizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi sanctitatis qualescumque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Jo. Antonius Thomasius S. Rom. & univers. Inquisitionis Notarius.

XIV.

De Celebratione Missarum.

Urbanus VIII. Anno 1625. 21 Julii.

PRimo districte prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquo modo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

Deinde, ubi pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis, celebrandis plura stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab una, sive a pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuscumque, tam sæcularibus, quam regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione divini judicii mandat, ac præcipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ, præscriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimmo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id vero ut deinceps observetur exactius, Sacr. Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis piis, tam sæcularibus, quam regularibus, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscipit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera hujusmodi, cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta, statuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus tam sæcularibus, quam regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda a die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seu illorum pretium quam primum investiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

Ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium sub eadem pœna, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tam regularium, quam regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districte prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus generalis Vicarii, regulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin sæcularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Regularis vero pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ, absque alia declaratione incurrat.

Eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur.

Episcopus vero, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec antea assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitime constiterit, illius Sacerdotes tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis jam susceptis satisfacere posse; præcipuamque rationem habeant, ut reditus, qui Ecclesiis, & locis piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis secundum morem cujusque Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremo Illustriss. Patres, non sine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, quæ regularem disciplinam evertunt, ac præcipue nimiam hanc facilitatem fovent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quam ferant reditus, & eleemosynæ cujusque Monasterii; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sac. Trid. Concilii decretis hac de re editis. S. D. N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationibus probatioribus, & rerum usu peritioribus, bona immobilia, census, reditus, & proventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciæ, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediate præcedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliave cujuslibet generis onera consueverunt absorbere.

Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem superior, cujus interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione generali, vel provinciali coram tribus Judicibus ab ipsomet Capitulo, seu Congregatione deligendis proponat, qui computatis hujusmodi reditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, & oneribus, ut supra, detractis, sedulo examinent, quot religiosi homines, connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servientibus, in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo regulari juxta regionis, & proprii Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorumdem bonorum, redituum, eleemosynatum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cujusque familiæ Monasterii, Conventus, ac Domus regularis in singula quaque Provincia certus earum tantum personarum numerus Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ reditibus, eleemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter ali possint.

Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciant, mandat Sac. Congregatio, ut infra annum, post proximum Capitulum generale, vel provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

Numerumque familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi regularium, Capituli, seu Congregationis generalis, vel provincialis sententia, & auctoritate præfinitum, iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quam locales perpetuo servare omnino teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augumenti redituum, absque Sacræ ipsius Congregationis licentia, Superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus a Sede Apostolica infligendis Sacra Congregatio subjacere voluit, & declaravit.

Deinceps vero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium, nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita in singulis ejusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & reditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, ut supra, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca hujusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, atque omnimodæ jurisdictioni subjecta esse intelligantur.

Porro, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem seu desuetudinem abeant, Superiores locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur sub pœna privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post octavam Corporis Christi præsentes ordinationes in publica mensa perlegantur.

Omnibus tam Ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocumque honore, ac potestate præditis, præfatia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

X V.

Sequuntur dubia, ac declarationes aliquot super prædictis Decretis.

Super primo Sacræ Congregationis decreto, de Celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquomodo, reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid si legatum sit ita tenue, ut non sit, qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, rotum, aut fere totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari?

Secundo, super secundo ejusdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ, præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab offerrente, vel ab Ordinario?

Tertio, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illas ab offerente præscriptas celebrare?

Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu capellæ, legati, aut salarii, possint etiam manualem eleemosynam, pro Missis votivis, aut defunctorum, recipere, & unico Missæ sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quinto, posito, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ: Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sexto, super Tertio Congregationis decreto in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, An verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium.

Septimo, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Missam susceplt celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, An permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ & similium.

Octavo, An hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, An Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redituum Beneficii?

Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna maior solito pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt: An vero satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam? Un-

Undecimo super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba (eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis) ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; Alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt: & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, ut Sacerdos Missam celebret cum primum poterit?

Decimotertio, An pœna interdicti, & aliæ apposita in eodem decreto afficiant, tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

Decimoquarto, An in hoc decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die commemorationis omnium Defunctorum, & vulgo dicuntur (Casse de' Morti)?

Decimoquinto, An Administratores Ecclesiæ magnæ devotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iidem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiæ, & devotio, ac concursus fidelium, ut ajunt, minuantur?

Decimosexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum locorum, tam sæcularium, quam regularium, Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali (& aliis, ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimoseptimo, super septimo ejusdem Sacræ Congregationis decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis reditibus, aut eleemosynis commode possit sustentari?

Quæritur, An ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis decreti san. mem. Pauli V. absque tamen computatione redituum cujusque religiosi, sit denuo facienda, necne?

Decimooctavo, An novitii, ad habitum regularium admissi, possunt admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus, habitu ut supra, præfixione numeri, commode ali non possunt?

Decimonono, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita ut alioquin subsint jurisdictioni ordinariæ.

Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis JESU?

Ultimo, An idem decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proxime antecedens, an vero etiam extra Italiam?

Subsequuntur Declarationes, seu Responsiones ad supra dicta Dubia.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi a S. D. N. attributa, ad singula dubia superius proposita ad hunc modum respondit, videlicet

Ad primum, etsi legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra impositi, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino prodesse judicaverint. Veruntamen si in ipsa beneficii erectione expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare, ratione beneficii, seu capellæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad Quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad Sextum, Ita esse intelligenda.

Ad Septimum respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum Administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeant in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habent reditus, quos in usum earumdem expensarum erogare licite possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessario sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut supra deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad Octavum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit.

Ad Decimum debere absolute integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retineri posse.

Ad Undecimum respondit, non prohibere absolute: ac propterea, etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad Duodecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis juxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad Decimumtertium has pœnas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad Decimumquartum, comprehendi.

Ad Decimumquintum. Non posse nisi de consensu co-

fu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad Duodecimum.

Ad Decimum sextum comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad Decimumseptimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam servata forma ultimi decreti hac de re editi.

Ad Decimumoctavum, esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos ubi commode ali possint.

Ad Decimumnonum, censuit comprehendere.

Ad Ultimum, habere locum etiam extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

X V I.

De usu Baldachini, & Ministrorum pro Abbatibus Cassinensis Congregat.

Urbanus VIII. Anno 1619. 11. Julii.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Pinellus Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congr. Cassinens. alias Sanctæ Justinæ de Padua Procurator Generalis, quod alias a Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus Præpositis emanavit Decretum tenoris subsequentis, videlicet. Cum alias de Anno 1606. sub die 28. Januarii Sacra Rituum Congregatio, instante Archiepiscopo Firmano, interdixerit Priori S. Catharinæ Ordinis Canonicorum Regularium in eorum Ecclesia usum aliquarum Cæremoniarum, & de Anno 1617. sub die 18. Martii illud Decretum ad instantiam bon. mem. Cardinalis Caraffæ Archiepiscopi Neapolitani extenderit ad omnes Priores, & Abbates cujuscumque Ordinis etiam Cassinensis, ab hoc decreto reclamavit Procurator generalis Cassinen. & ad Sac. Congregationem recursum habuit, afferens, suam Congregationem indefensam fuisse, & re mature, ac diligenter discussa, referente bon. mem. Cardinale Lancellotto, Sacra Congregatio de Anno 1618. sub die 12. Martii, censuit, quo ad usum Baldachini, & quorumdam Ministrorum in aliis decretis prohibitorum, recedendum esse a prædictis Decretis de Annis 1606. & 1617. emanatis, & licere iisdem Abbatibus, quando solemniter celebrant, uti Baldachino, & apparatu juxta eorum antiquissimam consuetudinem, ita tamen, ut modeste cum debita convenientia, sine pompa, & auro, atque in tribus ad summum festivitatibus quolibet anno utantur, prout in dictis Decretis latius continetur; Nunc demum Archiepiscopus Florentinus ad Sac. Congregationem accedens institit prohiberi Abbati S. Mariæ ejusdem Civitatis Florentinæ Ordinis Cassinensis usum Baldachini, & dictorum Ministrorum, & aliarum multarum Cæremoniarum in dedecus, & præjudicium suæ Archiepiscopalis dignitatis vergentium & citato interveniente Patre Domino Dominico Pinello ejusdem Congregationis Cassinensium Procuratore Generali, & partibus sæpe ac sæpius auditis, ac negotio diligenter discusso, referente Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Cardinale [illegible]lo, eadem Sacra Rituum Congregatio inhærendo dicto ultimo Decreto facto de Anno 1618. censuit, & declaravit licere Abbatibus Cassinen. quando solemniter celebrant quod in tribus ad summum festivitatibus facere eis permittitur, uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, & aliquibus etiam Ministris paratis sacris indumentis. Quia vero numerus horum Ministrorum in aliquibus eorum Monasteriis erat valde excessivus, vetuit, ac prohibuit, ne iidem Abbates solemniter, ut supra, celebrantes, alios possint habere Ministros sacris indumentis paratos quam duos Diaconos, & Presbyterum assistentes, Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Evangelio, & Epistola, ac sex ad summum alios, duos cum Pluvialibus, duos cum Planetis, & duos cum Tunicellis coloris tempori convenientis: quoad reliqua vero in dictis Decretis, de Annis 1606. & 1617. emanatis contenta, Sacra Congregatio eadem Decreta confirmavit, & quatenus opus sit, innovavit, inhibens omnibus Abbatibus Cassinensibus, ac serio præcipiens, ut in reliquis omnibus ea ad unguem & inviolabiliter observent, eorumque dispositioni addidit, ut supradicti Abbates nullo modo debeant, nec possint habere, nec tenere sedem suam Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, ut sedes Episcopalis retineri consuevit, minusque liceat supradictis sex Monachis paratis, ut supra, sedere in sedibus Choralibus, ut Canonicorum sæcularium mos est, sed Sedes pro Abbate solemniter celebrante retineatur in Ecclesia, iis tantummodo tribus diebus, quibus ipse Abbas solemniter celebrat, dictique sex Monachi parati sedere debeant loco congruo juxta Ecclesiatum convenientem situm super scabellis ad hunc effectum tunc appositis, panno laneo coopertis, die 29. Jan. 1628.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Dominicus prædictus plurimum cupiat præinsertum Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & inviolabiliter observetur, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri; Nos ejus votis hujusmodi annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Decretum hujusmodi Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, & quo suis alios defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censeri possent, supplemus.

Decretumque hujusmodi, nec non præsentes litteras cum omnibus in eis contentis semper, & perpetuo valida forma, & efficaci existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac eidem Congregationi, illiusque Abbatibus, ac Monachis, & personis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, neque illos a quoquam quavis auctoritate super præmissis quovis modo, impediri, molestari, inquietari, vel perturbari unquam posse, nec debere.

X V I I.

De lectione librorum prohibitorum.

Urbanus VIII. Anno 1631. 2. Aprilis.

MOtu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim vel falsi dogmatis suspicionem, seu per constitutiones Apostolicas, etiam ratione Astrologiæ judiciariæ,

riæ, vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis laicis, & Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus cujuscumque Ordinis, Societatis, & Instituti existentibus, ac quacumque dignitate, etiam Ecclesiastica fulgentibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per litteras Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocumque, & ex quacumque causa, tam in forma Brevis, quam aliter quomodocumque a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu a quibuscumque aliis a Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen a Nobismetipsis per litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, seu Chirographum manu nostra signatum, concessas, earum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione, revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique suffragari.

Quinimo libros per licentias hujusmodi permissos legentes, aut habentes, pœnas sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

XVIII.

De electione Sanctorum in Patronos. Anno 1630. 23. Martii.

SAcra Rituum Congregatio, Annuente Sanctissimo D. N. In electione Patronorum mandavit infrascripta in posterum servari debere, declarans, quod aliter facta electio nulla sit ipso jure.

Primo, quod eligi possunt in Patronos ii solum, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat.

Secundo, Quod de Patrono Civitatis electio fieri deberet per secreta suffragia a Populo mediante Consilio Generali illius Civitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solum, & quod accedere debeat consensus Episcopi, & Cleri illius loci.

Idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia a Populo singularum Civitatum Provinciæ.

Et quod Repræsentantibus Regnum, Civitatem, Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum.

Et Tertio, Quod causæ electionis novorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem Congregatione approbari, & confirmari.

Et ne præmissorum ignorantia ullo unquam tempore possit allegari, eadem Sacra Rituum Congregatio supradictum Decretum imprimi, & publicari mandavit.

Jo: Bapt. Card. Detus.

Loco ✠ sigilli.

T. Tegrimius Secr.

XIX.

Formula conficiendi Inventarii Bonorum Ecclesiasticorum.

SCribatur ab unoquoque Ecclesiastico per manum Notarii, si fieri potest, & ab eodem Notario subscribatur, alioquin scribat ipsemet Ecclesiasticus, & subscribat, coram Sindico, seu Massario aut alio Officiali loci, in quo sunt bona; vel saltem coram duobus loci senioribus peritis, qui & ipsi subscribant, si Notarius desit. Quod si scribere nesciant, alii eorum nomine tanquam rogati subscribant, & ad Cancellarium Episcopalem accedant pro recognoscendis eorumdem caracteribus.

Cancellario detur ob hanc causam conveniens stipendium, taxatum ab Episcopo.

Inventaria omnia prædicto modo exarata dentur Archivistæ Episcopali, a quo, qui dederint, de accepta scriptura testimonium in scriptis recipiant.

Duo exemplaria fiant uniuscujusque Inventarii, quorum alterum in Archivio Episcopali, alterum penes Rectorem beneficii tuto custodiatur.

Fiat autem Inventarium bonorum cujusque beneficii, licet Ecclesiæ fortasse sint unitæ, ut appareat distincte, quæ bona sint unius, & quæ alterius.

Charta uniformis adhibeatur ab omnibus, ut in librum redigi possint Inventaria juxta varios titulos, seu partes Diœcesis, & item numerus foliorum abundet; tum, ut Cancellarii subscriptione muniri possint; tum ut addi possint alia, quæ in dies addi contigerit. Margines quoque late pateant per singulas paginas, ut in fine subduci possit ratio numeri rerum, vel pretiorum, uti fit in libris Mercatorum.

Ordo scribendi hoc erit.

In nomine Domini, Amen.

HOc est Inventarium omnium bonorum mobilium, stabilium, & se moventium, fructuum, redituum, rationum, & actionum quarumcumque Ecclesiæ Parochialis S. N. Civitatis N. seu oppidi N. Diœcesis N. vel Ecclesiæ S. N. si non est Parochialis Civitatis, seu oppidi N. factum die . . . . . mensis . . . . Anni . . . . per D. N. Rectorem dictæ Ecclesiæ, & me Notarium publicum infrascriptum in domo dictæ Ecclesiæ, coram, & juxta relationem, & assertionem præfati D. N. Rectoris, & etiam N. & N. Seniorum hominum peritorum, & qui bene norunt statum dictæ Ecclesiæ, medio juramento per me Notarium infrascriptum eisdem dato, ut dicant, & affirment pro veritate, &c. qui dicunt nihil aliud ad dictam Ecclesiam spectare, nisi quæ sequuntur, videlicet.

Quod si a Rectore fiat inventarium sine Notario, dicas.

HOc est Inventarium &c. per me N. N. modernum Rectorem dictæ Ecclesiæ coram N. & N. Sindicis, seu officialibus dicti loci, peritis, & de statu dictæ Ecclesiæ plenam habentibus notitiam, qui, & asserunt bona omnia, & actiones, & jura hæc esse, videlicet.

Facto hoc proœmio describatur primo Ecclesia cum suo titulo, situ, finibus, & partibus: hoc modo,

PRædicta Ecclesia S. N. est in Civitate N. vel oppido N. penes viam a latere dextro, vel sinistro, apud bona N. ab alio latere &c.

In ea sunt Altaria, seu tot capellæ.

Exprimantur tituli altarium, seu nomina Sanctorum, cum dotibus eorum, nimirum.

PRimum, Altare majus nullum habet titulum, nisi quod est Ecclesiæ totius. Habet annexam obligationem tot Missarum quotidianarum, seu tot

per

per omnem hebdomadam, seu quolibet mense &c. prout constat ex Instrumento rogato per N. publicum Notar. die ..... mensis ..... Anni .....

Scribantur omnia mobilia, & immobilia bona cujusque Altaris, seu Capellarum, eo ordine quo Altaria extant in Ecclesia. Tum vero omnia mobilia sacra, & non sacra, quæ habentur in Ecclesia, & Sacristia, adnotata qualitate rei, pondere, numero, & pretio. Verbi gratia

CAsula alba ex Damasceno serico cum filamentis aureis &c.

Duæ casulæ rubei coloris ex camelotto, &c.

Calix argenteus, seu cum cuppa argentea, & pede ex aurichalco inaurato, ponderis librarum .... & unciarum .... &c.

Mappa longa cubitorum tot... aliæ mappæ minores tot ulnarum.

Si pondus haberi non possit, puta campanarum, scribatur pondus librarum circiter, vel describatur altitudo, crassities, cum litteris in gyro positis, & notis impressis in campana.

Ordo ille servetur, qui congruentior videbitur, scilicet a nobilioribus, aureis, argenteis, sacris, &c.

Facta descriptione Ecclesiæ, describatur domus Rectoris, quæ sit Ecclesiæ, cum mobilibus propriis ad usum Rectoris, ex titulo Rectoris: idest

DOmus pro habitatione Rectoris conjuncta est cum Ecclesia, fines illius sunt, ab uno latere Ecclesia, ab alio domus N. seu via, &c. Cellæ sunt num. .... partem habitat Rector, aliam partem locat laicis pro pretio scutorum .... annuo.

In descriptione stabilium bonorum scribantur primum domus, & apothecæ cum pretio locationum annuo, & eorum finibus.

Deinde prædia cum propriis vocabulis, finibus, & mensuris, hoc modo,

PRædium habet in loco nuncupato N. quod cohæret viæ publicæ ab uno latere, ab alio &c. tot modiorum, seu perticarum, &c. pro more regionis. Annuus ejusdem fructus solet esse scutorum .....

In Margine scribantur quantitas, seu numerus mensuræ 3. quast. 2.

DAtum est in tertiam generationem, ad annos 29. seu donec N. vixerit, & quotannis Rector habet tritici modios .... seu vinum, seu nummos.... ut constat ex Instrumento rogato per N. Notarium die ... mensis ... Anni.

Bona data in emphyteusim, pro quibus solvitur canon pro recognitione directi domini, scribantur eo modo, quo sunt descripta apud emphyteutas, vel hoc modo:

N. N. possidet in tertiam generationem in annos 29. seu donec vixerit, seu domum, seu prædium situm in.... & definitum variis finibus, nempe ... pro quo solvit annuum canonem dictæ Ecclesiæ in recognitionem directi dominii solidorum, seu librarum, seu scutorum ....

De censibus hoc modo.

PRædicta Ecclesia habet censum perpetuum scutorum .... super prædium, seu domum in tali loco, ut ex Instrumento rogato per N. Notarium, die... mensis .... Anni ...

De animalibus in societatem datis, hoc modo.

PRædicta Ecclesia, seu Rector jus habet societatis cum N. pro pecoribus, porcis, seu aliis animalibus. *Et exprimatur numerus*. Et quolibet anno reditus esse potest tot nummorum.

De Decimis colligendis, vel notentur ii omnes qui solvere solent; vel saltem earum quantitas exprimatur: hoc modo,

PRædicta Ecclesia in decimis annuum habet reditum modiorum tot tritici, seu pecuniatum usque ad summam circiter ....

Et adnotetur, si usurpentur ab aliis decimæ; item si primitiæ sint, non decimæ. Addatur: Quæ decimæ, seu primitiæ solvuntur pro consuetudine loci hoc pacto, videlicet; & ordine scribatur modus solvendi.

Denique fiat summa omnium fructuum Rectoribus his verbis:

PRædictæ Ecclesiæ, seu Rectoris annuus proventus ascendere potest ad summam scutorum .... ex prædiis, domibus, censibus, & Decimis, &c.

Vicarii perpetui eadem præstent singillatim, quæ supra, circa portionem prædiorum, ut redituum eisdem assignatorum, adnotantes Instrumenta, seu litteras Apostolicas super hac expeditas, mentione facta diei, mensis, & Anni.

Eadem quoque exequantur Capellani amovibiles, & exprimant salarium, mercedemve annuam, tritici, vini, olei, pecuniarum, &c. indicato Instrumento, & Notario, & a quibus ea sibi dari debeant, quando, & qua ratione.

Si vero annuus reditus non sufficiat, & ideo suppleatur aliunde contribuentibus incolis loci, dicatur hoc modo:

PRædicta Ecclesia pro alimentis Rectoris habet jus colligendi, quæ illi sunt necessaria, contribuentibus loci incolis hac ratione, &c. prout apparet ex Instrumento rogato per N. Notarium, die &c. Vel (si nullum adest instrumentum) ex legitima consuetudine loci.

Notentur etiam legata pia cum suis oneribus districte: videlicet,

PRædicta Ecclesia jure legati exigit quotannis a N. hærede N. tot aureos nummos vigore testamenti N. & tenetur Rector celebrare tot Missas, seu anniversarium die ....

Si Ecclesia gravetur pensione, eadem adnotetur, indicata quantitate, & facultate Apostolica, quando, & cui solvatur.

Si quæ bona usurpata fuerint: dicatur,

PRædicta Ecclesia prætendit habere jus ad quoddam prædium, usurpatum ab N. in loco ..... cujus fines sunt, &c. sicut asserunt N. & N. ejusdem loci, quibus videtur adhibenda fides.

Si alienata sint absque dispensatione Apostolica, dicatur: item

PRædicta Ecclesia læsa videtur in concessione prædii, seu permutatione, seu alio contractu, sine facultate Apostolica.

Si

Si pendeant lites, dicatur, quæ de re, quo cum, quæ causæ pro Ecclesia sint, & qui sit Judex, & Notarius.

Forma subscriptionum, de quibus supra.

EGo N. Rector supradictæ Ecclesiæ S. N. confeci prædictum Inventarium omnium rerum, & bonorum suprascriptorum, quæ nunc temporis possideo, & pro fide, & veritate suprascripti manu mea propria, die ... mensis ... Anni ... & ita juro &c.

Pro Syndicis & Officialibus locorum.

EGo N. Syndicus, seu officialis loci N. præsens fui, dum factum fuit Inventarium rerum, & bonorum prædictorum, quorum ego notitiam habui: & (si sciant possideri a Rectore omnia) scio, ea possideri nunc a Rectore; & in horum fidem subscripsi manu mea propria, & ita juro, &c.

Pro iis, qui aliorum vice subscribunt.

EGo N. de mandato N. qui dixit, se affuisse prædicto Inventario, dum fieret, rerum, & bonorum prædictorum, quorum ipse asseruit, & juravit, se habere plenam notitiam, cum ipse idem scribere nesciat, ejus nomine subscripsi manu mea propria, die ... mensis ... Anni .... & ita juro &c.

X X.

Extensio declarationis ab Alexandro VII. circa Altaria privilegiata perpetua editæ, ad Altaria ejusmodi privilegio temporaneo, nec omnibus hebdomadæ diebus decorata.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

,, CUm fel. rec. Alex. Papa Septimus Prædecessor ,, noster dubia in diversis Mundi partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium ,, S. R. E. Cardinalium Sac. Rit. præpositorum die ,, 5. Aug. 1622. emanati, & ab ipso Alex. Prædecessore approbati de non celebrandis Missis Defunctorum in festis ritu dup. exorta dirimere cupiens, aliud ejusd. Cong. Decretum in una Novarien. die 22. Novembris 1664. editum approbavit, quo declaratum fuerat, Anniversaria, & Missas Defunctorum cantu, ex dispositione Testatorum quotannis, recurrente ipsorum obitus die, celebrandas, tametsi dies obitus hujusmodi in festum ritu dup. majori inciderit, noncomprehendi in primo dicto Decreto, ac ulterius, quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritu dup. celebrandæ essent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas Animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & alias, prout in ejusdem Alex. Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 22. Januarii 1667. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Cumque (sicut ad aures nostras pervenit) etiam dubitetur, utrum dictar. literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantur, locum habeat. Hinc est, quod nos dubitationes hujusmodi ex injunctæ nobis cælitus pastoralis sollicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, de Venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinal. Sac. Rit. præpositorum, qui rem mature perpenderunt, consilio, declarationem a memorato Alex. Prædecessore, sicut præmittitur, editam ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad Septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliqua, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus nunc, & in futurum quandocumque privilegiata auctoritate Apostolica, tenore præsentium extendimus. Et proinde, ut Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, ita ut animæ Christi fidelium, pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequantur in omnibus, & per omnia, perinde ac, si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, ac tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit. Non obstante quatenus opus sit nostra & Cancellariæ Apost. regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

,, Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Septembris 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

X X I.

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini a Sanctissimo D. N. Clemente Papa IX. approbata.

Super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.

,, DIe 21. Maji 1669. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, habita notitia quod nonnulli Regulares, absque licentia, Crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum per breve tempus, etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas intra clausuram existentes, alloqui, & hanc opinionem tam- ,, quam

„ quam tutam affirment, disseminent, & forsan etiam scriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conscientias, scandala confoventes, ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, rejiciens ac damnans, declaravit, Regulares cujuscumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinarii jurisdictione quomodolibet exempta, & etiam ipsis Regularibus subjecta, vel alias speciali mentione digna, absque legitima facultate, accedunt, colloquendo, etiam per quodcumque modicum temporis spatium, cum Monialibus, aut aliis intra Clausuram degentibus, peccare mortaliter, eosque sub Excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium, statutis pœnis, posse ab Ordinario, tamquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri.

„ Et die 7. Junii ejusdem anni, facta relatione Sanctissimo D. N. Sanctitas Sua præsentem declarationem approbavit, ac typis dari, servarique jussit.

A. Card. Celsus Præfectus.

S. Brancaccius Archiep. Adrionopolit. Sec.

XXII.

Instructio pro examine testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis.

Feria 5. Die 21. Augusti 1670.

In Congregatione generali S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Clemente Divina Providentia Papa X. ac Eminentissimis, & Reverendiss. D. D. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

„ CUm alias per Sacram Congregationem Sancti Officii iteratis Instructionibus ab eadem emanatis de anno 1665. locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut præscriptis interrogatoriis faciendis testibus, qui ad probandum statum liberum contrahentium Matrimonium inducuntur, omnis prorsus secluderetur aditus iis qui adhuc vivente altero conjuge, aut alias impediti, ad secunda vota illicita transire satagebant. Videns nihilominus Sanctiss. D. N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & Deputatos ad excipiendas Testium depositiones, nec non Parochos, & Notarios in casibus expressis, aut omittere, aut non observare eorumdem Instructionum tenorem; Et licet aliquando plene observent, non tamen interrogare testes super aliis impedimentis dirimentibus.

„ Ideo volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re mature considerata cum Eminentissimis, & Reverendiss. Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, præsenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterum injungit omnibus Vicariis, seu Deputatis pro examinandis Testibus ad probandum statum liberum contrahentium Matrimonium; nec non Parochis, Notariis, & quibuscumque aliis respective, sub pœnis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sacræ Congregationis, ut Instructionem infrascriptam ad unguem observent,

„ Ut autem præsens decretum, & Instructio ad omnium notitiam facilius deveniat, decrevit, illa ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio Sancti Officii ejusdem Urbis per aliquem ex Cursoribus Sanctitatis suæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt, post duos menses a die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perinde afficere, ac arctare, ac si illorum unicuique personaliter notificata, & intimata fuissent.

INSTRUCTIO

Pro examine illorum testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in curia Eminentissimi, & Reverendissimi D. Card. Urbis Vicarii, quam in aliis Curiis cæterorum Ordinariorum.

„ IN primis testis moneatur de gravitate juramenti in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul, & humana Majestas læditur, ob rei, de qua tractatur, importantiam, & gravitatem, & quod imminet pœna Triremium, & fustigationis deponenti falsum.

„ 2. Interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

„ 3. An sit Civis, vel Exterus, & quatenus sit exterus, quanto tempore est in loco, in quo testis ipse deponit.

„ 4. An ad examen accesserit sponte, vel requisitus: si dixerit accessisse sponte a nemine requisitum, dimittator, quia præsumitur mendax: si vero dixerit accessisse requisitum, interrogetur a quo, vel a quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoties fuerit requisitus, & an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

„ 5. Interrogetur an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum a contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

„ 6. Interrogetur an cognoscat ipsos contrahere volentes, & a quanto tempore; in quo loco, qua occasione, & cujus qualitatis, vel conditionis existant.

„ Si responderit negative, Testis dimittatur: si vero affirmative

„ 7. Interrogetur, an contrahere volentes sint cives, vel exteri, si responderit esse exteros; superfedeatur in licentia contrahendi, donec per litteras Ordinarii ipsorum contrahere volentium, doceatur de eorum libero statu, & eo tempore quo permanserunt in sua Civitate, vel Diœcesi. Ad probandum vero eorumdem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet, usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur testes idonei, qui legitime, & concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, & reddant sufficientem rationem causæ eorum scientiæ, absque eo quod teneantur deferre attestationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

„ Si vero responderit contrahere volentes esse Cives,

„ 8. Interrogetur sub qua Parochia hactenus contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præsenti.

„ Item an ipse testis sciat, aliquem ex prædictis contrahere volentibus quandoque habuisse uxorem, vel Maritum, aut professum fuisse in aliqua Religione approbata; vel suscepisse aliquem

„ ex

,, ex Ordinibus Sacris, Subdiaconsium scilicet, Diaconatum, vel Presbyteratum; vel habere aliud ,, impedimentum, ex quo non possit contrahi Matrimonium.

,, Si testis responderit non habuisse uxorem, vel ,, maritum, neque aliud impedimentum, ut supra.

,, 9 Interrogetur de causa scientiæ, & an sit ,, possibile, quod aliquis ex illis habuerit uxorem, ,, vel Maritum, aut aliud impedimentum, &c. & ,, quod ipse testis nesciat.

,, Si responderit affirmative, supersedeatur, nisi ,, ex aliis testibus probetur concludenter non habuisse uxorem, vel maritum, neque ullum aliud impedimentum, &c.

,, Si vero responderit negative,

,, 10 Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt ,, mortui, & quomodo ipse testis sciat fuisse conjuges, & nunc esse mortuos. Et si respondeat mortuos fuisse in aliquo Hospitali, vel vidisse sepeliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse a militibus, non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto testimonio authentico ,, a Rectore Hospitalis, in quo prædicti recesserunt, ,, vel a Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt ,, eorum cadavera, vel si fieri potest a Duce illius Cohortis, in qua descriptus erat miles. Si ,, tamen hujusmodi testimonia haberi non possint, ,, Sacra Congregatio non intendit excludere alias ,, probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodo sint legitimæ, & sufficientes.

,, 11. Interrogetur, an post mortem dicti Conjugis ,, defuncti aliquis ex prædictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota.

,, Si responderit negative.

,, 12. Interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex ,, illis transierit ad secunda vota, absque eo, quod ,, ipse testis sciat.

,, Si responderit affirmative, supersedeatur in licentia donec producantur testes, per quos negativa coarctetur concludenter.

,, Si vero negative,

,, 13. Interrogetur de causa scientiæ, qua perpensa, Judex poterit judicare, an sit concedenda licentia, vel nec ne.

,, Si contrahentes sint vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum esse liberos, & in aliis servata forma Concilii Tridentini in capit. *Multi* ,, sess. 24.

,, Fides, aliaque documenta, quæ producuntur ,, de partibus, non admittantur, nisi sint munita ,, sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarii, & recognita saltem per Testes, qui habeant notam manum, & sigillum, & attente consideretur quod fides, seu testimonia bene, & concludenter identificent personas, de quibus agitur.

,, Pro testibus in hac materia recipiantur magis ,, consanguinei, quam extranei; quia præsumuntur ,, melius informati: & Cives magis, quam Exteri: ,, nec admittantur homines vagi, & milites, nisi ,, data causa, & maturo consilio, & Notarius exacte describat personam testis, quem si cognoscit, ,, utatur clausula, *mihi bene cognitus*: sin minus, ,, examen non recipiat, nisi una cum persona testis ,, aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ ,, attestetur de nomine, & cognomine ipsius testis, ,, nec non de idoneitate ejusdem ad testimonium ,, ferendum. Et hujusmodi examinibus debet interesse in Urbe ultra Notarium, Officialis specialiter ,, deputand. ab Eminentissimo Vicario: & extra Urbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda: alias puniatur Notarius arbitrio Sacræ ,, Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri ,, publicationes.

,, Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro ,, Matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant ,, publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato ,, Ordinario, a quo, vel ejus Generali Vicario prius ,, teneantur fidem authenticam reportare, quod pro ,, tali matrimonio fuerunt examinati testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium, &c.

,, Contravenientes autem severe puniantur.

Franciscus Riccardus S. R. & Universalis Inquisitionis Not.

Anno a Nativ. D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo, Indict. octava, die vero 30. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissim. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ X. anno primo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatii S. Officii ejusdem Urbis, per me Petrum Paulum Desiderium, ejusdem Sanctiss. Inquisitionis Cursorem.

X X I I I.

Dubia aliquot circa exterorum Matrimonia cum responsionibus Sacræ Congregationis.

,, ORdines ultimo loco ab Urbe emanati circa ,, Matrimonia cum exteris contrahenda inter ,, alia disponunt, quod Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesi existentibus, ut pro Matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, a quo, vel ejus ,, Generali Vicario, prius teneantur fidem authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerint ,, examinati testes in eorum Tribunali, qui probent ,, statum liberum contrahere volentium.

,, Quæritur, an illi ex Diœcesibus circumvicinis, ,, & ipsi teneantur tales probationes facere, an vero ,, sufficiat fides denunciationum in eorum Diœcesibus ,, facta cum legalitate Ordinarii, & probatio eorum ,, status post discessum ab ipsa Diœcesi.

,, *Hujusmodi habentur pro exteris, & consequenter* ,, *tenentur probationes facere.*

,, Item an contrahere volentes in confinibus eorum Diœcesis habitantes, & ob vicinitatem ab eorum Rectoribus cogniti teneantur easdem facere ,, probationes, an vero sufficiant publicationes ab ,, ipsis Rectoribus faciendæ.

,, *Etiam isti tenentur facere probationes.*

,, An easdem teneantur facere probationes ii, qui ,, ante ætatem nubilem a propria Diœcesi discedentes ,, ad aliam se contulerunt, & in ea postmodum ,, semper habitaverunt.

,, *Non tenentur, quia non fuerunt extra Diœcesim* ,, *tempore habili ad contrahendum.*

,, An in Civitate, in qua milites Hispani, Teutonici, Alemanni, & aliarum longinquarum Regionum residere solent, idem cum ipsis sit servandum, vel sufficiat probationes in ipsa Civitate ,, recipere de eorum statu a Testibus ipsarum Regionum de negotio edoctis.

,, *Tenentur facere probationes juxta formam instructionis, quia isti facilius committunt polygamiam.*

,, An facta per Parochum monitione Ordinario ,, contrahere volentis, fides status ejusdem sit ab

eodem

„ eodem Parochò, vel a contrahere volente reportanda. „ *Teneatur fidem reportare, & Parocho consignare is, qui vult Matrimonium contrahere, sed est in libertate Parochi hujusmodi onus in se assumere.*

X X I V.

D E C R E T U M

S. Congregationis Concilii Circa Subcollectores, latum die

27. Februarii 1677.

„ Die 27. Februarii 1677. Sacra Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad occurrendum controversiis, ac querimoniis circa Subcollectores spoliorum aliosque Commissarios Cameræ Apostolicæ, præsertim Regni Neapolitani, ad eamdem Sacram Congregationem delatis salubriter intenta, authoritate etiam sibi a f. m. *Clemente* IX. & f. m. *Clemente* X. & Sanctissimo D. N. *Innocentio* XI. tributa, prævia matura consultatione statuit, ac decrevit, ut in posterum in singulis infrascriptis Diœcesibus, videlicet Aquinaten., Acerrarum, Aliphana, Avellin., Asculana in Piceno, Asculana in Apulia, Atrien., Bisaciarum, Bituten., Bituntina, Brundusiana, Bellicastren., Boven., Carinolen., Calven., Cajacen., Casertan., Campanien., Capritan., Conversan., Cotronen., Castren., Castellanen., Civitatis Ducalis, Camplen. Cariateo., Fundana, Frigentin., Guardien., Gravinen., Gallipolitan., Iscian., Insulan., Juvenacen., Literen., Lavellen., Laquedonien., Motulen., Massalubren., Marturanen, Minervinen., Monopolitan., Melphiten., Minonen., Marsicen., Montis Marani, Montis Pelusii, Melphien., Murana, Nuscana, Nicoteren., Nucerina, Ostunen., Oritan., Ortonen., Pennen., Puteolan., Polignanen., Ravellen., Ruben., Rossanen., Rapollen., Reatina, Surrentina, Suessana, S. Agathæ, Satrianen., Stabien. seu castri Maris Sarnen., S. Severi, S. Angeli Lombardorum, Trojan., Theanen., Thelesina, Treviciana, Tranen., Ugentin., Umbriaticen., Vican., Vulturarien., Vestan., Venusina, Valven., Vigilien. Venafrana.

„ Et in singulis pariter infrascriptis Locis exemptis, seu nullius Diœcesis; videlicet, Canusii, Cerignolæ, Casalis novi, Cetrani, Centolæ, Castri S. Laurentii, Castellan., Carbonarien., Brosii, Fasan. Montis Virginis, Montis Casini, Marubii, Putignani, Rutiliani, S. Stephani de Nemore, Sanctissimæ Trinitatis Caven., S. Angeli ad Fasanellan., S. Vincentii de Vulturno, Terlitii, & aliis, in quibus fortasse hactenus Subcollectores deputari solitum fuit, unus Subcollector.

„ In sequentibus vero, scilicet, Aprutina, Aversana, Arianen., Amalphitan., Alexanen., Aquilana, Baren. Bojanen. Bovinen., Bisinianen., Caven. Capuana, Compsan., Cathacen., Hieracen., Hidruntina, Isernien. Larinen., Licien., Marsorum, Nolan. Neritonen. Neocastren., Oppiden., Policastren., Potentin., Rhegineo., Sorana, Sypontina, Sulmonen., Squillacen., S. Severinæ, S. Marci, Theatina, Termularum, Triventin., Tarentin., Tricaricen., & Tropien., duo tantum.

„ In sequentibus, nimirum: Acherutin., & Matheranen., unicus; in Anglonen., Beneventan., Consentin., Caputaquen., Cassanen., Mileten., & Salernitan. non plures quam tres; & in Neapolitana, decem Subcollectores, & non ultra, respective deputetur, & exerceant.

„ Ad evitandam autem confusionem remisit arbitrio Nuncii dividere, & assignare cuilibet Subcollectori partem Diœcesis, seu Loca, intra quorum limites debeant in exercitio se continere.

„ Et ne semel in Subcollectores deputati necessitatem induant multiplicandi alios Subcollectores renunciando Officium, licet possint in eo continuare, & idonei sint, declaravit, nullum Subcollectorem post renunciatum Officium gaudere exemptione ab Ordinario, nisi laudabiliter exercuerit, saltem per duodecim annos.

„ Eos vero qui in Officio, aut alias ita deliquisse comperti fuerint, ut a Nuntio amoveantur, & alii eorum loco deputentur, nullatenus exemptione hujusmodi gaudere; Et e contra illos qui probe, ac fideliter se gesserint, velintque in Officio continuare confirmandos esse a Nuntio, nec alios eorum loco deputari posse.

„ Præterea, attenta Subcollectorum hujusmodi multitudine, & causa a f. m. *Urbano* VIII. in sua Constitutione 35. considerata, concedendi illis exemptionem, censuit expedire, ut Sanctissimus declaret, ita esse intelligendam dictam Constitutionem, ut Subcollectores, terminato Officio, non gaudeant amplius exemptione, defuncto, vel alias deficiente Ordinario, in cujus tempore exercuerunt. Sicuti etiam declaravit illos, qui licet in Subcollectores deputati fuerint, nunquam exercuerunt, minime gaudere; Nec pariter illos, qui non resident in Diœcesi, pro qua sunt deputati, & Ordinarium certiorare debere Sac. Congregationem de dicta non residentia, ejusque provisionem expectare.

„ Generaliter vero Subcollectoribus exemptionem ab Ordinario in Civilibus non suffragari, nisi adesset in Diœcesi Judex a Nuntio deputatus, qui habeat tantummodo facultatem in causis passivis, & nullo privilegio, aut exemptione gaudeat.

„ Quod vero attinet ad Substitutos, & Officiales Subcollectorum, declaravit, dd. Substitutos, non gaudere exemptione, illam tantum concedendam esse uni tantum Notario pro quolibet Subcollectore in actu exercitii, & quoad Commissarios super illicitis negotiationibus, aut ad alias causas particulares deputatos, non gaudere exemptione, nisi in actu exercitii, & tam Commissarios hujusmodi, quam Subcollectores, quando procedunt contra Denuntiatos, vel alios Inquisitos de illicitis negotiationibus, si ex Processu informativo constet de eorum innocentia, non posse illos cogere ad expensas ejusdem Processus, & decreti absolutorii.

„ Et, quod majoris momenti est, ne pretextu hujusmodi Officii cura animarum, servitium Ecclesiæ, ac divini cultus, morumque honestas detrimentum patiantur, declaravit Parochos in Subcollectores aut Commissarios ad quascumque Causas particulares non esse deputandos, sicuti nec Pœnitentiarium, nec Theologum. Quod si post deputationem de aliqua Parochiali, aut Pœnitentiali, vel Theologali præbendis fuerint fortasse provisi, tunc minime gaudere exemptione in concernentibus curam animarum & respective adimplementum onerum ipsarum Præbendarum; & eadem ratione non gaudere Canonicos & alios Beneficiatos Subcollectores in concernentibus servitium Ecclesiæ, & adimplementum onerum ipsorum Canonicatuum, & Beneficiorum, nec lucrari distributiones quotidianas, si non inserviant, insuper teneri ratione Beneficiorum, quæ obtinent ad publicas processiones accedere, solvere Cathedraticum, & subsidium charitativum, & interesse Synodo, ac visitationi, non tamen pluries quam semel in anno. Posse vero solummodo cogi ab Ordinario ad exequendum visitationem in iis, quæ respiciunt cultum divinum, ipsumque Ordinarium posse procedere contra Subcollectores, accedentes sine ejus licentia ad Monasteria Monialium, aut non servantes præceptum Communionis Paschalis, & con-

„ ita percutientes Presbyterum, vel Clericum posse „ procedere ad declaratoriam excommunicationis ex „ cap. *Si quis suadente*; & si quando reperiret aliquem Subcollectorem in publico concubinatu vivere, certiorare debere eamdem Sacram Congregationem, ac ipsum Nuntium, cujus partes erunt severe eos punire, ac privare Officio. Posse tamen eumdem Ordinarium carceribus mancipare, ad Superiorum dispositionem retinendos, Subcollectores deprehensos in fragranti crimine, quod meretur pœnam coporalem, non tamen minorem relatione, dummodo statim de carceratione Nuntium certioret.

„ Item administratores locorum piorum in Subcollectores deputatos subesse ordinario, quoad redditionem rationum administrationis: Nec posse Subcollectores a casibus Episcopo reservatis absolvi absque illius licentia, & nullum Inquisitum posse a Nuntio in Subcollectorem deputari, nisi de ejus absolutione constiterit.

„ Ut autem sciant Ordinarii, quos in Subcollectores, aut Commissarios debeant recognoscere, declaravit, Subcollectores teneri ostendere Ordinario suas commissiones antequam illas exequantur; Commissarios vero particulares teneri, vel per literas patentes, vel privatas sui Superioris, aut alio modo certiorare Ordinarium de demandata jurisdictione.

„ Demum quatenus supradictæ declarationes, vel aliquæ illarum futuris temporibus non observentur, Sacra Congregatio voluit, incumbere locorum Ordinariis, ut pro eorum zelo, ac pastorali solicitudine quæcumque secus audiverint huic Sanctæ Sedi fideliter referant pro opportuna provisione obtinenda.

„ Et die 16. ejusdem facta de præmissis omnibus relatione eidem Sanctissimo D. N. *Innocentio* XI. Sanctitas sua declaravit, præcitatam Constitutionem fel. record. *Urbani* VIII. esse intelligendam juxta prædictam Sacræ Congregationis sententiam, & præsens decretum, omniaque & singula in eo contenta approbavit, & confirmavit, & inconcusse ac inviolabiliter observari, & exequi mandavit, salva tamen semper ejusdem Sac. Congregationis auctoritate, omniaque, & singula prætata declarandi, moderandi, & ampliandi, & in totum, vel in parte annullandi & interpretandi.

„ Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præsenti Decreto, restricto ad Collectores & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani, per Nuntium Apostolicum deputatos, sive deputandos derogatum, sive præjudicatum minime censeatur reservationibus & affectionibus Beneficiorum eorumdem Collectorum & Subcollectorum, resultantibus ex regulis Cancellariæ Apostolicæ.

„ Ita reperitur in Regesto S. C. C. & in finem &c.

Prosper Archiep. Teodosiæ Secr.

Sequuntur aliquæ suprarelati Decreti declarationes, seu additiones emanatæ a Congregatione particulari, deputata in Concilio Romano a SS. D. Nostro, sub die 23. Maji 1725.

„ *Primo*: quod in hac parte, scilicet in §. *Et quod majoris momenti*, in quo Decretum ejusdem Congregationis Concilii loquitur de Subcollectoribus, qui obtinuerunt postmodum Parochias, vel Præbendam Theologalem, seu Pœnitentialem, amplietur Decretum ipsum & eidem addatur, prout nova hac declaratione additur, quod tunc Subcollectorum officia illico cessent, & Thesaurarius, vel Nuntius Apostolicus alium deputare teneatur.

„ *Secundo*: non posse Thesaurarium Generalem & Nuncios in quacumque Diœcesi etiam extra Statum Ecclesiasticum, literas Patentales Subcollectoribus in futurum concedere, nisi eis attestatio exhibeatur Curiæ Episcopalis, in qua de ipsorum bona vita & moribus, ac eosdem nec inquisitos, nec processatos esse, testimonium feratur; quam testationem & Thesaurarius, & Nuntius in actis conservare teneantur; alias Patentales literæ, quocumque alio modo concessæ, & expeditæ, nullæ sint, & invalidæ, ita ut contra istas procedere possit Episcopus Ordinarius.

F. A. Archiepisc. Episcop. Abellinen. & Frequentin. Concilii Secret.

XXV.

INNOCENTII XI.

Admonitio ad verbi Dei Concionatores per litteras Sacræ Congregationis Concilii ad Episcopos directas.

„ A Pluribus Christiani Orbis Provinciis graves, frequentesque Romam, atque ad ipsam Sanctam Sedem adventant, seu delationes, seu querelæ adversus præsentem prædicationis usum, tanquam a primævo Apostolorum instituto prorsus aberrantem. Ac quidem cum verbum Dei, quod, Apostolo teste, omnino esse debet sanum, ac salutare, multiplici lue per plures ex ipsis Evangelii præconibus reddatur infectum; merito Sanctissimus Dominus noster decrevit, contagionem universo gregi tam exitiosam, longeque patentem, omni Apostolicæ authoritatis conatu prorsus extinguere.

„ Nam quæ pestis esse, aut excogitari violentior ea potest, quæ cibos ipsos ad vitæ præsidium institutos, ipsasque medicinas pro morbis depellendis inventas, in mortis instrumenta, & præsentissima venena convertere? Verbum profecto Dei panis est ille vitæ, & intellectus, quo cibari, & aqua simul salutaris, qua potari fidelium animas, ab ipsis Religionis Christianæ incunabulis, Redemptor noster edocuit. At vero si sal, quod pro Dei verbo a Sanctis accipitur, per futiles conciones evanuerit, in quo putrescentia mortalium vitia condientur? Quin imo si sal idem, quod Prædicatores aperte significat, per eloquentiam plane stultam infatuatum fuerit, revera non ultra valebit, nisi ut conculcetur, & utinam jam non conculcaretur ab hominibus. Quæ enim ministerio tam sacra majestas, qui decor, quæ sanctitas, quæ utilitas inest, quando plurimi, ut Paulus clamat, verbum Dei adulterantes, aut jocis tamquam histriones, aut conversi ad fabulas uti Poetæ, auditores sibi prurientes auribus coacervant, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamistrato, ac meretricio plane stylo, prædicationem fœde corrumpunt?

„ Mandat ergo Sanctitas sua zelo vere Apostolico accensa, ut omnes Primates, Archiepiscopi, Episcopi, ceterarumque Ecclesiarum Præsides, quorum præcipuum munus est verbum Dei administrare, gregemque pascere, tantis corruptelis occurrant, easque Concionatoribus opportune ob oculos ponant, & fugiant a facie tot pestium potius quam colubrorum. Et præsertim universi intelligant, quod per Jeremiam Deus illis indixit: *Propheta, qui habet sermonem meum, loquetur sermonem meum vere: quid palea ad triticum? numquid verba mea non sunt ignis, dicit Dominus, &*

„ quasi

„ *quasi malleus conterens petram?* videlicet oportere, „ conciones non paleis refertas esse ad vanitatem , „ sed igne veritatis succensas.

„ Porro sciant, non levem esse culpam , sed grande piaculum , gravissimaque pœna mulctandum , „ ubi per scurrilitatem verbum Dei velut in scenam „ adducant, atque auditoribus deridendum traduxerint . Præterea neque per quæstiones curiosas , ac „ paradoxa tam vana, ita supra captum populorum „ assurgant , ut vere querantur : *Parvuli petierunt* „ *panem , & non erat qui frangeret eis* . Similiter „ neque per illecebras inanium verborum , res non „ minus vanas obtrudant, & per ostentationem memoriæ , atque pronunciationis præcipitantiam , „ quasi præstigiis , auditorum animas, auresque ludificent .

„ Quamobrem Antistites per se , si tempus vacaverit, tum in Cathedralibus , tum in aliis Ecclesiis serio animadvertant , & in Diœcesi Vicariis „ foraneis , aliisque ministris , probisque viris , a „ quibus ea super re relationes exigant, vigilantiam „ demandent . Ac si Concionatores normam hujusmodi transgressos repererint , eos a prædicationis „ munere ad tempus bene visum suspendunt, aliave „ ratione, pro modo culpæ, plectere curent, subrogando interim alios , qui salutari modo populo „ ostendant vitia , quæ eos declinare , & virtutes , „ quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere , & cælestem gloriam consequi valeant . Eminentia igitur vestra in Diœcesi suæ Curæ credita, „ Sanctissimi Domini Nostri jussibus, & proprio muneri satisfacere non gravabitur; & Eminentiæ vestræ manus humiliter deosculor .

Romæ 6. Julii 1680.

Eminentiæ Vestræ
Humillimus, & addictissimus servus
F. Cardinalis Columna .

X X V I.

Circolare della Sacra Congregazione de Vescovi , e Regolari di non tollerarsi Ecclesiastici in Offizj servili , ed abietti specialmente di donne .

„ FRa le più assidue sollecitudini , che occupano „ la mente zelantissima di Nostro Signore per „ lo bene spirituale della Chiesa , una si è di conservare , e ravvivare nel suo vero decoro la santità , e dignità del Sacerdozio , poichè dipendendo dagli Offizj di quest' Ordine l' istruzione, la correzione , e la santificazione de' Fedeli , conviene „ ancora, che l'esemplarità della vita, e la gravità „ de' costumi sia in esso così distinta , e superiore „ ad ogn' altro , che corrisponda alla sublimità del „ grado , ed al fine della sua istituzione . Quindi è „ che coll' oracolo della sua viva voce ha sua Beatitudine ordinato , che si scriva a tutti i Pastori „ di Diocesi la presente Lettera Circolare, affine di „ eccitare una più esatta vigilanza in proccurare l' „ adempimento, ed osservanza dell'Ordinazione de' „ Sagri Concilj Ecumenici , e specialmente di quello di Trento in ordine all'onestà della vita del „ Clero , e singolarmente in non permettere , ed „ onninamente impedire , che li Sacerdoti non s' „ impieghino in Offizj servili del secolo , e de' Laici , e specialmente di donne , improprj a' Ministri „ dell' Altare , ed al Carattere Sagrosanto , il quale „ quando venga conferito secondo le disposizioni del „ Concilio di Trento, e con l'attual servigio d'una „ Chiesa , cesserà l' occasione di simili scandali , e „ si toglierà all'oziosità , e povertà di un numero „ straordinario, e disapplicato ogni scusa, e compatimento per tollerarsi contro i sagri divieti , in „ impieghi abietti , e indecenti . Saprà V. E. col „ fervente suo zelo confermarsi coll' esecuzione a „ quello di Sua Beatitudine , e le bacio per fine „ umilmente le mani .

Roma 16. Marzo 1697.

Devotiss. ed Affezionatiss. Servidore
G. Cardinale Carpegna
Marcello Arciv. d' Atene .

X X V I I.

Encyclicæ Sacræ Congregationis super annuis spiritualibus Exercitiis quolibet Triennio evulgandæ .

„ INter gravissimas Pastoralis Officii curas , quibus „ Sanctissimus Dominus Noster assidue premitur, „ in eam præcipuo studio incumbit , ut quicumque „ in sortem Domini vocati sunt , præsertim vero „ Sacerdotes , & Animarum Rectores, tum Sacrarum „ litterarum , Divinarumque rerum scientia , tum „ etiam vitæ , morumque honestate , ceteris antecellant, ac in omnibus, juxta monitum Apostoli , „ præbeant semetipsos exemplum bonorum operum „ in doctrina , in integritate , in gravitate . Cum „ etenim ipsi sint sanctiora Ecclesiæ membra , dispensatores Mysteriorum Dei , & Christiani Populi „ Duces , & Magistri, Mediatores inter Deum , & „ homines, Lucernæ super Candelabrum positæ , ut „ luceant omnibus, qui in Domo sunt; Nihil est , „ quod alios magis ad pietatem , divinumque cultum accendat, quam illorum vita, & exemplum ; „ Omnes siquidem in ipsos, tamquam in speculum , „ oculos conjiciunt , ut inde sumere possint quod „ imitentur. Porro, cum diuturna experientia compertum sit, ad retinendam , conservandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem , & sanctimoniam , „ maxime conducere, ut Ecclesiastici viri spiritualibus Exercitiis aliquando vacent , quibus quidquid „ sordium de mundano pulvere contractum est , „ commode detergitur , Ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad Divinarum rerum contemplationem extollitur , recte , sancteque vivendi „ norma , vel instituitur, vel confirmatur ; Proinde „ Sanctitas Sua , pro eximio, quo flagrat , omnium „ salutis zelo , vehementer exoptans , ut pium hoc, „ & saluberrimum Exercitiorum spiritualium opus „ ubique locorum magnopere frequentetur , ac vigeat , universos Patriarchas , Archiepiscopos, Episcopos , ceterosque tum Italiæ , tum etiam Insularum adjacentium Ordinarios enixe admonet , „ ac in Domino hortatur , ut illud, in sua quisque „ Diœcesi , quo majori poterunt conatu , & studio „ promovere satagant ; Præcipue vero iis districte „ injungit , ac præcipit , ut quæ dudum san. mem. „ Innocentius XI. P. M. per Encyclicam Epistolam „ a S. Congregatione Episcoporum, & Reg. Consultationibus præposita ad universos Italiæ , Insularumque adjacentium Episcopos , datam die 9. Octobris 1682. quoad hujusmodi spiritualia Exercitia „ a singulis Clericis decem dierum spatio, antequam „ ad sacros Ordines assumantur , peragenda mandavit, exacte, & inviolabiliter observari , & exequi curent, & quos iisdem Exercitiis per antedicti temporis spatium minime operam dedisse cognoverint, a Sacra Ordinatione repellant penitus, „ & arceant . Præterea Sanctitas Sua eosdem Ordinarios admonet, & hortatur, ut, fructu , qui sane uberrimus ex prædictis spiritualibus Exercitiis „ percipitur , opportune proposito , ac explicato , „ universos , ex Clero sibi subjecto , sed præcipue „ Animarum Rectores, Confessarios , Canonicos, aliosque Beneficiatos Chori servitio adstrictos, diligenter excitet ad eadem Exercitia saltem semel in

O 2 „ anno

„ anno peragenda in Domibus Religiosorum Societatis Jesu, seu Presbyterorum Congregationis Missionis, si adsint, sin minus in alia Pia, seu Regulari Domo ab ipsis Ordinariis ad id designanda, „ & approbanda. Ut autem alacrius ad ejusmodi „ spiritualem secessum singuli conveniant, Sanctitas „ Sua omnibus præfatis Animarum Rectoribus, Confessariis, Canonicis, Beneficiatis, aliisque Sacerdotibus, & Clericis, qui per decem dies singulis „ annis eadem Exercitia peregerint, in Domibus „ præfatis, ibique diu, noctuque permanserint, ac „ interea temporis, pœnitentes, & confessi, sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, „ quoties id egerint, plenariam omnium suorum „ peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino elargitur. Parochos insuper „ per idem tempus, semel tantum in anno, Exercitiis hujusmodi vacantes, a residentia benigne absolvit. Quod ipsum servari præcipit quoad Canonicos Beneficiatos, aliosque personali residentia „ obstrictos, & chori servitio mancipatos, quos nihilominus lucrari decernit integros fructus, & „ quotidianas suorum respective Canonicatuum, & „ Beneficiorum distributiones quascumque, perinde „ ac si Choro, Divinisque Officiis personaliter interessent, dummodo tamen eadem Exercitia peragant, obtenta prius ab Ordinario licentia, a quo „ nullatenus concedenda erit Adventus, & Quadragesimæ tempore, ac in solemnioribus Festivitatibus, nec unquam omnibus simul Canonicis, aliisque Choro inservientibus, sed eo adhibito modo, „ ut Chori servitium nequaquam intermittatur, & „ quoad Parochos, idoneis prius subrogatis Oeconomis ab ipsomet Ordinario approbandis, qui animarum curam laudabiliter administrent. Mandat „ insuper Sanctitas Sua, ut hæ litteræ publicentur „ in ista Diœcesi, & in Cancellariæ Regestis pro „ perenni eorum, quæ in illis continentur, observantia, describantur, & ad hunc ipsum finem, „ *quolibet triennio*, earum publicatio imposterum renovetur.

„ Quæ omnia, ita diligenter ab Ampl. Tua vigili „ providentia, ac pastorali sollicitudine præstanda „ fore, confidit Sanctissimus Pater, ut a Sanctitate „ Sua laudem a Cælesti vero bonorum operum Retributore condigna præmia valeat promereri; Et „ Ampl. Tuæ copiosa Divinorum Charismatum incrementa ex animo precamur.

Ampl. Tuæ

Datum Romæ die 1. Febr. 1710.

Uti. Fr. Studiosus

B. Card. Panciaticus Præf.

V. Petra S. C.C. Secr.

XXVIII.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ Injunctæ nobis divinitus Apostolicæ servitutis „ ratio postulat, ut cælestium munerum thesauros dispensationi nostræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in tertiis Beatissimæ, atque Augustissimæ Cæli Reginæ Virginis „ Deiparæ Mariæ, Patronæ, & Advocatæ nostræ „ venerationem, excitandamque, & confovendam „ erga illam Fidelium devotionem, ac ad animarum „ salutem speramus in Domino profuturum. Itaque „ de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum „ Petri, & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui mane, aut meridie, seu vespere ad „ pulsum Campanæ *Angelus Domini nunciavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto: Ecce Ancilla „ Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum: Et „ Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis, „ cum tribus Ave Maria*, flexis genibus devote recitaverint, & pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, „ Plenariam in uno die cujuslibet mensis dumtaxat „ per unumquemque Christi fidelem ad sui libitum „ eligendo, lucrifaciendam, omnium peccatorum „ suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In reliquis vero anni diebus iisdem Christi fidelibus vere contritis „ quoties id egerint centum dies de injunctis eis, „ seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus; Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in „ Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem „ prorsus fides ubique habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub „ Annulo Piscatoris die 14. Sept. 1724. Pontificatus „ Nostri Anno primo.

F. Cardinalis Oliverius.

XXIX.

DECRETUM
JUSSU SS. D. N. BENEDICTI XIV.
EDITUM.

Circa celebrationem Missæ in Oratoriis privatis.

Die septima Januarii MDCCXLI.

„ Cum duo Nobiles Conjuges Diœcesis Marsicen. „ obtinuissent a Sede Apostolica Indultum pro „ celebratione Missæ in privato suæ Domus Oratorio sic conceptum: *Dilecte Fili, & dilecta in „ Christo Filia, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Spirituali consolationi vestræ, quantum cum „ Domino possumus, benigne consulere, Vosque spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & „ Vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a jure, „ vel ab homine quavis occasione, vel caussa latis, „ si quibus, quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat, consequendarum; serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter „ porrectis inclinati, Vobis, qui (ut asseritis) locorum Gallicchii, & Messanelli Marsicen. seu alterius „ Diœcesis Jurisdictionem temporalem in illis, seu eorum altero exercen. Baro, & Baronissa respective „ existitis, ut in privatis Domorum vestræ habitationis in Civitate, & Diœcesi Marsicen. existen. Oratoriis ad hoc decenter muro extructis, & ornatis, seu „ extruendis, & ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis per Ordinarium Loci prius visitandis, „ & approbandis, ac de ipsius Ordinarii licentia ejus „ arbitrio duratura, unam Missam pro unoquoque „ die, dummodo in eisdem Domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, „ per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum Sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque Jurium Parochialium præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi aliisque solemnioribus anni festis diebus „ exceptis, in Vestra, ac Natorum, Consanguineorum, „ & affinium in eadem Domo vobiscum in simul habitan.*

Fa-

„ *Familieque ; & quoad Oratoria Ruri existentia , etiam in Hospitum Nobilium , Vestrorumque præsentia celebrari facere libere , & licite possitis , & valeatis , ac Vestrum quilibet possit , & valeat , Authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus , & indulgemus : Non obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ceterisque contrariis quibuscumque . Volumus autem , quod Familiares servitii vestri tempore dictæ Missæ actu non necessarii , ibidem Missa hujusmodi interessentes , ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minime liberi censeantur .*

„ *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Febr. 1739.*

XXX.

Innovantur Pœnæ adversus confessarios , qui Pœnitentes ad turpia solicitant , cum præcepto hujusmodi denunciandi , & reservatione absolutionis , quoad calumniatores . Adimitur præterea Sacerdotibus facultas Sacramentum Pœnitentiæ administrandi complicibus in peccato contra castitatem , cum pœnis &c.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ SAcramentum Pœnitentiæ , quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam Sancti Patres apte nuncuparunt , Nos licet immerentes ad universi Dominici Gregis curam superna dispositione vocati omne studium , & Pastoralem sollicitudinem adhibere tenemur , ne , quod post amissam Baptismi innocentiam datum est Divina benignitate perfugium , per Dæmonum fraudem , & hominum Dei beneficiis perverse utentium malitiam naufragis , ac miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium ; Et quod in salutem , & curationem animarum a Deo , qui dives est in misericordia , institutum est , execrabili scelestorum quorumdam Sacerdotum improbitate in earum perniciem , atque interitum vertatur .

„ Dudum quidem a fel. recor. Gregorio Papa XV. Prædecessore Nostro per suas literas in forma Brevium sub dat. Romæ apud S. Mariam Majorem die XXX. Augusti MDCXXII. Pontificatus sui anno secundo , sapienter provisum fuit contra quoscumque Sacerdotes audiendis Confessionibus deputatos ad turpia , & inhonesta solicitantes ; Et deinceps successivis temporibus ad earum literarum interpretationem , ac declarationem plura subinde a Congregatione Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum sub die XI. mensis Februarii anno Domini MDCLXI. prodierunt decreta , & a fel. rec. Alexandro Papa VII. Prædecessore Nostro in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis die XXIV. Septembris MDCLXV. coram eo habita , inter alias ab Evangelica veritate , & Sanctorum Patrum doctrina alienas , & dissonas propositiones , sexta videlicet , & septima , huc revocandæ , damnatæ , & prohibitæ fuerunt ; Nos itaque mature perpendentes , quanti momenti sit ad æternam animarum salutem ea ubique exacte observari , & quanti ad infirmas oves curandas , & decorem Sanctæ Ecclesiæ Dei retinendum intersit , ne aliqui Sacerdotes Pœnitentiæ Sacramento nefarie abutentes Pœnitentibus pro curatione vulnus , pro pane lapidem , pro pisce serpentem , pro medicina venenum porrigant , sed animo secum recolentes , se a Christo Domino Præsides , & Judices animarum constitutos , ea sanctitate , quæ sublimitati , ac dignitati muneris convenit , tam venerandum Sacramentum administrent , motu proprio , & ex certa scientia , ac matura deliberatione Nostra præfatas literas hujusmodi , ac omnia , & singula Decreta prædicta ad illarum interpretationem , & declarationem emanata Apostolica Auctoritate tenore præsentium approbamus , & confirmamus , illisque omnibus , & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus ; Atque etiam , quatenus opus sit denuo committimus , & mandamus omnibus hæreticæ pravitatis Inquisitoribus , & locorum Ordinariis omnium Regnorum , Provinciarum , Civitatum , Dominiorum , & locorum universi Orbis Christiani in suis respective Diœcesibus , ut diligenter , omnique humano respectu postposito inquirant , & procedant contra omnes , & singulos Sacerdotes tam Sæculares , quam Regulares quomodolibet exemptos , ac Sedi Apostolicæ immediate subjectos , quorumcumque Ordinum , Institutorum , Societatum , & Congregationum , & cujuscumque Dignitatis , & Præeminentiæ , aut quovis Privilegio , & Indulto munitos , qui aliquem Pœnitentem , quæcumque persona illa sit , vel in actu Sacramentalis Confessionis , vel ante , vel immediate post Confessionem , vel occasione , aut prætextu Confessionis , vel etiam extra occasionem Confessionis in Confessionali , sive in alio loco ad Confessiones audiendas destinato , aut electo cum simulatione audiendi ibidem Confessionem ad inhonesta , & turpia solicitare , vel provocare , sive verbis , sive signis , sive nutibus , sive tactu , sive per scripturam , aut tunc , aut post legendam tentaverint , aut cum eis illicitos , & inhonestos sermones , vel tractatus temerario ausu habuerint ; Et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint , in eos pro criminum qualitate , & circumstantiis severe animadvertant per condignas pœnas juxta memoratam Gregorii Prædecessoris Nostri Constitutionem , quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus : Dantes etiam , si opus sit , & rursus concedentes facultatem , ne delictum tam enorme , & Ecclesiæ Dei injuriosum remaneat ob probationum defectum impunitum , jam alias in præfata Constitutione tributam procedendi cum Testibus etiam singularibus , dummodo præsumptiones , indicia , & alia adminicula concurrant .

„ Meminerint præterea omnes , & singuli Sacerdotes ad Confessiones audiendas constituti teneri se , ac obligati suos Pœnitentes , quos noverint fuisse ab aliis , ut supra , solicitatos sedulo monere juxta occurrentium casuum circumstantias de obligatione denuntiandi Inquisitoribus , sive Locorum Ordinariis prædictis Personam , quæ solicitationem commiserit , etiamsi Sacerdos sit , qui jurisdictione ad absolutionem valide impertiendam careat , aut solicitatio inter Confessarium , & Pœnitentem mutua fuerit , sive solicitationi Pœnitens consenserit , sive consensum minime præstiterit , vel longum tempus post ipsam solicitationem jam effluxerit , aut solicitatio a Confessario , non pro se ipso , sed pro alia Persona peracta fuerit . Caveant insuper diligenter Confessarii , ne Pœnitentibus , quos noverint jam ab alio solicitatos , Sacramentalem absolutionem impertiant , nisi prius denunciationem prædictam ad effectum perducentes delinquentem indicaverint competenti Judici , vel saltem se , cum primum poterunt , delaturos spondeant , ac promittant .

„ Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei judicio posthabito, & Ecclesiæ auctoritate contempta, innoxios Sacerdotes apud Ecclesiasticos Judices falso sollicitationis insimulant. Ut igitur tam nefaria audacia, & tam detestabile facinus metu magnitudinis pœnæ coerceatur, quæcumque Persona, quæ execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per seipsum innocentes Confessarios impie calumniando, vel scelesté procurando, ut id ab aliis fiat, a quocumque Sacerdote quovis privilegio, auctoritate, & dignitate munito, præterquam a Nobis, nostrisque Successoribus, ut in fine vitæ, & excepto mortis articulo spe absolutionis obtinendæ, quam Nobis, & Successoribus prædictis reservamus, perpetuo careat.

„ Demum magnopere cupientes a Sacerdotalis Judicii, & Sacri Tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, & Sacramentorum contemptum, & Ecclesiæ injuriam longe summovere, & tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare, & quantum in Domino possumus, animarum periculis occurrere, quas sacrilegi quidam Dæmonis potius, quam Dei Ministri, loco eas per Sacramentum Creatori suo, ac nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquorum in Theologia Magistrorum Consilio desuper adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium Episcoporum supplicationibus, hac nostra in perpetuum valitura sanctione, quemadmodum a pluribus Episcopis per Synodales suas constitutiones jam factum esse novimus, omnibus, & singulis Sacerdotibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque Ordinis, ac Dignitatis, tametsi alioquin ad Confessiones excipiendas approbatis, & quovis Privilegio, & Indulto, etiam speciali expressione, & specialissima nota, & mentione digno suffultis, Auctoritate Apostolica, & nostra Potestatis plenitudine interdicimus, & prohibemus, ne aliquis eorum extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, Confessionem Sacramentalem personæ complicis in peccato turpi, atque inhonesto contra sextum Decalogi Præceptum commisso excipere audeat, sublata propterea illi ipso jure quacumque auctoritate, & jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam, adeo quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla, atque irrita omnino sit, tamquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, ac facultate ad valide absolvendum necessaria privatus existit, quam ei per præsentes has nostras adimere intendimus; Et nihilominus si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis pœnam, a qua absolvendi potestatem Nobis solis, nostrisque Successoribus dumtaxat reservamus, ipso facto incurrat: Declarantes etiam, & decernentes, quod nec etiam in vim cujuscumque Jubilæi, aut etiam Bullæ, quæ appellantur Cruciatæ Sanctæ, aut alterius cujuslibet Indulti Confessionem dicti complicis hujusmodi quisquam valeat excipere, eique Sacramentalem absolutionem elargiri; cum ad hunc effectum, & in hoc casu nullus Confessarius, utpote qui in hujusmodi peccati, & Pœnitentis genere jurisdictione, ut præfertur, careat, & absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendus sit pro Confessario legitimo, & approbato. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim, quæ nuncupantur Cruciatæ Sanctæ, vel Jubilæi Universalis, & Plenarii, nec non quibusvis Ecclesiarum, & Monasteriorum, & Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis; Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

„ Volumus demum, ac præcipimus, ut omnes Locorum Ordinarii, tam præsentes, quam futuri pro tempore existentes in approbatione Confessariorum tam prædictam Constitutionem Gregorii Prædecessoris, quam præsentem hanc Nostram ab omnibus Sacerdotibus approbandis attente legi, & accurate observari curent, moneantque eos in Domino, atque hortentur, ut Sacrum Ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritate, judicii integritate peragant, exhibeantque semetipsos, ut Ministros Christi, & Dispensatores Mysteriorum Dei: Memores præterea sint, se locum tenere, ac vices obire Summi, atque æterni Sacerdotis, qui Sanctus, innocens, impollutus, per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi: Sedulo igitur studeant, diligenterque caveant, ne quærentibus, & pulsantibus eorum culpa Cœlum claudatur, ne deperditæ Oves ad Ovile Dominicum redire properantes eorum manibus ferarum dentibus dilaniandæ tradantur, ne Prodigi Filii egentes, & saucii, ad cœlestem Patrem revertentes nefaria eorum improbitate gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in via sunt, confodiantur.

„ Ut autem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent. Utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in judicio quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum

„ ejus

„ ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud „ Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo „ primo Cal. Junii, Pontificatus nostri anno primo.

Visa de Curia N. Antonellus

X. Subf. Datarius.

Pro D. Card. Passioneo

Cajetanus Amatus

J. B. Eugenius

Loco ✠ Plumbi

Registrata in Secretaria Brevium

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Indictione quarta, die vero decima septima Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Benedicti Divina Providentia Papæ XIV. anno primo supra dicta Constitutio affixa & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis & Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ generalis in Monte Citatorio, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Petrum Righum Apost. Cursorem

Sebastianus Amadori Mag. Curs.

XXXI.

Mercimonia super Eleemosynis Missarum vetantur, sub pœna censurarum, quarum absolutio Summo Pontifici reservatur. Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universis gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres,

Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ QUanta cura adhibenda sit, ut Sacrosanctum „ Missæ Sacrificium non solum omni Religionis „ cultu, ac veneratione celebretur; verum etiam ut „ a tanti Sacrificii dignitate cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, importunæ, atque illiberales eleemosynarum exactiones potius, quam „ postulationes, aliaque hujusmodi, quæ a simoniaca „ labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, „ e medio tollantur, nemo est ex Catholicæ Fidei „ cultoribus, qui ignoret. Verum eo usque tandem „ progressa est, sicut non sine ingenti cordis nostri „ mœrore undique accepimus, nonnullorum sive Ecclesiasticorum, sive Laicorum Virorum avaritia, „ quæ est Idolorum servitus, ut eleemosynas quidem, seu stipendia propter Missarum celebrationem juxta locorum consuetudines, vel Diœcesanarum Synodorum Sanctiones in subsidium alimentorum uniuscujusque Sacerdotis dumtaxat pro „ regionum opportunitatibus præscripta colligant, „ Missas vero celebrari curent alibi, ubi eleemosynæ, seu stipendia, vel consuetudine, vel Synodali lege pro singulis Missis attributa sunt „ minoris pretii, quam illic, ubi accipiuntur, „ darentur. Id quam absonum sit, atque alienum ab ipsa sive expressa, sive tacita pie offerentium voluntate, omnes plane intelligunt; nec „ aliter existimandum est; in illa enim potius Missas esse celebrandas quisque vult, ad quam religionis, & pietatis stimulis ductus eleemosynas „ confert, aut in qua quispiam fortasse tumulatus „ est, quam in alia Ecclesia sibi prorsus ignota.

„ Quod sane veluti Mercaturis faciendis a turpis „ lucri cupiditate inductum non solum ab avaritiæ „ suspicione, & vitio, verum etiam a furti crimine, „ unde restitutioni subjacet, haud immune, in causa „ est, ut bonorum quamplurimi, ad quorum notitiam mercatura hujusmodi venit, graviter offensi, „ ab eleemosynis ad celebrandas Missas amplius offerendis sese abstineant. Execrabilem hujusmodi „ abusum alicubi sensim irrepentem detestantes Romani Pontifices Prædecessores nostri de consilio „ tum Congregationis S. R. E. Cardinalium Universalis Inquisitionis contra hæreticam pravitatem, „ tum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Decretum voluerunt, nimirum a „ quolibet Sacerdote stipendio, seu eleemosyna majoris pretii pro celebratione Missæ a quocumque „ accepta non posse alteri Sacerdoti Missam hujusmodi celebraturo stipendium, seu eleemosynam „ minoris pretii erogari, etsi eidem Sacerdoti Missam celebranti, & consentienti se majoris pretii „ stipendium, seu eleemosynam accepisse indicasset. „ Ea propter vos, Venerabiles Fratres in Apostolici „ ministerii, & solicitudinis nostræ partem adscitos „ rogamus, & maximopere in Domino hortamur, „ ut custodientes vigilias super gregibus vestris, enitamini, ne ea pœnis amplius pervagetur, sed ut penitus extinguatur: Ab Avaritia enim, tamquam a „ radice, mala omnia germinant; quam quidam appetentes erraverunt a Fide, & inseruerunt se doloribus multis. Avaritia quidem nulla potior contagio, quæ conceptam apud omnes Sacerdotalis dignitatis, perfectionisque opinionem magis inficiat, evellatque. „ Avaritia opibus Deum posthabere, ac servire „ Mammonæ docens efficit, ut Avari hæreditatem „ non habeant in Regno Christi, & Dei. Quod si „ hæc in Laicis hominibus minime toleranda, atque adeo legibus coercenda, quid in Ecclesiasticis viris, qui terrenis rebus nuncium miserunt, „ qui in sortem Domini vocati, qui Deo mancipati sunt! Quid, quod non per mundana lucra, „ sed per Altaris ministerium tam fordide, & cum „ sanctissimarum legum contemptu, & cum Sacerdotalis characteris dedecore in avaritiam præcipiti „ animo rapiuntur? Contendite, igitur, Venerabiles Fratres, quibus Christi ovium cura demandata est, non solum ut verbo, & exemplo præeuntes, Christi sitis bonus odor in omni loco, „ unde populi vestigia vestra sequantur; verum etiam ut Ecclesiasticos primum, deinde Laicos viros ab infectis vitiorum pascuis avertentes, per „ viam mandatorum Dei ad cœleste Ovile currere „ doceatis. Quoniam autem ita comparatum est, ut „ præsenti pœnæ metu salutaribus monitis facilius „ obtemperetur; Per Edictum in vestris Diœcesibus „ proponendum, affigendumque, universis notum facite, quemcumque, qui eleemosynas, seu stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis, quemadmodum locorum consuetudines, vel Synodalia „ Statuta exigunt, colligens, Missas, retenta sibi „ parte earumdem eleemosynarum, seu stipendiorum acceptorum, sive ibidem, sibi alibi, ubi pro „ Missis celebrandis minora stipendia, seu eleemosynæ tribuuntur, celebrari fecerit, Laicum quidem „ seu sæcularem, præter alias arbitrio vestro irrogandas pœnas, excommunicationis pœnam, Clericum vero, sive quemcumque Sacerdotem pœnam „ suspensionis ipso facto incurrere; a quibus nullus „ per alium, quam per Nos ipsos, seu Romanum „ Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis „ articulo constitutus, absolvi possit. Fore autem „ in Domino confidimus, ut unusquisque memor „ conditionis suæ, post hac bene consultum velit „ animæ suæ, nec tam salutares leges, censuras-

„ que Ecclesiasticas parvipendat. Interea Fraternitatibus vestris Apostolicam Benedictionem in Populos etiam curæ vestræ commissos redundaturam peramanter impertimur. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Matiam Majorem sub Annulo Piscatoris die trigesima mensis Junii millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus nostri anno primo.

XXXII.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universam gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ NOn ambigimus, venerabiles Fratres, quin universis Catholicæ Religionis cultoribus notum sit, a tota per Christianum Orbem Ecclesia inter præcipua orthodoxæ disciplinæ capita perpetuo annumeratum retineri Quadragesimale jejunium, quod olim in lege, & Prophetis primitus adumbratum, ipsius Domini Nostri Jesu Christi exemplo veluti consecratum, ab Apostolis traditum, a Sacris Canonibus usque præscriptum, & ab universali Ecclesia ab ipso suo primordio retentum & observatum est. Hoc nimirum, ut veteres tradidere Patres, nobis quotidie peccantibus communis pœnitentiæ constituto remedio, per consortium Crucis Christi, nos etiam aliquid in eo, quod ipse propter nos præstitit, agimus: simulque ad recolenda Sacratiora redemptionis nostræ mysteria quæ per Dominicæ Passionis, ac Resurrectionis memoriam, quadragesimali potissimum tempore solemnius celebrantur, purificatis jejunio corporibus, & animis dignius paramur. Hoc veluti nostræ militiæ tessera ab inimicis Crucis Christi secernimur, flagella divinæ ultionis avertimus, & cælesti præsidio in dies adversum Principes tenebrarum munimur. Hoc despectui habito non contemnendum divinæ gloriæ detrimentum, non leve Catholicæ Religioni dedecus, nec dubium animabus Christi fidelium periculum oboritur: nec aliunde populis calamitatem, rebusque publicis, & privatis cladem, exitiumque importatum esse constat. Ab hac vero insita inhærentique in omnium Catholicorum hominum animis de sacratissima Quadragesima, aliisque diebus jejunio consecratis persuasione, & reverentia, quam aliena, quam discors, quam absona sit hodierna jejunantium consuetudo, quantum ab ipsa jejuniorum institutione, & servara semper, ubique & ab omnibus disciplina quam longissime distet; vos venerabiles Fratres, qui populorum curæ vestræ commissorum mores, & usus probe nostis, pro singulari sapientia vestra præ ceteris clarius intelligitis. Nos sane, quibus in hac sublimi Apostolicæ procurationis specula constitutis undique gentium nuntii afferuntur, lacrymis deplorare non possumus augustissimam Quadragesimalis jejunii observantiam, ob nimiam nullis legitimis urgentibus causis ubique indiscriminatim dispensandi facilitatem plane sublatam esse, itaut Orthodoxæ quidem Religionis cultores merito querantur; hæresum vero sectatores illudant, & exultent. Perniciosæ huic corruptelæ plurimorum insuper licentiam adjunctam esse dolemus; quæ usque adeo invaluit, ut nulla Apostolici Instituti, sacratissimique præcepti habita ratione, jejuniorum tempore palam, & impune ab iisdem agitentur convivia, & epulæ interdictæ promiscue inferantur. Et propter quemadmodum quibus curis, sollicitudinibus, & angoribus urgeamur, cum Fraternitatibus vestris communicamus; ita facere non possumus, quin pro injuncto nobis supremo sacrosancti Apostolatus officio, & ardentissimum Fraternitatum vestrarum zelum ad opportunum hisce malis adhibendum remedium excitemus, & ad congruentes hujusmodi abusibus penitus extirpandis leges præscribendas meditemur. Interea, venerabiles fratres, gaudium, & corona nostra nobiscum considerantes nihil Deo acceptius, nihil pastorali ministerio nostro dignius, nihil gregibus curæ nostræ commissis utilius, quam ut verbo, & exemplo præeuntes, Christi fideles ad tam salutarem Christianæ pœnitentiæ, & pietatis exercitationem alacrius suscipiendam constantissime retinendam, & ea, quæ instituta fuit, disciplina peragendam vehementius inflammemus; omni opera, atque industria studeamus, ut fideles populi in conspectu Dei per austeriorem jejuniorum observantiam tales permaneant, quales in ipso Paschali festo dignum est inveniri. Debitum igitur paternæ unius cujusque vestrum sedulitatis, & caritatis officium jure postulat, ut omnibus notum faciatis, & annuntietis, nemini quidem sine legitima causa, & de utriusque Medici consilio; multitudini vero, veluti populo, aut civitati, aut genti indiscriminatim integræ, non nisi gravissima, & urgente necessitate, & in casibus per Sacra Canonum statuta præscriptis cum debita Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis reverentia a Quadragesimali jejunio dispensationem toties quoties opus fuerit concedendam, nec audacter, fidenterque usurpandam, nec superbe, & arroganter ab Ecclesia, sicut alicubi in more positum esse accepimus, esse postulandam. Gravissimam vero, urgentemque necessitatem & si non est, cur vobis explicemus, nolumus tamen vos ignorare, cum hujusmodi necessitate & servandam esse potissimum unicam comestionem, sicut alias hic Romæ, ac Nos ipsi hoc anno urgentibus causis dispensantes expresse præscripsimus, & licitas atque interdictas epulas promiscue minime apponendas esse. Porro quemadmodum de hujusmodi Indulgentia tam caute impertienda, si secus fieret, Nos persuasum habemus, districtam supremo Divino Judici redditum iri rationem, ita conscientiam uniuscujusque vestrum onerandam esse ducimus. Insimul Fraternitates rogamus, & in Domino exhortantes obsecramus, ut populos, qui communem omnium Christifidelium pœnitentiam, ac disciplinam servare nequeant, commonere satagatis, ne per alia pietatis opera, ut cuique devotio suggeret, peccata sua expiare, & Deo satisfacere negligant: quinimo sanandis vulneribus, quibus humana infirmitas sauciatur, diligentem adhibere studeant curationem,

„ ut

„ ut culpas de mundano pulvere contractas dum ca„ sta jejunia decoquere non possunt, pia opera, ora„ tionum suffragia, & Eleemosynæ munera redi„ mant. Interim solatium, & levamen non leve „ mærori nostro a pastorali vigilantia, & caritate „ vestra præstolantes, ac certo nobis pollicentes Apo„ stolicam benedictionem cum uberi cælestium cha„ rismatum copia conjunctam in eosdem populos ve„ stros redundaturam, vobis, Venerabiles Fratres, „ peramanter impertimur. Volumus autem, ut præ„ sentium transumptis sive exemplis etiam impres„ sis, manus alicujus Notarii publici subscriptis, „ & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica consti„ tutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibea„ tur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ vel o„ stensæ.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem „ sub Annulo Piscatoris die 30. Mensis Maji 1741. „ Pontificatus Nostri Anno primo.

D. Cardinalis Passioneus.

XXXIII.

CONSTITUTIO

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Ad Episcopos directa, qua superior Constitutio circa Jejunium declaratur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

„ IN suprema universalis Ecclesiæ procuratione, „ meritis licet imparibus per ineffabilem divinæ „ bonitatis abundantiam, & Orthodoxæ fidei asser„ tores, sic etiam Ecclesiasticæ disciplinæ custodes, „ ac vindices constituti, Quadragesimale præsertim „ jejunium, quod inter præcipua Orthodoxæ discipli„ næ capita semper, & ubique ab ipso Ecclesiæ e„ xordio numeratum esse nemo ex catholicis infi„ ciatur, ab hodierna jejunantium corruptela vin„ dicare, & in pristinam, quantum benedicente Do„ mino fieri posset, observantiam revocare cupien„ tes, per alias nostras in simili forma Brevis litte„ ras ad Fraternitates vestras die 30. proxime ela„ psi mensis Maji currentis anni data eximium fra„ ternitatum vestrarum zelum excitandum curavimus, „ ut adlaborare studeretis, ne hac in parte, & o„ ptatum Apostolicæ nostræ sollicitudinis angoribus „ levamen, & salutare abolendæ sacratissimi Jejunii „ corruptelæ remedium deesset. Quoniam autem Pa„ ternæ Pontificiæ caritatis, quæ novit imbecillita„ tes infirmorum sustinere, atque etiam cum infir„ mantibus infirmari, non immemores, quemadmo„ dum a jejunio aliquando ex legitima causa aut gra„ vissima, urgentique necessitate exigente dispensan„ dum esse ex Apostolica benignitate censuimus; „ ita inter cetera præscripsimus unicam comestionem „ servandam, & licitas, atque interdictas epulas mi„ nime esse apponendas. Hinc factum esse accepi„ mus, quod non defuerint qui per humanas, & „ hominibus a Christiana pœnitentia abhorrentibus „ dumtaxat dignas illationes sibi aliisque persua„ deant, unicam potissimum comestionem servari, „ atque epulas licitas, & interdictas minime apponi „ debere, cum multitudini quidem indiscriminatim ob „ urgentem gravissimamque necessitatem, non vero „ singulis ob legitimam causam, & de utriusque Me„ dici consilio dispensatur. Quam sane persuasionem „ a sententia nostra alienam, ut ex omnium ani„ mis penitus evellamus. Nos quibuscumque qua„ cumque occasione sive multitudini indiscriminatim „ ob urgentem gravissimamque necessitatem, sive „ singulis ob legitimam causam, & de utriusque „ Medici consilio, dummodo nulla certa, & pericu„ losa affectæ valetudinis ratio intercedat, & aliter „ fieri necessario exigat, in Quadragesimæ aliisque „ anni temporibus, & diebus quibus carnium, ovo„ rum, & lacticiniorum esus est prohibitus, dispensa„ ri contigerit, ab omnibus omnino, nemine exce„ pto, unicam comestionem servandam, & licitas at„ que interdictas epulas minime esse apponendas te„ nore præsentium declaramus, & edicimus, quem„ admodum per singulas nostras litteras in pari for„ ma brevis datas singulis utriusque sexus Christi „ fidelibus ob corporis infirmationem, quibus obno„ xii reperiuntur, in Sacratissima Quadragesima, „ aliisque jejunio consecratis diebus vescendi pro„ hibitis licentiam dantes, unicuique expresse præ„ scribimus, atque præcipimus. Ea propter frater„ nitates vestras rogamus, atque in Domino obse„ cramus, ut populos vestræ curæ commissos ad „ tam opportunum sanandis vulneribus, quibus per „ humanam infirmitatem quisque sauciatur, Sanctis„ simi jejunii remedium alacriter adhibendum co„ hortantes, sedulo ac paterne moneatis, rem agi „ non quidem exiguam, sed longe gravissimam de „ observando, sustinendoque jejunio purificandis a„ nimis corporibusque salutari. In spem igitur illos „ erigite cælestium præmiorum, quibus assequendis „ non sunt condignæ passiones hujus temporis, im„ mo leve, ac momentaneum non tribulationis, sed „ modicæ abstinentiæ nostræ incommodum magnum „ gloriæ pondus operatur in celis. Ab omnibus se ab„ stinent, qui in agone contendunt, ut corruptibi„ lem coronam accipiant; pudeat tam imbelles ac „ delicatos Christianæ militiæ milites refugientes a „ consortio Crucis Christi, qui coronam legitime „ certantibus propositam sperare præcipit incortu„ ptam, ad cujus auspicium, & pignus Fraternita„ tibus vestris Apostolicam benedictionem iisdem et„ iam populis vestris nostro nomine impertiendam „ peramanter elargimur. Volumus autem, ut præ„ sentium transumptis, sive exemplis etiam impres„ sis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & „ sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitu„ tæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, „ quæ præsentibus adhiberetur, & adhiberi posset si „ forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub „ Annulo Piscatoris die 22. Mensis Augusti 1741. „ Pontificatus nostri anno secundo.

D. Cardinalis Passioneus.

XXXIV.

CONSTITUTIO

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Qua cessiones commodi exigendi fructus beneficiorum prohibentur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

„ UNiversalis Ecclesiæ cura, quam inscrutabilis Di„ vinæ sapientiæ, atque bonitatis altitudo humi„ lita-

„ litati nostræ committere dignata est, inter ceteras sollicitudines exigit etiam ac postulat, ut diligenter invigilemus, ne Clerici Ecclesiasticis Beneficiis, quæ e liberali Ecclesiæ manu acceperunt, abutentes, eorum reditus, non sine aliorum fidelium scandalo, inconsulta prodigalitate disperdant, sed tamquam boni dispensatores ita administrent, ut & vitæ suæ necessaria provideant, & pauperum inopiæ, & Ecclesiarum necessitatibus succurrant.

„ Relatum est ad aures Nostras, quosdam Clericos Ecclesiasticis Beneficiis cum onere, vel sine onere residentiæ provisos, turpibus ut plurimum ex causis impulsos, annuos eorumdem Beneficiorum reditus, quos, donec viverent, percipere possent, unico actu alienare sub nomine cedendi commodum, seu utilitatem percipiendi fructus eorumdem Beneficiorum, quos alteri quoad vixerint, vendunt, recepta pecunia ad eam summam, & quantitatem, quam ipsi, habita ratione eorum ætatis, & corporis valetudinis, durante vita, verisimiliter consequi potuissent. Cum autem isti improvidi Clerici instar illius prodigi filii familias, de quo in Evangelio scriptum est, cum substantiam suam a Patre recepisset, totam statim consumpsisse luxuriose vivendo, & deinde facta fame valida, coactum esse vivere de siliquis immundorum animalium, pia Ecclesiæ subsidia, & Ecclesiasticos proventus in suas explendas cupiditates improbo hujusmodi contractu profundant; multa hinc, & gravia mala, ut experientia ipsa compertum est, evenire solent. Nam primum non leve dedecus Ecclesiastico ordini inuritur, & grave reliquis fidelibus scandalum generatur, dum vident, Ecclesiasticas pecunias, quæ sunt vota fidelium, bona pauperum, patrimonium Christi, in pravos usus insumi, vel improvida profusione dissipari, quæ ab Ecclesiasticis tamquam probis dispensatoribus in solamen pauperum, & Ecclesiarum restaurationem impendi deberent. Præterea sæpe hujusmodi clerici ad summam rediguntur egestatem, & ut se sustentare possint vel indecore non sine infamia Clericalis gradus mendicant, vel indignis quæstibus, & negotiis operam præbent; Ecclesiam autem, & Ecclesiasticas res quodammodo aversantur quasi fraudata mercede, vel stipendiis suis, quæ nullius culpa, sed solum vitio, & flagitiis suis amiserunt; Ideo Ecclesiastica munera vel numquam, vel negligenter obeunt, Divinam Psalmodiam, si ad eam in publicis Ecclesiis ratione suorum Beneficiorum teneantur, frequenter omittunt, vel oscitanter persolvunt. Ecclesiasticos cœtus non frequentant, animarum salutem non curant, divina fastidiunt, mundana sectantur.

„ Volentes igitur hanc improbam consuetudinem, & non ferendam pravitatem, qua non mediocriter Clericalis Ordinis fama minuitur, & honor conculcatur, Ecclesiæ autem debito servitio, pauperes opportunis subsidiis, & Sacræ ædes necessariis reparationibus, & ornamentis fraudantur, penitus abolere, Motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus Clericis quacumque dignitate, præeminentia, honore & privilegio insignitis interdicimus, & prohibemus, ne in posterum audeant sub nomine alienandi utilitatem, & commodum percipiendi fructus, vel alio quovis titulo, prætextu, & colore vendere, ac distrahere suorum respective Beneficiorum reditus, & proventus, vel ad vitam, vel in longum tempus recepta ab emptore per unam, vel plures solutiones pecuniarum quantitate, quam ipsi Beneficiati per ejusdem temporis, vel vitæ spatium probabiliter consequi potuissent, sub pœna excommunicationis, & nullitatis actus, seu contractus, & omnium inde consecutorum, aliisque pœnis inflictis, præscriptis, & statutis contra alienantes bona Ecclesiæ, quas rursus hic contra eosdem Clericos sic contrahentes renovare, decernere, ac statuere intendimus, & volumus. Et insuper ad uberiorem cautelam, & quatenus opus sit, omnes hujusmodi contractus, quos in futurum fieri contigerit, motu, scientia, deliberatione, & potestate simili damnamus, reprobamus, cassamus, irritamus, & annullamus, eosque nullos, cassos, ac irritos decernimus, & declaramus, illosque suis auctoribus tamquam invalidos, cassos, irritos, atque inanes, viribusque, & effectu ab initio vacuos neque in judicio, neque extra ad ullum effectum suffragari debere, neminemque ad eorum observantiam obligari, etiamsi pluries juramento firmati, & vallati sint: sed nullum inde jus cuicumque, aut actionem, vel titulum etiam coloratum possidendi, aut præscribendi per quodvis longissimum temporis spatium acquiri umquam posse pariter præcipimus, & jubemus.

„ Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque nullo umquam tempore impugnari, & retractari posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari: sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ præfatæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus quibuscumque privilegiis, indultis, concessionibus, & gratiis Apostolicis tam generalibus, quam particularibus quantumvis speciali mentione, & nota dignis quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, & aliis superioribus, & inferioribus Ecclesiarum Prælatis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac eorum, & nostris familiaribus continuis Commensalibus, necnon Litterarum Apostolicarum Scriptoribus, Abbreviatoribus, ceterisque Romanæ Curiæ Officialibus concessis, & confirmatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

„ Ut autem facilius præsentes Litteræ omnibus innotescant, & nemo prætextu illarum ignorantiæ excusari possit jubemus easdem ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de urbe, aliisque locis solitis, & consuetis, ut moris est, publicari, earumque exempla affigi: volumusque, eas sic publicatas omnes, & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimatæ: Exemplis quoque prædictis etiam impressis, manuque Notarii publici, & sigillo Prælati Ecclesiastici, vel ejus curiæ obsignatis eamdem prorsus fidem adhiberi quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri decreti, constitutionis, declarationis, annullationis, infirmationis, prohibitionis, interdicti, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei,

„ ac

,, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se nove-
,, rit incursurum.

,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ,, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingen- ,, tesimo quadragesimo primo, quarto Kalendas Se- ,, ptembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

VISA DE CURIA

N. Antonellus

X. Sub-Datarius

D. Cardinalis Passioneus

Loco ✠ Plumbi

I. B. Eugenius

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Indictione quarta, die vero tertia Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, Domini Nostri D. BENEDICTI, Divina Providentia Papæ XIV. anno secundo supradicta Constitutio affixa & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis in monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis urbis per me Josephum Olivetanum Apost. Curs.

Antonius Pellicia Mag. Curs.

XXXV.

CONSTITUTIO

SS. D.N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Qua præscribitur ordo, & forma in judiciis causarum matrimonialium super matrimoniorum validitate, vel nullitate declaranda servandus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

,, DEi miseratione, cujus judicia incomprehen- ,, sibilia sunt, viæ investigabiles, in suprema ,, Ecclesiæ specula immerentes constituti, ut super ,, universum Dominicum gregem excubias sedulo ,, agamus, ad commissum Pastoralis Officii munus ,, pertinere dignoscimus, subnascentes ex infernalis ,, hostis astutia, & hominum malitia abusus, quibus ,, & animarum saluti pernicies, & Sacramentis Ec- ,, clesiæ injuria infertur, radicitus evellere, & pot- ,, estatis Nobis desuper traditæ operam interponere, ,, ut & humana cohibeatur temeritas, & veneranda ,, Divinæ Legis servetur auctoritas.

,, Siquidem matrimonii fœdus a Deo institutum, ,, quod & quatenus naturæ officium est pro educan- ,, dæ prolis studio, aliisque matrimonii bonis ser- ,, vandis, perpetuum, & indissolubile esse convenit; ,, & quatenus est Ecclesiæ Catholicæ Sacramentum, ,, humana præsumptione dissolvi non posse, Salva- ,, tor ipse ore suo pronuntiavit dicens: *quod Deus* ,, *conjunxit, homo non separet*: ad aures Apostola- ,, tus nostri pervenit in quibusdam Ecclesiasticis ,, Curiis inconsulta nimis judicum facilitate infrin- ,, gi, & temere, atque inconsiderate de eorumdem ,, matrimoniorum nullitate latis sententiis potesta- ,, tem conjugibus fieri transeundi ad alia vota, quos ,, sane improvidos Judices humanæ naturæ conditio- ,, ne, & voce ipsa quodammodo admoneri oporte- ,, bat, ne tam præcipiti audacia sanctum matrimo- ,, nii nexum frangerent, quem perpetuum atque ,, indissolubilem primus humani generis parens præ- ,, monuit inquiens: *Hoc nunc os ex ossibus meis, &* ,, *caro de carne mea*: Et illud additum est: *quam-* ,, *obrem relinquet homo Patrem suum, & Matrem,* ,, *& adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne* ,, *una*.

,, Hujusmodi autem abolendæ pravitatis notitia ,, diversis ex partibus Nobis delata est, atque etiam ,, indicata sunt exempla nonnullorum virorum, quà ,, post primam, & secundam, ac tertiam, quam ,, duxerunt, uxorem ob nimiam Judicum præcipitan- ,, tiam in nullitate matrimoniorum declaranda, ad- ,, huc illis primis uxoribus superstitibus ad quartas ,, contrahendas nuptias devenerant, & similiter fe- ,, minarum, post primum, secundum, & tertium ,, maritum, quarto etiam, illis quoque viventibus, ,, se junxerunt non sine pusillorum scandalo, & bo- ,, norum omnium detestatione, qui sacra matrimo- ,, nii vincula ita contemni, & temere perfringi do- ,, lebant. Nos autem his intellectis gravi affecti do- ,, lore intimo animo ingemuimus, & non præter- ,, misimus Apostolicæ Nostræ sollicitudinis partes ,, in Domino adimplere. Si quidem primo Pontifi- ,, catus Nostri anno ad Episcopos illarum partium, ,, in quibus prædicta acciderant, plenissimis datis ,, litteris, graviter conquesti sumus de hujusmoda ,, pravitate quæ in Ecclesia Dei tolerabatur, & ad ,, eam abolendam eorum animos erigere, & Pasto- ,, ralem zelum accendere curavimus: quod etiam ,, egimus cum aliis aliarum Regionum Episcopis ubi ,, hujusmodi pravum dirimendorum matrimoniorum ,, usum irrepsisse cognovimus.

,, Verum nobis responsum est, id sæpe contingere ,, partim ex culpa illorum Judicum, quibus vel in ,, prima instantia, cum causa coram Judice Ordina- ,, rio ex aliqua legitima causa agnosci nequit, vel ,, in secunda, cum in partibus nullus adest Judex, ,, ad cujus Tribunal causa in gradu appellationis ,, devolvatur; vel si adest, justa de causa coram eo ,, disceptari nequit, causæ matrimoniales hujusmodi ,, a Sede Apostolica committuntur, qui ob inscitiam, ,, vel ob malam voluntatem proclives sunt ad matri- ,, monia dissolvenda, atque eadem matrimonia, le- ,, vi, vel etiam habito nullo examine, irrita, ac ,, invalida declarant, partim etiam ex facto conju- ,, gum super nullitate suorum matrimoniorum liti- ,, gantium, cum frequenter unus tantum eorum, ,, qui dissolutionem matrimonii postulat, in Judicio ,, compareat, & sententia nullo contradicente, se- ,, cundum sua vota obtenta, ad alias Nuptias con- ,, volat; vel ambobus conjugibus in Judicium ve- ,, nientibus, alter, qui pro matrimonio, alter vero ,, qui contra agit, sententia de nullitate matrimonii ,, prolata, nullus est, qui ad superiorem Judicem ,, appellationem interponat, vel quia litigantes in ,, specie quidem discordes, revera inter se concor- ,, des sunt & invicem colludentes contractum ma- ,, trimonium dissolvi cupiunt, vel quia pars, quæ ,, pro validitate matrimonii stabat, ejusque nullita- ,, tem acriter contra adversarium impugnabat, lata ,, a Judice sententia contra matrimonium mutat vo- ,, luntatem, vel pecunia sibi ad sumptus litis non ,, suppetente, vel aliis deficientibus auxiliis ad liti- ,, gandum necessariis, & inceptum opus, ac causam ,, post primam sententiam deserit: quo fit, ut dein- ,, de ambo conjuges, vel unus eorum ad aliud con- ,, trahendum matrimonium se conferat.

,, Quod

„ Quod autem ad Judices pertinet, quibus extra „ Romanam Curiam pro litigantium commodo causæ Matrimoniales committuntur, paterna illa vigilantia, qua de justitia unicuique integre, sapienterque administranda sollicitì esse debemus, „ encyclicis litteris ad venerabiles fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos „ scriptis vigesimasexta Augusti anno secundo Pontificatus Nostri providere curavimus, in quibus „ ea præscripsimus, quæ sacris Canonibus, & Concilio Tridentino consona, si diligenter, ut speramus, serventur imposterum causæ nonnisi personis congrua juris peritia, & necessariæ probitatis, „ spectatæque fidei munitis præsidio committeentur. „ Insuper ad ea, quæ in iisdem encyclicis litteris „ constituta sunt, id etiam in præsenti adjungimus: „ quod quamvis Concilii Tridentini Decretum, quo „ causæ matrimoniales subtractæ fuerunt Decani, „ Archidiaconi, & aliorum inferiorum judicio, & „ Episcoporum tantum examini, & jurisdictioni reservatæ, dumtaxat procedat de Archidiaconis, „ Decanis, aliisque inferioribus, qui in eadem Diœcesi constituti, vel privilegio aliquo, vel præscriptione saltem in visitatione causarum matrimonialium cognitionem sibi adrogabant; idcirco minime obstet commissionibus, quæ pro iisdem causis „ matrimonialibus definiendis a Sede Apostolica alicui eorum in secunda instantia fierent; nihilominus præcipimus ac mandamus iis, ad quos hujusmodi commissionum, seu delegationum expediendarum cura pertinet, ut in futurum causarum „ matrimonialium cognitionem non committant nisi Episcopis, præsertim vicinioribus, vel si nullus „ sit Episcopus, cui ex legitima causa commode „ committi possit, tum commissio, & delegatio dirigatur uni ex iis, qui secundum ordinem, & „ modum a Nobis in præfatis encyclicis litteris præscriptum pro Judice idoneo ab Episcopo cum consilio sui Capituli nominatus fuerit.

„ Quod vero ad ordinem, & seriem judiciorum „ in causis matrimonialibus pro debita, & congrua „ earum terminatione servandum spectat, motu „ proprio, certa scientia, ac matura deliberatione „ nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine „ hac nostra in perpetuum valitura sanctione constituimus, decernimus ac jubemus, ut ab omnibus, & singulis locorum Ordinariis in suis respective Diœcesibus persona aliqua idonea eligatur, „ & si fieri potest, ex Ecclesiastico cœtu, juris „ scientia pariter, & vitæ probitate prædita, quæ „ matrimoniorum defensor nominabitur, cum facultate tamen eam suspendendi, vel removendi, si „ justa causa adfuerit, & substituendi aliam æque „ idoneam, & iisdem qualitatibus ornatam; quod „ etiam fieri poterit, quotiescumque persona ad „ matrimoniorum defensionem destinata, cum se „ occasio agendi obtulerit, erit legitime impedita.

„ Ad officium autem defensoris matrimoniorum „ hujusmodi ut supra electi spectabit in judicium „ venire quotiescumque contigerit matrimoniales „ causas super validitate, vel nullitate coram legitimo Judice disceptari, eumque oportebit in quolibet actu judiciali citari, adesse examini, voce, & „ scriptis matrimonii validitatem tueri, eaque omnia „ deducere, quæ ad matrimonium sustinendum necessaria censebit.

„ Et demum defensoris hujusmodi persona, tamquam pars necessaria, ad judicii validitatem, & „ integritatem censeatur, semper adsit in judicio sive unus ex conjugibus, qui pro nullitate „ matrimonii agit, sive ambo, quorum alter pro „ nullitate, alter vero pro validitate in judicium „ veniant. Defensor autem cum ei munus hujusmodi committetur, juramentum præstabit fideliter „ officium suum obeundi, & quotiescumque contigerit ut in Judicio adesse debeat pro alicujus matrimonii validitate tuenda, rursus idem juramentum præstabit; quæcumque vero, eo non legitime „ citato aut intimato, in Judicio peracta fuerint, „ nulla, irrita, cassa declaramus, ac pro nullis, „ ac irritis haberi volumus perinde ac si citata, & „ intimata non esset ea pars, cujus citari intererat, „ & quam juxta legum, & Canonum præscripta ad „ legitimam judicii validitatem citari, aut intimari omnino necessarium erat.

„ Cum igitur coram Ordinario, ad quem causas „ hujusmodi cognoscere pertinet, controversia aliqua proponetur, in qua de matrimonii validitate „ dubitabitur, & existentibus in judicio, vel uno ex „ conjugibus, qui pro nullitate matrimonii, vel „ ambobus, quorum alter pro validitate, alter vero pro nullitate actionem intendat; defensor matrimonii partes omnes officii sui diligenter adimpleat. Itaque si a Judice pro matrimonii validitate judicabitur, & nullus sit, qui appellet, ipse „ etiam ab appellatione se abstineat: idque etiam „ servetur, si a Judice secundæ instantiæ pro validitate matrimonii fuerit judicatum, postquam Judex primæ Instantiæ de illius nullitate sententiam „ pronuntiaverat; sin autem contra matrimonii validitatem sententia feratur, defensor inter legitima „ tempora appellabit adhærens parti, quæ pro validitate agebat: cum autem in Judicio nemo unus sit, „ qui pro matrimonii validitate negotium insistat, „ vel si adsit, lata contra eum sententia Judicem „ deseruerit, ipse ex officio ad superiorem Judicem „ provocabit.

„ Appellatione a prima sententia pendente, vel „ etiam nulla ob malitiam, vel oscitantiam, vel „ collusionem defensoris, & partium interposita, si „ ambo, vel unus ex conjugibus novas Nuptias celebrare ausus fuerit, volumus, ac decernimus, ut „ non solum serventur quæ adversus eos, qui matrimonium contra interdictum Ecclesiæ contrahunt, statuta sunt, præsertim ut invicem a cohabitatione separentur, quoadusque altera sententia super nullitate emanaverit, a qua intra decem dies non sit appellatum, vel appellatio interposita deserta deinde fuerit; sed ulterius ut „ contrahens, vel contrahentes matrimonium hujusmodi omnibus pœnis contra polygamos a Sacris canonibus, & Constitutionibus Apostolicis „ constitutis omnino subjaceant, quas in eos, quatenus opus sit, motu, scientia, ac potestate simili rursus statuimus, decernimus, ac renovamus.

„ Postquam vero appellationis beneficio ad alterum Judicem causa in secunda instantia delata fuerit, omnia, & singula quæcumque coram „ Judice in prima instantia servanda præfinita fuerunt, etiam coram altero in secunda exacte, ac „ diligenter custodientur, citato in quolibet judicii actu defensore matrimonii, qui voce & scripto Matrimonii validitatem strenue, ac pro viribus tuebitur; & si Judex in secunda instantia fuerit Metropolitanus, aut Sedis Apostolicæ Nuntius, aut Episcopus vicinior; matrimonii defensor sit, qui ab ipso fuerat deputatus, quemadmodum ipsi deputare mandamus, ut quæ a Nobis superius constituta sunt peragere possit. Si „ autem Judex in secunda instantia erit Judex commissarius, cui a Sede Apostolica causæ cognitio „ demandata sit, & qui Tribunal, & jurisdictionem „ ordinariam non habeat, & propterea careat defensore matrimonii; volumus, ut illo defensore ma-

„ tri-

„ trimonii utatur qui constitutus fuerit ab Ordinario, in cujus Diœcesi causam cognoscet etiamsi idem Ordinarius sit, qui primam sententiam in eadem causa pronuntiaverit.

„ Instructo autem in hunc modum Judicio, si secunda sententia alteri conformis fuerit, hoc est, si in secunda æque ac in prima nullum, ac irritum matrimonium judicatum fuerit, & ab ea pars, vel defensor pro sua conscientia non crediderit appellandum, vel approbationem prosequendam minime censuerit, in potestate, & arbitrio conjugum sit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimentum, vel legitimam causam id vetitum non sit; potestas tamen post alteram sententiam conformem, ut supra conjugibus facta intelligatur, & locum habeat, salvo semper, & firmo remanente jure, seu privilegio causarum matrimonialium, quæ ob cujuscumque temporis lapsum numquam transeunt in rem judicatam; sed si nova res, quæ non deducta, vel ignorata fuerit, detegatur, tesumi possunt, & rursus in judicialem controversiam revocari. Quod si a secunda sententia super nullitate vel altera pars appellaverit, vel hujusmodi sit, ut ei, salva conscientia defensor matrimonii acquiescendum non putet, vel quia sibi videtur manifeste injusta, vel invalida, vel quia fuerit lata in tertia instantia, & sit revocatoria alterius præcedentis super validitate in secunda instantia emanata, volumus, ut firma remanente utrique conjugi prohibitione ad alias transeundi nuptias, quas si contrahere ausi fuerint pœnis, ut præfertur, a Nobis constitutis subesse decernimus, causa in tertia, vel quarta instantia cognoscatur, servatis diligenter omnibus, quæ a nobis in prima, & secunda instantia demandata fuerunt, nempe in quolibet judiciali actu citato, & audito defensore matrimonii, qui a Judice tertiæ instantiæ deputatus fuerit. Defensor autem matrimonii, quem ad munus suum gratis obeundum pro amore Dei, & proximi utilitate, & Ecclesiæ reverentia in Domino exhortamur, si operam suam, sine mercede, aut salario aliqua ex causa exhibere recusaverit, ab ipsius causæ Judice ei constituatur, & ab ea parte, quæ pro validitate matrimonii agit, si ipsi facultas sit, solvatur; sin minus a Judice primæ, vel secundæ, vel tertiæ instantiæ respective subministrabitur, qui pecuniam, ex mulctis suorum Tribunalium, redactas, vel redigendas, & in opera pia erogandas, in hujusmodi sumptus insumere poterunt. Cum vero Judices causæ erunt Judices Commissarii, qui neque forum habent, & consequenter neque pecuniam ex mulctis collectam, volumus ac mandamus, ut defensori matrimonii satisfiat ex pecunia mulctarum illius Episcopi, in cujus Diœcesi Judex Commissarius juxta Sedis Apostolicæ mandatum Judicium exercebit.

„ Hactenus quidem quoad causas matrimoniales, quæ extra Romanam Curiam pertractantur. Quoad causas vero, quæ Romæ disceptandæ sunt, cum earum cognitio in prima instantia ad S. R. E. Cardinalem in præfata Urbe, ejusque suburbiis, & districtu Vicarium nostrum in spiritualibus pro tempore spectet, mandamus ac jubemus, ut omnia & singula, quæ in aliis causis extra Romanam Curiam pertractandis præscripta fuerunt, nempe, ut judicium peragatur citato, & audito defensore matrimonii ab eodem Cardinali Vicario deputato, aliaque, ut supra, omnino serventur, tum etiam in aliis causis, quæ in prima instantia ex consensu partium, vel in secunda per appellationem ad Sedem Apostolicam, omisso medio interpositum, vel in tertia Romam deferuntur: quas omnes judicari volumus vel in Congregatione S. R. E. Cardinalium super interpretatione, & executione Concilii Tridentini, vel in causarum Palatii Nostri Auditorio, dummodo nobis, & Romano Pontifici pro tempore justis ex causis non videatur particularis Congregatio S. R. E. Cardinalium, vel Romanæ curiæ Prælatorum deputanda. Cum autem causa super matrimonii nullitate agitabatur in dicta Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum defensor matrimonii a Cardinali Præfecto ejusdem Congregationis, si vero in Palatii nostri auditorio, ab Auditore Decano præfati Tribunalis: si demum in Congregatione particulari, a persona ejusdem Congregationis digniore deputetur. Unica quidem resolutio pro nullitate matrimonii emanata, si causa in Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, vel in Congregatione particulari deputata cognoscatur, & similiter in Palatii Nostri Auditorio unica sententia super eadem nullitate pronuntiata minime sufficiat ad tribuendam liberam conjugibus facultatem novas nuptias contrahendi: sed si causa in præfata Congregatione Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum introducta fuerit, rursus in eadem ad defensoris matrimonii instantiam reproponatur, si vero Congregationi particulari commissa fuerit, ad petitionem ejusdem defensoris altera etiam particularis Congregatio deputabitur; si vero in Palatii Nostri Auditorio judicata sit, a præfato defensore appellatione interposita ab aliis Auditoribus juxta ordinem in gyrum, seu turnum definiatur: si autem causa universo Tribunali commissa fuerit, ab omnibus Auditoribus rursus examinabitur, nolentes omnino, ut nullo in casu matrimonii vinculum dissolutum censeatur, nisi duo judicata, vel resolutiones, aut sententiæ penitus similes, & conformes, a quibus neque pars, neque defensor matrimonii crediderit appellandum, emanaverint: quod si secus factum fuerit, & novum initum matrimonium nostiæ voluntatis hujusmodi transgressores pœnis a nobis, ut supra statutis submittantur.

„ Et quoniam sæpe apud Sedem Apostolicam preces porrigi solent pro dispensatione matrimonii rati, & non consummati, quæ ut plurimum pro voto consultivo ad Congregationem S. R. E. Cardinalium Concilii Interpretum, vel nonnumquam ad aliquam Congregationem particularem deputatum a Romanis Pontificibus pro tempore remitti solent, ut hujusmodi instantiæ ordine, ac rite procedant, volumus ac mandamus, ut supplex libellus Nobis, vel Romano Pontifici pro tempore exhibeatur, in quo plena, & accurata totius facti species contineatur, causæque omnes in eo exprimantur, quæ ad obtinendam petitam dispensationem conducere posse a supplicante censentur, ut Romanus Pontifex eo lecto, & mature considerato, secum deliberare possit, an petitionem rejiciat, vel ejus examen alicui ex dictis Congregationibus committat; a qua posteaquam suum votum consultivum editum fuerit, a Secretario ejusdem Congregationis totius negotii series exacte Romano Pontifici pro tempore referatur, qui pro sua providentia judicabit, an Congregationis resolutio sit approbanda, vel potius causæ examen alteri Congregationi, vel Tribunali, prout eidem Pontifici videbitur, rursus committendum.

„ Demum volumus ac decernimus easdem præsentes litteras semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros

„ esse-

„ effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos „ spectat, & pro tempore quandocumque spectabit „ in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari. Sicque & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam „ causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eosdem „ S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & „ Sedis Nuntios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, „ sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, „ ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, „ & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon „ quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus verborum, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & „ aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis „ plenitudine paribus, in genere, vel in specie, „ seu alias quomodolibet concessis, confirmatis, & „ innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, „ eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, „ non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, „ aut aliqua alia exquisita forma in illis tradita observata eisdem præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat „ expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentes litteræ „ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in „ Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ „ omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique eorum „ nominatim, & personaliter intimatæ fuissent, „ quodque earumdem præsentium transumptis, sive „ exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii „ publici subscriptis, & Sigillo alicujus personæ in „ dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem „ prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, Statuti, constitutionis, prohibitionis, revocationis, annullationis, declarationis, mandati, ac voluntatis infringere, vel ei „ ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentari præsumpserit, indignationem Omnipotentis „ Dei ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam „ Majorem tertio nonas Novembris anno Incarnationis Dominicæ millesimo Septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus Nostri anno secundo.

D. Cardinalis Passioneus

VISA DE CURIA
N. Antonellus

X. Sub-Datarius

Loco ✠ Plumbi

I. B. Eugenius

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Indictione quarta, die vero 29. Novembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. BENEDICTI, Divina Providentia Papæ XIV. anno secundo supradicta Constitutio affixa & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis in monte Citatorio, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Trifelli Apost. Curs.

Nicolaus Capelli Mag. Curs.

XXXVI.

SS. D.N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

CONSTITUTIO

Ad Episcopos directa circa occultorum Matrimoniorum contradictionem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ Satis vobis compertum esse non dubitamus, Venerabiles Fratres, eam semper fuisse piæ Matris Ecclesiæ vigilem curam, ut Sacramentum „ Matrimonii, magnum ab Apostolo nuncupatum, „ publice & palam celebretur. Quod quidem ut diligentius, quam antea factum fuerat, imposterum „ observaretur, Sancta Tridentina Synodus, Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigiis inhærendo, præcepit, ut imposterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter a proprio „ contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur, deindeque nullo legitimo concurrente impedimento ad illius celebrationem in „ facie Ecclesiæ coram Parocho, vel alio Sacerdote „ de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus præsentibus rite procedatur. Voluit etiam eadem Sancta Synodus apud „ Parochum diligenter librum custodiri, in quo conjugum & testium nomina, diesque & locus matrimonii describantur.

„ Providæ tamen hujusmodi leges, tanta auctoritate saluberrime institutæ, prava horum temporum conditione prolabi visæ sunt, & enerves propemodum reddi ob matrimonia usu nimis recepta, quæ occulte adeo celebrantur, ut illorum notitia, quantum fieri potest, obliteretur, „ & in tenebris ignorantiæ perpetuo jaceat consepulta. In more etenim positum est illa celebrari „ nullis præviis factis denuntiationibus coram solo „ Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia, adhibita præsentia tantum duorum Testium appositæ a Contrahentibus advocatorum, quorum fides „ nemini illorum est suspecta; remque peragi sæpe „ extra Ecclesiam, quandoque etiam intra illam, „ januis tamen occlusis, vel eo temporis momento, quo, semota ulterius cujusvis præsentia, scientia initi matrimonii, præter Parochi, contrahentium, testiumque personas, alios penitus effugiat.

„ Quantum a Sacramenti dignitate, & ab Ecclesiasticarum legum præscripto occulta hæc matrimonia, *conscientiæ* vulgo nuncupata, ut plurimum „ abhorreant, satis superque conjicere quis poterit, „ qui mentis aciem ad exitiosos illorum effectus convertat.

" vertat. Hinc enim gravia ortum habent peccata, " præsertim vero eorum, qui Divini Judicii intermінatione posthabita, priore Uxore, cum qua " clam contraxerunt, relicta, cum alia spe futuri " Matrimonii decepta, & in turpem secum vivendi licentiam abducta, palam contrahere promittunt. Quorumdam vero mentem ita pravæ cupiditates excæcant, ut novum contrahere secretum " Matrimonium audeant post alterum secreto itidem " contractum, & nondum prioris Conjugis morte " solutum, seseque magno scelere polygamos reddant. Alii etiam eo impudentiæ devenere, ut in " hujus magni Sacramenti contemptum, post primas secreto initas, alteras aut publice, aut privatim nuptias contrahendo, sese audacius Polygamia pariter innodare non perhorrescant. Age vero quam gravia, quam nullo pacto ferenda ex his " Matrimoniis mala oriantur. Si enim ad quamcumque Matrimonii suspicionem summovendam, " Virum seorsim a Muliere vivere contingat, sublata est illico individua vitæ consuetudo, & contemptum est verbum Domini: *Adhærebit Homo Uxori suæ, & erunt duo in carne una*: Sin hæc vitæ " consuetudo servetur, nemo est, qui illam criminis non arguat, & utpote detestabilem, in scandali materiam non traducat. Neque illata per " scandalum dispendia rependit subsecuta celebratio " occulti Matrimonii, quod in tenebris delitescit, & " ab omnibus ignoratur.

" Leviora quoque damna non sunt, quæ susceptæ " Proli irrogantur. Sæpe enim contigit, illam a Parentibus, & a Matre præsertim amotam, nec " pie, nec liberaliter institui; sed incertis fortunæ " casibus objectam relinqui; nisi etiam Parentes ipsi " contra naturæ leges, ausu nefario, illius vitæ insidientur. Ubi vero tam immane facinus Parentes " deterreat, illosque ad sobolem alendam, instituendamque humanitas ipsa compellat; alia imminet Liberis susceptis ex occulto Matrimonio lugenda Avitarum facultatum, & Bonorum jactura, pro quorum possessione assequenda quamvis " clament jura sanguinis, illis tamen careant necesse est propter occulta Parentum Matrimonia, " & ademptam legitimitatis, & Filiationis probationem. Huic etiam malorum origini sunt referenda " ipsa quoque secreta Matrimonia contracta a Filiisfamilias contra Patris juste dissentientis voluntatem; ex quibus quam gravia incommoda exoriri soleant, neminem latet. Quid plura? Adeo invaluit malitia, ut quandoque in Minoribus Ordinibus constituti Pensiones, & Beneficia, ad Divinum Cultum, & Ecclesiastica munia instituta, " etiam post initum clam Matrimonium retinuerint, " sibique de mammona iniquitatis loculos miserrime " comparaverint.

" Deflenda hæc igitur potius uberibus lacrymis, " quam latiore calamo explicanda malorum congeries, cum ex hac Apostolicæ Sedis specula omnes " sibi vindicet nostræ vigilantiæ curas; temperare " non possumus, quin Vos ipsos, Ven. Fratres, in " partem nostræ sollicitudinis avocantes, vestram " pietatem, & zelum excitemus ad custodiendas vigilias noctis super Grege Vobis credito, quem luctuosa " horum temporum conditio in discrimen adducit. " Primum itaque periculi non infrequens occasio " Vos reddat difficiliores ad remittendum Publicationes, a quibus contracturi Matrimonium sæpe per " malitiosam suggestionem petunt dispensari. Quam " caute, solerterque oporteat ea in re Episcopos versari, non obscura Vobis a Concilio Tridentino exhibentur argumenta. Si enim (ait eadem Sancta " Synodus) probabilis fuerit suspicio, Matrimonium " malitiose impediri posse, si præcesserint Denuntiationes; tunc vel una tantum Denuntiatio fiat, " vel saltem Parocho, & duobus Testibus præsentibus Matrimonium celebretur, & deinde ante illius consummationem Denuntiationes in Ecclesia " fiant, ut si aliqua subsunt impedimenta, facilius " detegantur. Præterea licet Episcopo relictum sit " omnimode super Denuntiationibus dispensare, hæc " tamen facultas, non a sola Dispensantis voluntate pendet, sed a Tridentino coercetur arctis prudentiæ, discretique arbitrii legibus; quod idem " est, ac legitimam causam dispensationis requirere.

" Parem quoque, imo fortasse majorem vigilantiam " necesse est a Vobis adhiberi, ne post remissas Denuntiationes celebretur Matrimonium coram Parocho, vel alio Sacerdote ab ipso Parocho, vel a vobis " deputato, præsentibus duobus, vel tribus Testibus " confidentibus, ne ulla celebrationis notitia, vel " rumor oriantur. Id enim ut ad præscriptum Sacrorum Canonum licite fieri possit, non satis est " obvia quævis, & vulgaris causa, sed gravis, urgens; & urgentissima requiritur. A Sacro Nostræ " Pœnitentiariæ Tribunali eo potissimum casu fit " potestas ita celebrandi Matrimonium, quo Vir, " & Fœmina in figura Matrimonii publice degentes, & de quibus nulla viget criminis suspicio, in " occulto tamen Concubinatu perseverent; Facile " enim quisque conjiciet, quam absonum esset, eos, " a statu damnationis per gratiam Sacramenti revocandos, ad publice contrahendum Matrimonium " præviis Denuntiationibus compelli. Hanc vero " praxim Vobis duximus proponendam, non quia " Dispensatio præmisso casui solum congruat, cum " alii similes, & fortasse urgentiores esse possint, " in quibus dispensari expediat; sed quia Vestri pastoralis Officii partes versari debent in sedulo investiganda legitima, & urgenti causa Dispensationis, ne Matrimonia occulte celebrata luctuosos " habeant exitus, quos intimo cordis mœrore recensuimus.

" Hunc porro in scopum Vos hortamur, & impense admonemus, ut Personarum Matrimonium " secreto contrahere petentium diligens fiat a Vobis " inquisitio: An scilicet ejus qualitatis, gradus, " & conditionis sint, quæ id probe exposcant; An " sint sui vel alieni juris; An Filiifamilias, quorum " nuptiæ Patri juste dissentienti sint invisæ; ab Episcopali etenim, quod geritis, munere nimium " esset alienum, facilem præberi Filio inobedientiæ " occasionem; An res sit de Personis Ecclesiasticis, " licet in Minoribus Ordinibus constitutis, Pensiones, & Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, ut detestabilis illorum retentio in statu Uxorato congruis remediis postea compescatur. Potissimum vero curet Vestra sollicitudo, antequam secreti Matrimonii licentia concedatur, quod Contrahentes " clara, & indubia, & a quavis fraude immunia exhibeant documenta status liberi, ad avertendum ab " iis, qui improbi sunt ingenii, polygamiæ periculum.

" Quod attinet ad Ministrum secreti Matrimonii, " volumus ad id munus deputari Parochum alterius " ex Contrahentibus, quem notitia Personarum, " experientia, & diuturnus rerum usus quovis Sacerdote extraneo peritiorem effecisse præsumuntur. " Si quæ tamen Vobis occurrant circumstantiæ, quæ " alium Sacerdotem loco Parochi exposcere videantur; gravi impellente causa, is Sacerdos a Vobis " eligatur, qui probitate, & doctrina, & obeundi " muneris peritia commendetur. Uni tamen, aut " alteri Sacramenti Ministro a Vobis deputando districte præcipiatur, ne Matrimonio intersit, nisi " prius paterna charitate Conjuges in Domino monuerit, Sobolem procreandam regenerari quamprimum oportere Sacro Baptismatis lavacro, ac Christo

,, sto Judici districtam reddituros esse rationem, ,, nisi Filios ut legitimos agnoverint, eosque pietate, bonisque moribus imbuerint, & trui patientur ,, bonis temporalibus, a Majoribus in supremis tabulis relictis, vel provida legum auctoritate delatis.

,, Celebrato autem Matrimonio, indilate a Parocho, vel alio Sacerdote, coram quo initum est, ,, exhibeatur Episcopo illius scriptum documentum, ,, cum nota loci, & temporis, Testiumque, qui celebrationi interfuerunt. Vestrum erit postea diligenter incumbere, quod ad perennem gestæ rei memoriam præfatum documentum fideliter transcribatur in Libro prorsus distincto ab altero, in quo ,, Matrimonia publice contracta de more adnotantur. Hujusmodi Liber pro Matrimoniis secretis ,, apposite compactus, clausus, & Sigillis obsignatus, in vestra Episcopali Cancellaria caute erit ,, custodiendus: Et eo tantum casu resignari, & aperiri vestra accedente licentia patiemini, quo alia ,, id genus Matrimonia describi oporteat, vel id ibi ,, vindicet justitiæ administrandæ necessitas, vel demum aliquod documentum ab eo exposcant verum ,, interesse habentes, quibus probationum aliunde ,, petendarum non suppetit copia: Sedulo tamen animadvertentes, quod, re absoluta, denuo claudatur, & Sigillis, ut antea, obsignetur. Fides, seu ,, Attestationes clam celebrati Matrimonii a Parocho, ,, vel Sacerdote, qui vices Parochi gessit, exarandæ, ,, Vobisque exhibendæ, transcribantur in dicto Libro, prout jacent de verbo ad verbum a Persona ,, Vobis deputanda, quæ apud omnes integritatis, ,, pobatique nominis luculentum babeat testimonium. ,, Fides vero, & Attestationes ipsa in secretiori loco fartæ, tectæque a Vobis serventur.

,, Quod si ex occulto hujusmodi Matrimonio Prolem nasci contingat, eadem mundetur salutari Aqua Baptismi in Ecclesia, in qua aliis Infantibus ,, hoc Sacramento indistincte confertur. Et quia ad ,, operiendum clam initum Matrimonium, facile est ,, in Libro Baptizatorum nullam fieri mentionem Parentum, & eorum Nomina consulto reticeri: Volumus, ac expresse mandamus, quod a Patre Baptizati, eoque defuncto, ab illius Matre suscepta ,, Proles vobis denuncietur; dictaque Denunciatio ,, fiat vel immediate per Parentes ipsos, vel per literas eorum charactere exaratas, vel per fide dignam Personam ab ipsis parentibus designatam, ,, ut certo, & clare Vobis constet, quod Proles tali loco, & tempore, vel reticitis, vel falso expressis nominibus Parentum baptizata, est legitima, ,, licet occulti Matrimonii fœdere procreata. Quæ ,, sane omnia cum Vobis innotuerint, ne illorum ,, excidat memoria, in Libro fideliter describentur ,, ab eo, cui facta a Vobis est potestas adnotandi ,, Matrimonia occulte celebrata. Liber, in quem ,, Baptizatorum, ac utriusque Parentis nomina referentur, quamvis distingui debeat ab altero Matrimoniorum, eadem tamen diligentia, iisdemque ,, cautelis in Cancellaria Episcopali clausus, & sigillis obsignatus, erit custodiendus, prout Librum ,, Matrimoniorum caute custodiri supra mandavimus.

,, Quia vero nonnulli deesse non possunt, qui propriæ ,, conscientiæ vocibus obsurdescant, & nostris hisce ,, mandatis parere negligant; debita pœnarum districtione pro modo culpæ a Vobis puniantur. Quinimo cum satis Nobis experientia compertum sit, ,, in hujusmodi negotii homines, in teriam oculos ,, declinantes, ob humanos respectus tardiores effici, ,, & a recte agendi semita revocari: Mandamus idcirco, Matrimonia occulta a Vobis evulgari, & ,, nota fieri, si certo Vobis constiterit, ex aliquo ,, Matrimonio occulto procreatam fuisse Sobolem, ,, & baptizatam suppressis Parentum nominibus, nulla ,, præstita Vobis notitia, ut par erat, ab illius parentibus intra triginta dies a Nativitate numerandos.

Ne autem Contumaces, & Inobedientes violatæ ,, fidei, proditique Secreti Pastores suos insimulent, ,, sedulo a Vobis curandum est, ut Parocho, vel alio Sacerdote pro secreta celebratione Matrimonii ,, a Vobis deputando, Conjuges clare, & aperte moneantur, ea lege, & pacto illis permitti Secreti ,, Matrimonii celebrationem, ut Soboles inde procreandam non solum regeneretur Sacro Baptismate, ,, sed post Baptisma denuntietur Episcopo cum nota ,, loci, & temporis administrati Sacramenti, ac sincera indicatione parentum, a quibus ortum habuit, quemadmodum supra præmissum est: Alioquin Matrimonium licet contractum data per Episcopum Secreti fide, in lucem proleretur in gratiam Filiorum, & ad propulsandam ab illis gravem, nulloque pacto ferendam jacturam. Volumus denique, ac mandamus, Fides, seu Attestationes Matrimonii clam initi, & Sobolis ex eo ,, progenitæ, excerptas ex dictis Libris, modo quo ,, dictum est apud Vos caute custodiendis tanta promereri fidem, quantam sibi alii Parochiales Baptismatis, & Matrimonii vindicare consueverunt.

,, Hæc a Vobis, Ven. Fratres, in hac temporum ,, calamitate observari enixe præcipimus ad communem Animarum salutem, & ad præsidium Ecclesiasticæ disciplinæ, propter invalescentem hominum malitiam nova semper detrimenta vel patientis, vel reformidantis. Ceterum nostris hisce ,, litteris sublata nolumus ea validiora remedia, quæ ,, huic malo, in diem ingruenti, consona dignoscet ,, prudentia vestra, ad Pastolare officium cumulate ,, obeundum. Vobis interea paternæ charitatis, & ,, benevolentiæ testem Apostolicam Benedictionem ,, impertimur.

,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ,, die 17. Novembris 1741. Pontificatus Nostri Ann. ,, Secundo.

XXXVII.

CONSTITUTIO

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Super Clausura Monasteriorum quorumcumque virorum Regularium.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

,, Regularis disciplinæ observantiam ante etiam ,, quam & Generalium ac Particularium alicujus Nationis aut Provinciæ Conciliorum Decretis ,, confirmaretur, & Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum legibus, Sanctionibusque præscriberetur, quoad vetitum mulieribus quibuscumque etiam consanguineis intra quorumcumque religiosorum virorum clausuram ingressum tam integerrime custoditam fuisse constat, ut nedum fœminis quibuscumque, sed masculis quoque, non ,, tam ad Monasteriorum claustra, seu septa, quam ,, ad ipsa eorumdem Monasterium Oratoria, & Ecclesias nullus pateruit aditus, & accessus; quin ,, immo sub gravissimis pœnis fuerit interdictus, ne, ,, scilicet, ut inquit S. Gregorius PP. I. Prædecessor ,, noster, in servorum Dei secessibus occasio præbeatur popularibus conventibus, & simpliciores ex hoc ,, animas, plerumque quod absit, in scandalum trahat. Hujusmodi autem regularis disciplinæ observantia, etsi pro temporum varietate, ac necessitate tot tantasque subiit vices, ut tidem Prædecessores Nostri aditum, & accessum ad publicas Monaste-

„ nasteriorum Ecclesias dumtaxat sive masculis, sive „ feminis sacrosanctum Missæ sacrificium audiendi, „ prædicationibus verbi Dei intersserendi, & Sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ sumendi, ac peccata sua confitendi causa, sine tamen Parochorum „ præjudicio, interdum concesserint; vicissim tamen „ ipsi Prædecessores Nostri tam ante Concilii Tridentini decreta, quam post eorumdem decretorum „ promulgationem denuntiationemque providis, saluberrimisque Constitutionibus, ordinationibusque „ sub pœna etiam excommunicationis latæ sententiæ „ feminis quibuscumque aditum, ingressumque hujusmodi intra Monasteriorum clausuram interdixerunt. „ Quoniam autem sicut dolentes accepimus, alii quidem Apostolicas leges, ac præcepta hujusmodi vel „ ausu temerario parvipendentes, vel ad eorum arbitrium interpretantes, feminis quibuscumque aditum, ingressumque tam manifeste, ac tanta solemnitate vetitum permittunt; alii vero privilegia, „ Indulta, prærogativas, facultates, licentias, & alias „ quocumque pacto excogitatas concessiones sibi sive „ a jure, sive ab homine factas, & impertitas, seu „ facta, & impertita, ac quorumcumque munerum, „ dignitatum, ac præeminentiarum ratione debitas, „ seu debita arrogantes, prætendentes, obtendentesque feminas quaslibet intra Monasteriorum claustra, septa, cœnacula, cubicula, aliasque officinas, aut admitti, ac recipi sinunt, mandantque, „ aut una secum ducunt; alii denique sub pietatis, „ ac religionis prætextu, cum supplicationes, sive „ cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, sive cum „ sacris Sanctorum Sanctarumque Reliquiis, Statuis, „ & Imaginibus per claustra, septa, & alia Monasteriorum loca de more, ut asserunt, habentur, sine ullo prorsus discrimine masculos, & feminas supplicationes hujusmodi per eadem loca sequi, & comitari licitum, quin imo, ut indulgentias lucrari „ valeant, necessarium esse obtendunt. Hinc est, „ quod Nos, qui, dum in minoribus essemus, quamplurimos hujusmodi abusus compertos habebamus, „ in hac sublimi sacrosancti Apostolatus specula constituti, non tam assiduis nonnullorum aliarum Ecclesiarum Antistitum documentis, quam justis etiam superiorum, aliorumque virorum ex religiosis „ Ordinibus Dei honorem, & instituti sui disciplinam „ zelantium expostulantibus de antedictis, similibusque abusibus in dies admonemur ut opportunum, „ ac salutare iisdem abusibus tollendis, quantum cum „ Domino possumus, remedium afferamus: auctoritate Apostolica, renore præsentium primum quidem „ omnes, & singulas Constitutiones sanctionesque a „ Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris tam „ ante, quam post Concilii Tridentini decreta super „ clausura Monasteriorum quorumcumq; religiosorum „ virorum editas renovamus, & confirmamus; necnon in posterum ab omnibus, & singulis, ad quos „ spectat, & in futurum spectabit, sub iisdem pœnis „ in constitutionibus, sanctionibusque eorumdem Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum, & „ decretis ejusdem Concilii Tridentini contentis inviolabiliter observandas esse statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus. Deinde motu „ proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine earumdem præsentium tenore omnia, & singula indulta, privilegia, prærogativas, facultates, „ licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas concessiones omnibus, & singulis quibuscumque Ecclesiasticis personis quacumque auctoritate, dignitate, honore, præeminentia, ac jurisdictione fungentibus, etiam Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, sive singulis sive eorum Cardinalium Congregationibus, etiam de latere Legatis, sive qui Provinciis & Legationibus Status „ nostri Ecclesiastici pro tempore præsunt, sive quos, „ ad Carissimos in Christo Filios Nostros Romanorum Regem in Imperatorem pro tempore eligendum, vel electum, Reges, & Reginas illustres, „ aliasque summas potestates, prout rerum conditio „ postulaverit, mitti, & ablegari contigerit, sive „ qui, licet aliarum insignium Ecclesiarum Antistites, tamen tamquam Apostolicæ hujus S. Sedis „ Legati de latere alias nuncupati, & habiti sunt, „ & fortasse habentur, aut haberi & esse prætendunt, & in posterum habendi sunt; sive Ordinarii, sive Extraordinarii Nostri, & ejusdem Apostolicæ Sedis ubicumque etiam ad ipsos Imperatorem, & Reges, ac summas Potestates Nuntii, sive Inter-Nuntii resident; ac demum quibuscumque aliis quocumque nomine, & expressione nuncupatis personis quocumque tempore a quibusvis, „ etiam ab ipsis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, quacumque de causa, occasione, titulo, colore, & prætextu per quascumque Apostolicas, sive in simili forma Brevis, sive sub plumbo expeditas litteras sub quibuscumque verborum „ formis facta, data, concessa, & impertita sive factas, datas, concessas, & impertitas sub hujusmodi accessu, & ingressu revocamus, abolemus, annullamus, atque irritamus, necnon a datarum earumdem præseotium die revocata, abolita, annullata, & irrita, ac nullius prorsus vigoris esse, & „ fore, neminique cuilibet quocumque tempore suffragari statuimus, decernimus, & declaramus „ quemlibet omnium antedictorum etiam speciali „ mentione dignorum quacumque facultate hujusmodi temere uti audentem ipso facto absque ulla „ alia declaratione pœnas, & Ecclesiasticas censuras, a quibus, præterquam a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, nisi in mortis „ articulo absolvi possit, incurrere, & incursum esse, licentiamque hujusmodi cuicumque concessam „ nullo modo suffragari, atque nullius momenti perinde ac si minime concessa fuisset, ipso facto fore, & haberi, ac pœnas, & censuras ipso facto, „ ut præmittitur per contrafacientem incurri, & „ incursas esse. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam eo quod „ quicumque in præmissis interesse habentes, seu „ habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, „ gradus, ordinis, præeminentiæ & dignitatis existant, seu alia specifica, & individua mentione, & „ expressione digni illis non consenserint, nec ad ea „ vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas „ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata „ causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, „ & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut „ intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in „ controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis „ in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel „ gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis „ plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & intergros effectus sortiri, & obtinere

„ nere ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore „ quandocumque spectabit inviolabiliter, & inconcusse „ observari; sicque, & non aliter in præmissis per „ quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam „ causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. „ E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis „ prædictæ Nuntios, aliosve quoslibet quacumque „ præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, „ & sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter ju„ dicandi, & interpretandi facultate, & auctorita„ te, judicari, & definiri debere, ac irritum, & ina„ ne si secus super his a quoquam quavis auctorita„ te scienter, vel ignoranter contigerit attentari. „ Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, „ nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure „ quæsito non tollenda, aliisque Constitutionibus, & „ Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam „ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir„ mitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus ac „ usibus, & stylis, & etiam immemorabilibus, privi„ legiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis præ„ dictis, aliisque quibuslibet personis, etiam qua„ cumque Ecclesiastica, vel mundana dignitate ful„ gentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac spe„ cialem expressionem requirentibus sub quibuscum„ que verborum tenoribus, & formis, ac cum qui„ busvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque „ efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, „ irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scien„ tia, & potestatis plenitudine similibus, ac conci„ storialiter, & alias quomodolibet in contrarium „ præmissorum concessis, editis, factis ac pluries ite„ ratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confir„ matis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, „ etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de il„ lis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, „ expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non „ autem per clausulas generales idem importantes „ merito, seu quævis alia expressio habenda, aut a„ liqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; „ tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, ni„ hil penitus omisso, & forma in illis tradita obser„ vata, exprimerentur, & insererentur, præsenti„ bus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis „ habentes, illis alias in suo robore permansuris, & „ ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe„ cialiter, & expresse derogamus, ac derogatum es„ se volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. „ Ceterum per præsentes non intendimus derogatum „ esse iis concessionibus, quæ ad favorem quarum„ cumque Nobilium feminarum, ex eo, quod sive „ eorumdem majores, ac pro tempore existentes de „ familia fuerint, & habeantur fundatores, vel in„ signes benefactores illius Monasterii, intra cujus „ claustra, vel septa feminas etiam de familia ingre„ di vel concessum, vel cautum esse sibi voluerunt, „ & de concessione hujusmodi confirmationem ab A„ postolica hac Sancta Sede obtinuerunt; sive femi„ næ hujusmodi sint consanguineæ, & affines eo„ rum, qui sunt Domini in temporalibus locorum, „ in quibus Monasteria sita reperiuntur, & quacum„ que legitima tituli, vel consuetudinis causa, & „ occasione ingressu hujusmodi de præsenti gaudent, „ factæ, & impertitæ fuerunt; dummodo concessio„ nes hujusmodi per Apostolicas in simili forma Bre„ vis, vel sub plumbo desuper expeditas litteras dum„ taxat, & non aliter omnino factas, & impertitas „ fuisse prius Ordinariis locorum Antistitibus, vel Præ„ sulibus per legitima, & authentica documenta „ constare fecerint, & dummodo nec vagandi, nec „ ostiandi, nec comedendi, cœnandique, nec per „ ambulacra, cubicula, cœnacula, aliaque loca, & „ officinas discurrendi causa, seu ad Ecclesiam ac„ accedendi, sacrosanctum Missæ Sacrificium audien„ di, aliaque erga Deum pietatis officia, & opera „ exercendi studio ingrediantur; & dummodo de ea„ rum adventu, & ingressu, interdiu, & opportune „ faciendo superiores pro tempore existentes prius „ certiores fiant ad hoc, ut absque fratrum incom„ modo, & offensione, recto tramite ad Ecclesiam „ pergatur, & alia de jure servanda serventur. Vo„ lumus autem, ut earumdem præsentium littera„ rum transumptis, seu exemplis, etiam impressis „ manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigil„ lo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ mu„ nitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud „ ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis „ præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub An„ nulo Piscatoris die tertia Januarii millesimo Se„ ptingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus „ Nostri anno secundo.

XXXVIII.

CONSTITUTIO SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Super Clausura Monialium.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ Salutare in Catholica Ecclesia institutum ab ipsa „ antiquitate susceptum, ac tanta cum sollicitu„ dine, & pastorali zelo custoditum, ut flos ille Ec„ clesiastici germinis, decus, atque ornamentum gra„ tiæ spiritualis, læta indoles, laudis, & honoris o„ pus integrum, atque incorruptum, Dei imago re„ spondens ad sanctimoniam Domini, illustrior por„ tio gregis Christi, Sacræ Virgines, quarum, quo „ sublimior gloria est, major & cura est intra mo„ nasteriorum septa, & claustra, vigili, sollicita„ que custodia servarentur; tam ante, quam post Tri„ dentinæ Synodi decreta Romani Pontifices Præde„ cessores Nostri tot sanctissimis Legibus, & initis „ Apostolicæ providentiæ, charitatisque consiliis „ communire, & confirmare studuerunt; ut, quæ se „ Christo dicaverint, & a carnali concupiscentia re„ cedentes, tam carne, quam mente se Deo vove„ rint, consumment opus suum magno præmio de„ stinatum. Quoniam autem etsi providas hujusmo„ di sanctiones, Constitutionesque, si ea, qua de„ cet, regularis disciplinæ observantia custodirentur, „ satis esse scimus, ut Virgines ea, quæ cœlestis ea„ rumdem sponsi Jesu Christi sunt, cogitantes sint san„ ctæ, & corpore, & spiritu; longa tamen experien„ tia edocti, & assiduis Venerabilium Fratrum alia„ rumque Ecclesiarum Antistitum querelis admoniti, su„ premas Apostolicæ auctoritatis, providentiæque par„ tes requiri, ut abusibus quamplurimis ex nimia „ quorumcumque, aut sibi quocumque pacto arro„ gantium, aut prætendentium, aut obtendentium „ facultatem alias sibi quomodolibet sive a jure, si„ ve ab homine concessam, vel demandatorum mune„ rum rationem debitam esse, ut sive ipsi, sive alii „ ingredi clausuram monialium, aut ipsæ moniales e „ clausura ob quascumque etiam non legitimas caussas „ egredi, & extra clausuram hujusmodi commorari „ possint, licentiam concedendi indulgentia sensim „ invectis opportune occurratur: Hinc est, quod nos „ pro suprema omnium Christifidelium procuratione „ imbecillitati nostræ in universalis Orthodoxæ Eccle„ siæ regimine divinitus imposita opportunum abusibus „ hujusmodi remedium, quantum cum Domino pos„ sumus, adhibere satagentes, auctoritate Apostolica „ tenore præsentium, omnes, & singulas Consti-

tutio-

tutiones a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris tam ante, quam post Concilii Tridentini Decreta super clausura monialium renovamus, & confirmamus, necnon in posterum omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, sub iisdem pœnis in Constitutionibus eorumdem Prædecessorum Romanorum Pontificum, & Decretis Concilii Tridentini præfati contentis inviolabiliter observandas esse statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus. Præterea motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine earumdem præsentium tenore omnia, & singula indulta, privilegia, prærogativas, facultates, licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas concessiones, omnibus, & singulis quibuscumque Ecclesiasticis personis, quacumque auctoritate, dignitate, honore, præeminentia, ac jurisdictione fungentibus, etiam Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, sive singulis, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus, etiam de latere Legatis, sive qui Provinciis, & Legationibus Status nostri Ecclesiastici, qui pro tempore præsunt, sive quos ad charissimos in Christo Filios nostros Romanorum Regem Imperatorem pro tempore eligendum, vel electum, Reges, & Reginas illustres, aliasque Summas potestates, prout rerum conditio postulaverit, mitti, & ablegari contigerit, sive qui licet aliarum insignium Ecclesiarum Antistites, tamen tamquam Apostolicæ hujus S. Sedis Legati de latere alias nuncupati, & habiti sunt, & fortasse habentur, aut haberi, & esse prætendunt, & in posterum habendi sunt: sive Ordinarii, sive Extraordinarii nostri, & ejusdem Apostolicæ Sedis ubicumque etiam apud ipsos Imperatorem, & Reges, ac summas potestates Nuntii, sive Inter-Nuntii resident (exceptis dumtaxat locorum Ordinariis, iisque omnibus superioribus, quibus tamquam Ordinariis, & ordinaria jurisdictione utentibus Monialium Monasteria subjecta, & addicta sunt: in casibus tamen necessariis, & servatis aliis de jure servandis, & non aliter omnino) ac demum quibuscumque aliis quocumque nomine, & expressione nuncupatis personis quocumque tempore a quibusvis etiam ab ipsis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris quacumque de causa, occasione, titulo, colore, & prætextu per quascumque Apostolicas, sive in simili forma Brevis, sive sub plumbo expeditas litteras sub quibuscumque verborum formis factas, datas, concessas, & impertitas sub hujusmodi ingressu revocamus, abolemus, annullamus, atque irritamus; necnon a datarum earumdem præsentium die revocata, abolita, annullata, & irrita, ac nullius, prorsus momenti, ac vigoris esse, & fore, neminique cuilibet quocumque tempore suffragari, ac quemlibet omnium antedictorum etiam speciali mentione dignorum quacumque facultate hujusmodi, sive pro se, sive pro aliis temere uti audentem, ipso facto, absque ulla alia declaratione pœnas, & Ecclesiasticas censuras contra violantes clausuram monialium inflictas, a quibus præterquam a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possit, incurrere, & incursum esse; licentiamque hujusmodi concessam nullo modo suffragari, ac nullius momenti perinde ac si minime concessa fuisset, ipso facto fore, & haberi, ac pœnas, & censuras Ecclesiasticas ipso etiam facto, ut præmittitur, per contrafacientem incurri, & incursas esse statuimus, decernimus, ac declaramus. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alia specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea citati, vocati, & auditi, causæque propter quas præsentes emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se jurare ullo modo posse; sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicare, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel, quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac usibus, & stylis etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis prædictis, aliisque quibuslibet personis etiam quacumque Ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cura quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,

„ mus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die tertia Januarii millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno secundo.

XXXIX.

Lettera circolare, che le Monache particolari non facciano spese in occasione de' loro Uffizj.

„ Quantunque altre volte questa Sagra Congregazione, e specialmente sotto il dì 28. Luglio 1708. abbia ordinato, che le spese occorrenti in congiuntura di feste, e degli uffizj, che si esercitano dalle Monache, si dovessero fare colle rendite de' Monasterj; Nulladimeno è stato rappresentato alla Santità di Nostro Signore, come in molti Conventi queste si faccino dalle Monache particolari a conto proprio, dal che molti, e gravi inconvenienti possono derivare, come la distrazione dall'orazione, e dal culto divino, l'occasione di trattare con troppa frequenza co' secolari, e qualche altra inosservanza delle Regole, la soverchia sollecitudine di acquistar danaro, con pericolo di contravvenire al voto della povertà, ed inoltre di porre in angustia i loro Parenti, li quali, per non soggiacere a replicate gravi spese, si astengono talora dal collocare ne' Monasterj altre Fanciulle, che ne avrebbero la vocazione. Perciò la Santità sua, la quale con indefesso Apostolico zelo assiduamente invigila a promuovere il bene spirituale di tutto il Cristianesimo, ed ha specialmente a cuore, che sempre più si avanzino nella strada della perfezione le Sagre Vergini, parte la più illustre del gregge di Gesù Cristo, ha comandato che si rinnovino gli ordini su questa materia, altre volte emanati, e che s' insista per l' esecuzione de' medesimi. Si compiacerà pertanto V. E. incaricare con precetto formale di santa ubbidienza a tutte le Abbadesse, Priore, Vicarie, Camarlenghe, Sagrestane, ed altre Uffiziali, che non debbano in occasione o di Feste, o de' loro uffizj fare spesa alcuna, o dare alcun donativo, quantunque di poco valore, nè alle Monache, nè alle Novizie, nè ad altre, che dimorano nel Monastero, nè tampoco ai loro superiori, ancorchè Regolari, nè a' Confessori, Deputati, Fattori, ed altri Uffiziali, anzi nemmeno alla Chiesa, e Sagrestia, ma qualsivoglia spesa nelle sopraddette congiunture dovrà omninamente farsi colle rendite de' Monasterj; E perchè questi non restino di soverchio aggravati, potrà l' E. V. ingiugnere tanto alle superiore, quanto alli Deputati, Sindici, ed Economi di ciascun Monastero, che considerato lo stato de' medesimi, stabiliscbino per le suddette spese una precisa somma, che da V. E. dovrà poi esaminarsi, ed approvarsi, perchè sia propria, convenevole, e proporzionata all' entrate. In caso poi, che qualche Monastero fosse così scarso di Rendite, che non ostante tutta la moderazione usata non potesse soccombere a questo peso; l' E. V. ordinerà, che somministrato alle Monache dal deposito proveniente da' Livelli, o Vitalizj, quanto le occorre per le loro necessità Religiose, il rimanente s' impieghi nelle divisate spese, conforme fu dichiarato coll' altra lettera circolare de' 25. Febbrajo 1709.

„ Ed affinchè si mantenga perpetuamente l' osservanza di quanto viene come sopra prescritto, potrà l' E. V. comandare espressamente, che sempre nell' elezione della nuova superiora debba in Capitolo leggersi ciò, che nella presente lettera si contiene. Dichiarando che la Santità di Nostro Signore intende, che inviolabilmente debba il tutto osservarsi da qualunque Monastero, benchè esente, privilegiato, privilegiatissimo, e degno di special menzione, eziandio soggetto immediatamente alla S. Sede, e anche dalle case delle Oblate, quantunque non astrette alla Clausura, sotto la pena, in caso di contravvenzione, della privazione dell' uffizio, e della voce attiva, e passiva da incorrersi *ipso facto*, e da durare ad arbitrio della Sagra Congregazione.

„ Sarà dunque parte della Pastoral vigilanza dell' Eminenza vostra il restar servita di ordinare l' esatto adempimento di quanto si prescrive, compiacendosi susseguentemente dare avviso dell' operato; mentre bacio alla medesima umilmente le mani.

Di Vostra Eminenza

Roma 26. Gennajo 1742.

Umilissimo, Divotissimo Servidore.

G. Cardinale Firrao

XL.

DE DOCTRINA CHRISTIANA.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis,

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres salutem & Apostolicam benedictionem.

„ Etsi minime Nobis dubitandum sit, omnes, quibus Animarum cura credita est, Vosque præsertim, Ven. Fratres, ad Apostolatus officium evectos, atque in Prælationis fastigio a Deo constitutos, in id potissimum solicitudinem intendere, ut Christianus Populus cælestis Doctrinæ pabulo enutritus, & rudimentis Fidei saluberrime instructus in semitam Mandatorum Domini, facem Vobis præferentibus, feliciter dirigatur: temperare tamen non possumus, quin vos ipsos nostræ Authoritatis, ac Paternæ Dilectionis stimulis excitemus ad tam pium, tamque salutare Opus Doctrinæ Christianæ impensiore cura provehendum, sublatis iis impedimentis, quæ Animarum saluti adversantur.

„ Quia vero scientibus Legem loquimur, & vigiles Ecclesiarum hortamur Antistites, quibus nec Pietatis, nec alia Sacrarum Literarum desunt præsidia; supervacaneum ducimus plurimis urgere argumentis, non satis esse ad cælestem Beatitudinem assequendam confusim, & involute credere a Deo revelata, & ab Ecclesia Catholica proposita Mysteria; Sed hanc cælestem Doctrinam divinitus traditam, & quæ ex auditu concipitur, Doctoris legitimi, ac fidelis ministerio ita esse accipiendam, ut singillatim illius capita explicentur, & eorum aliqua necessitate *medii*, aliqua vero necessitate *præcepti* Fidelibus ad credendum proponantur. Præterea licet per Fidem justificari dicamur, cum ea sit humanæ salutis initium, & fundamentum; ad futuram tamen, quam inquirimus, Civitatem, ut pervenire aliquando mereamur, satis compertum est, solam Fidem non sufficere; Sed viam nosse, constanterque tenere oportere, nempe Præcepta Dei, & Ecclesiæ, tum virtutes, quas persequi, tum vitia, quæ studiose declinare debemus. Quæ quidem

omnia

„ omnia cum primis Catholicæ Fidei Rudimentis, „ sive *Doctrina*, ut ajunt, *Christiana*, conti- „ neantur; Episcopalis muneris exigit ratio, ut illa „ in singulis Diœcesibus, & ubique locorum recte, „ atque ex ordine explicetur; nec posse Episcopos „ sine taeito conscientiæ convicio illam negligere, „ sed in hoc opus maxime necessarium omnem cu- „ ram, & diligentiam conferre debere.

„ Id tamen oneris non ita Episcopo impositum es- „ se intelligimus, ut ipse per se Doctrinæ Christia- „ næ semper intersit, pueros interroget, & Mysteria „ Fidei, quam profitemur, aperiat. Nimium quippe „ novimus, in Pastoralis solicitudinis munere præ- „ gravari Apostolicæ servitutis sarcinam, ac plane „ intelleximus, cum Anconitanam primum, tum „ deinde Bononiensem Ecclesiam regeremus, multis, „ variisque curarum veluti fluctibus jactari Præsulem „ suo satis muneri facere cupientem. Id vero futu- „ rum affirmamus, si Episcopus, alicno etiam a Vi- „ sitatione Diœcesis tempore, quandoque adsit ubi „ Doctrina traditur Christiano homine digna, pue- „ ros, puellasque de rebus antea auditis sciscite- „ tur, ac Mysteria nostræ Religionis evolvat, & an- „ nunciet; Pastoris operam in maximam crediti si- „ bi Gregis utilitatem cessuram, ejusdemque exem- „ plum alios excitaturum ad Vineam Domini Sa- „ baoth pro viribus excolendam.

„ Hanc administrandæ Ecclesiæ quasi legem sibi „ dixerunt cedum veteres, sed recentiores etiam Præ- „ sules Beatorum Civium Albo adscripti; Carolus „ nempe Borromæus, Franciscus Salesius, Turribius, „ Alexander Sauli, quorum aliqui (ut literis consi- „ gnatum est) cum gravioribus distenti, atque im- „ pediti curis, adesse coram non possent, operæ, „ ac diligentiæ suæ Vicarium aliquem ex Canonicis, „ aut ex Sacerdotibus designabant, qui, susceptis Pa- „ storalis Ministerii partibus, Adolescentulos ad o- „ mnia Religionis Officia Fidei elementis informarent.

„ Optimum ergo, & ad profectum animarum ma- „ xime accommodatum erit Antistitis exemplum, si, „ quod antea dictum est, id omni tempore, præser- „ tim vero dum obit Diœcesim, in singulis Parœciis „ impleverit. Sed ut quisque facile conjiciet, ad „ hoc vires ejus non suppetunt. Ideoque ut propo- „ situm assequatur, necesse est, diligentia, quanta „ potest maxima, curet, ne in aliis, quos tam lau- „ dabilis, tamqua fructuosi operis Vicarios constituit, „ studium, ac sedulitas desideratur.

„ Duo potissimum onera a Tridentina Synodo Cu- „ ratoribus animarum sunt imposita: alterum ut Fe- „ stis diebus de rebus divinis sermonem ad Populum „ habeant; alterum, ut pueros, & rudiores quosque „ divinæ Legis, Fideique rudimentis informent. Si „ statis diebus eam Parochi concionem habebunt, „ quæ non persuasibilibus humanæ Sapientiæ verbis „ obstrepat auribus, sed captui Auditorum accom- „ modata in eorum animos ostensione spiritus illa- „ batur; si Mysterium aliquod annunciabunt, in „ primis vero quod eo tempore Ecclesia recolit, ea „ differeores, quæ ad virtutem incitamento sint, & „ ad vitia fugienda, graviora præsertim, & quæ fe- „ dius grassantur in Populo; si diebus ipsis (hoc „ enim pariter debent suo muneri) pueros tamquam „ Infantes modo genitos nutriant Doctrinæ lacte, „ nunc hos, nunc illos interrogando, dubia, atque „ involuta explicando; Si demum cum Apostolo at- „ tendant lectioni, exhortationi, & doctrinæ, ut „ perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum „ instructus: fas est credere, exitum optatis respon- „ dere posse, & Populum acceptabilem sectatorem „ bonorum operum facile extiturum.

„ Verum satis experientia compertum est, imparem „ esse solius Parochi laborem; Cum nequeat uous „ omnes instruere, ubi Doctoris diligentiam nume- „ rus vincit. Quoties tamen Episcopus toto animo, „ ac studio in Ecclesiam sibi commissam incumbat, „ numquam necessariis, & opportunis destituetur au- „ xiliis. Semper enim inveniat, qui Tonsura initia- „ ri, qui per minorum, qui per sacrorum Ordinum „ gradus ad Sacerdotii fastigium promoveri, qui de- „ nique ad Ecclesiastica Beneficia viam sibi munire „ studeant. Gravissimis idcirco verbis (& verbis fa- „ cta respondeant) affirmet Episcopus, nunquam se „ facturum, ut Tonsura inauguret grandiores ætate, „ aut Minores, præsertim vero majores Ordines iis „ conferat, qui in tradenda Christiana Doctrina ope- „ ram suam Parochis commodare neglexerint. Hunc „ porro Clericorum numerum idem Episcopus in sin- „ gulas suæ Civitatis, & Diœcesis Parochias apte „ distribuat, & eorum aliquos determinatæ Ecclesiæ „ adscribat. Denunciet præterea, ac fidem præster, „ in conferendo Parochiarum, & aliorum Beneficio- „ rum jure, plurimum apud se ponderis, & momen- „ ti habiturum studium, & diligentiam in hoc opus „ a Clericis collatam: atque ita re ipsa constabit, „ non Rectori tantum impositum esse docendi mu- „ nus, sed plures illi præsto esse, ut omnes Officii „ sui numeros cumulate implere possit.

„ His accedit, Sacris Apostolicis Constitutionibus, „ & septima præsertim felic. record. Leonis X. Præ- „ decessoris Nostri edita in Concilio Lateranensi, sa- „ luberrime cautum fuisse, ut tam Ludimagistri di- „ scipulos suos, quam Piæ Fœminæ Puellas insti- „ tuentes sana, & incorrupta Doctrina (Episcopo id „ potissimum urgente) tamquam pabulo vitæ nu- „ triant, & confirment. Constat etiam, Ipsum Epi- „ scopum posse, ac debere Sacris Oratoribus, quam „ diligentissime commendare, ut pro concione in „ Parentum aures, animosque ingerant, sua interes- „ se Mysteriis nostræ Religionis susceptam prolem „ imbuere: & si ad id minus idonei fuerint, filios „ in Ecclesiam adduci oportere, in qua divinæ Le- „ gis præcepta explicantur. Pluribus itidem in locis „ pia, ac laudabilis, & ubi non sit recepta inducen- „ da, consuetudo invaluit, ut Parocho idem munus „ persequenti auxilium ferant Laici tum viri, tum „ mulieres in Christiana institutione veluti adjutri- „ cem operam navantes, qui audiunt pueros, ac „ puellas Orationem Dominicam, Angelicam Salu- „ tationem, Symbolum Apostolorum, aliaque id ge- „ nus memoriter pronunciantes. Alibi quoque Soda- „ litia erecta sunt, quorum cura in explicanda Chri- „ stianæ Religionis disciplina versatur, & quorum „ Institutum nedum meritis laudibus cumulat san. „ mem. Pius V. in sua Constitutione, quæ incipit: „ *Ex debito*; sed in omnibus etiam Diœcesibus pro- „ pagari enixe exposcit. Quæ quidem omnia in unum „ collecta, si sedulo perpendantur, certum omni- „ bus, atque exploratum erit, ubi multa sit messis, „ paucos nequaquam esse Operarios, nec eos deesse, „ qui parvulis panem petentibus frangant.

„ Sed quia compertum est, non solum Adolescen- „ tulos, illosque qui confirmata sunt jam ætate in „ divinarum rerum ignoratione versari, sed etiam „ viros, ipsosque senes salutaris Doctrinæ esse omni- „ no expertes; Vel quia numquam illam percepe- „ runt, vel jamdiu perceptam paulatim delevit ob- „ livio: huic etiam malo provida Episcoporum oc- „ curret vigilantia, si operis sui Vicarios cogent, „ quæ parata sunt, remedia sedulo adhibere.

„ Ut autem ab iis, qui in prima sunt ætate ser- „ mo instituatur; ad Sacram Eucharistiam, & „ Confirmationem admitti plures postulant. Pauci „ enim enixam hanc voluntatem, ac fere impa- tiens

„ tiens ſtudium non præſeferunt. Moneat igitur E„ piſcopus Parochos, eiſque diſtricte præcipiet, ne „ quis eorum ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum ad„ miniſtret, & *Schedulam*, ut ajunt, Confirmatio„ nis iis tradat, qui graviora Fidei, & Doctrinæ ca„ pita, & Sacramenti virtutem, & vim ignorent; „ vel quia parum in hoc Tirocinio profecerint, vel „ quia ea neglexerint audire, quæ ad hujuſmodi „ Sacramenta pie, riteque ſuſcipienda ſtatis tempo„ ribus tradita ſunt. Hoc ſane pacto primæ ætati „ ſatis videri poteſt conſultum.

„ Si vero loquamur de Adoleſcentia, quoniam „ unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, „ uſu ſatis conſtat, alios Eccleſiaſticæ, alios vero „ ſæcularis vitæ rationem inire. De primo homi„ num genere verba jam fecimus, cum de iis age„ remus, qui Ordinibus initiari volunt. Id unum „ addi poſſe videtur, rem fore magni commodi, „ multæque utilitatis plenam, ſi qui ſe ſiſtunt exa„ mini, eos Præſul potiſſimum interroget de iis, „ quibus Chriſtiani hominis ſcientia continetur. „ Etenim magiſtra rerum experientia edocuit, ex „ his aliquos, tametſi latini ſermonis nitore, & „ elegantia excultos, in ſcientiarum curriculo „ liberaliter inſtitutos, & quæ ad Ordines pertinent „ apprime callentes, de Doctrina tamen Chriſtiana „ percontanti parum, aut nihil appoſite reſpon„ dere.

„ Si autem ad eos, qui in ſæculo degunt, meatis „ aciem convertimus, palam fit, illos ut pluri„ mum ſacri conjugii fœdera inire. Verum cum „ Matrimonio jungendi non ſint, ſi Parochus, ut „ debet, prius interrogando deprehenderit Marem, „ ſeu Fœminam, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, „ ignorare; Vix tantæ, ac tam luctuoſæ ignorantiæ „ locum relinquet Epiſcopus, qui Paſtores anima„ rum admoneat officii ſui, & huic ſi deſint, ne„ gligentiæ repetat pœnas.

„ Omnes denique omnium ætatum, atque ordi„ num homines ſolent identidem ſordes animæ Pœ„ nitentiæ Sacramento detergere. Curabit itaque „ Epiſcopus, ut Sacerdos excipiens Confeſſiones fi„ xum illud, immotumque animo ſemper habeat, „ invalidam eſſe Abſolutionem Sacramentalem, quam „ quis ignoranti res neceſſarias neceſſitate *medii* „ impertitur, nec poſſe homines Deo per hujuſmo„ di Sacramentum reconciliari, niſi prius excuſſa „ hujus ignorantiæ caligine, ad agnitionem Fidei „ educantur. Sedulo etiam animadvertet Confeſſa„ rius in aliud tempus rejiciendam eſſe Abſolutio„ nem illius, qui neceſſaria neceſſitate *præcepti* ſuo „ vitio neſcit; & eo quandoque caſu Pœnitentem „ abſolvi poſſe, quo ſe vincibilis hujus ignorantiæ „ reum agnoſcat, & accuſet; ac intime dolens, tum „ a Deo veniam precetur, tum Confeſſario ſerio „ promittat, operam ſe impenſe daturum, qua Di„ vinæ Gratiæ præſidio diſcat etiam neceſſaria ne„ ceſſitate *præcepti*.

„ Hanc profecto Chriſtiani Populi inſtituendi ra„ tionem ſi Paſtores ſibi propoſuerint, ſi eorum con„ ſilia, labores, & ſtudia ad propoſitam methodum „ duxerint referenda; ſperare fas eſt, Fide, & Ope„ re Gregem ita in dies profecturum, ut coædifice„ tur in habitaculum Dei in Spiritu Sancto.

„ At vero cum maximi momenti ea res ſit, nul„ laque alia ad Dei gloriam, & ad Animarum ſa„ lutem utilius inſtituta, mirari nemo debet, quod „ plurima paſſim objiciantur impedimenta. Sitæ „ quandoque ſunt in agro parvæ, humileſque Eccle„ ſiæ, aliæ Parochiali proximæ, aliæ vero longo „ intervallo disjunctæ, ad quas diebus Feſtis Pa„ tresfamilias una cum liberis accedunt Sacerdotem „ ſacris operantem audituri; ex quo fit, ut ſua „ Parochiæ nunquam fere interſint, nec ullum de „ Myſteriis Fidei, de Præceptis, de Sacramentis „ verbum accipiant. Epiſcopus huic malo occur„ ret, ſuamque objiciet authoritatem. Et primo „ quidem quoad parvas Eccleſias Parochiali proxi„ mas, expreſſa lege caveatur, ne quis antea Sa„ crificium faciat, quam Parochus Miſſam celebra„ verit, ſermonem habuerit, cæteraſque ſui mune„ ris partes abſolverit. Hoc enim pacto Eccleſia „ Parochialis confluentium Parochianorum numero „ celebrabitur. Quo vero ad parvas Eccleſias a Pa„ rochiali longe ſepoſitas, cum difficile admodum „ ſit, Parochianos ob locorum diſtantiam, longum „ iter, atque aſperum, hyemali præſertim tempo„ re, cum pluviæ inundant, Parochialem adire, „ ibique Divinis Officiis intereſſe, relicta Eccleſia „ proximiore: decernat Epiſcopus, gravibus etiam „ ſtatutis pœnis, quod Sacerdotes ibi operantes „ Chriſtianæ Doctrinæ ſummam Populo tradant, „ Divinamque Legem annuncient. Monendus ta„ men eſt Parochus, ne alienæ operæ nimium tri„ buat, ſed videat ipſe quo loco res ſint, cum „ pueri Sacramentum Euchariſtiæ, & Confirmatio„ nis, alii vero Matrimonii ſibi adminiſtrari ex„ poſcant.

„ Præterea ſua etiam Urbes habent impedimen„ ta. Sæpe enim contingit, in aliis Eccleſiis, ac „ præſertim Regularium, ſolemni ritu, magnaque „ Populi frequentia, Feſtum aliquem diem cele„ brari: ideoque ſi in Eccleſia Parochiali, ſum„ mo mane, aut ſtatim a prandio Catechiſmus „ habeatur; aut nemo, aut pauci admodum ſunt, „ qui eidem Catechiſmo inteſint, quique præſcri„ ptas horas non cauſentur. Sin vero capientur „ horæ Civitatis commodo magis appoſitæ, uſu „ compertum eſt, Populum ad Eccleſiam conflue„ re, in qua Feſtus dies agitur; & celebritate „ pompæ illectum, Doctrinam Chriſtianam non ſi„ ne gravi animæ detrimento deſerere. In hoc ar„ ticulo quia certa, & communis regula præſcri„ bi non poteſt, id totum relictum eſſe volumus „ Prudentiæ vigilis Eccleſiæ Antiſtitis, qui attenta „ loci, temporis, perſonarum qualitate, expen„ ſiſque rerum omnium momentis ita ſtudeat ſole„ mnis diei celebritatem cum Doctrina Chriſtiana „ componere, ne alteri altera ſit impedimento. „ Quod ſi Regulares, & Exempti contradixerint, „ & ſanctum hoc Doctrinæ opus, licet ab Epiſco„ pis prius admoniti, ſuis functionibus perturbare „ præſumpſerint; Noſtram locorum Ordinariis au„ thoritatem, qua potimur in exemptos, pollice„ mur; nec alia Pontificiæ vigilantiæ deerunt re„ media, ne Parochiales Eccleſiæ debitis frauden„ tur obſequiis.

„ Plurimum quoque ad Chriſtiani Populi inſtitu„ tionem conferre poterit, ſi Viſitatores eligantur, „ quorum alii Civitatem, alii Diœceſim luſtrantes, „ omnia ſedulo inquirant, ut certior factus Epiſco„ pus, pro meritis cujuſque Paſtoris aut præmia de„ cernat, aut pœnas.

„ Clementis Papæ VIII., aliorumque Prædeceſſo„ rum noſtrorum veſtigiis inhærentes hortamur in „ Domino, & enixe commendamus, in Doctrina „ Chriſtiana tradenda adhiberi libellum de Cle„ mentis ejuſdem mandato a Cardinali Bellarmino „ conſcriptum, mox in deputata Congregatione di„ ligenter examinatum, & approbatum; ac deni„ que ab eodem Clemente in lucem eo ſaluberri„ mo conſilio edi juſſum, ut unus deinceps, idem„ que modus in docendo, & diſcendo Chriſtianam „ Doctrinam ab omnibus teneretur. Nihil hac uni-

formi-

„ formitate optabilius; nihil ad præcavendos, qui „ in multiplicem Catechismorum varietatem irre„ pere possent errores, conducibilius, atque op„ portunius. Sicubi vero contingat ob peculiares „ regionum necessitates alium quempiam adhiberi „ forte libellum; sedulo invigilandum erit, nequid „ ille contineat, nequid in eum unquam inducatur „ a Catholica veritate absonum. Curandum insu„ per, ut in eo fidei dogmata clare, & dilucide „ sint explicata, additis si quæ desunt necessariis, „ ac sublatis quæ redundant. Brevis enim, & uni„ voca docendi methodus multum prodesse solet „ ad faciliorem interrogationem, cum quis pericu„ lum facit progressus puerorum. Complectatur „ Liber hujusmodi etiam Fidei, Spei, & Cha„ ritatis Actus, quos recte, scienterque compositos „ esse, minime dubitandum. Sed si aliter se res „ habeat, castigati emendato prælo donentur. A„ ctus prædicti paucis potius, quam multis verbis „ efferri gaudent; dum illis tamen tota vis, & „ natura virtutis explicetur. Et quia Christianam „ Religionem profitenti maxime necessaria est con„ suetudo, & exercitatio sæpius eliciendi dictos A„ ctus; idcirco ne illorum usus circumscribatur „ angustis finibus, & exiguo numero a quibusdam „ singulis annis præfinito; Episcopus suæ non mi„ nus, quam alienæ salutis studiosus, provide sta„ tuat, ut in Parochiis tum Urbis, tum Dioece„ sis Rectores animarum post Missam Festo die ce„ lebratam, statim ante Aram provoluti, clara, „ & intelligibili voce dictos virtutum actus eli„ ciant, & præire satagant Populo, verba ab ipsis „ prolata devote reddituro. Hoc enim pacto Fide„ les sensim illos memoriæ mandabunt, & assue„ scent nedum Festis, sed aliis etiam diebus in hac „ pia exercitatione versari.

„ Saluberrimas has erudiendi Gregis rationes, „ quas Vobis, Ven. Fratres, per hæc Apostolica „ scripta notas esse volumus, quisque vestrum fa„ cile intelliget, consonas esse *Monitis Nostris Pa„ storalibus* prælo jam demandatis, cum Sponsam „ nostram Bononiensem Ecclesiam Paterna Chari„ tate cominus amplecteremur: illasque præterea ex „ Pontificiis Constitutionibus haustas esse, & spe„ ctabilium Antistitum Testimonio, & exemplo „ comprobatas. Quia vero maximam inde utilita„ tem proficisci experimento cognovimus; quo ma„ jori possumus studio Vos hortamur, & admone„ mus, ac per Viscera Misericordiæ Dei nostri eni„ xe obtestamur, ut pro injuncto Vobis Pastoralis „ Ministerii debito præmissorum executioni strenuo, „ constantique animo incumbatis: sedulo recogitan„ tes, quidquid laboris, studii, ac vigilantiæ in „ hunc scopum collatum fuerit, Deum omnium „ Bonorum Datorem uberi mercede retributurum; „ & Apostolicam Benedictionem ex animo Vobis im„ pertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam „ Majorem die VII. Februarii MDCCXLII. Pontifi„ catus Nostri Anno secundo.

X L I.

INDULGENTIÆ

Pro recitantibus Orationem Angelus Domini *confirmantur.*

NOTIFICAZIONE.

Fr. Gio. Antonio del Titolo de' SS. Silvestro, e Martino a' Monti della S. R. C. Prete Cardinale Guadagni, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, ec.

„ LA Santità di Nostro Signore sempre intenta a „ dar eccitamento, e stimolo a' Fedeli di ricor„ rere al Signore per ottenerne le sue Celesti Bene„ dizioni, volendo togliere la difformità, che s'in„ contra fra questi nelle pubbliche preghiere, quali „ si fanno al suono della Campana, la mattina, al „ mezzo giorno, e alla sera, allor quando si recita „ la solita Orazione dell' *Angelus Domini &c.*, e „ con essa tre volte l'*Ave Maria &c.*, conferma in „ primo luogo le Indulgenze già concedute dalla „ santa memoria di Benedetto XIII., cioè l' Indul„ genza Plenaria, e remissione di tutti li peccati „ universalmente, ed in perpetuo a quelli, che ve„ ramente pentiti, confessati, e comunicati in un „ giorno di ciaschedun mese a loro elezione reci„ teranno, come sopra, la mentovata Orazione, e „ negli altri giorni dell'anno l'Indulgenza di cento „ giorni per ciascheduna recita, parimente in per„ petuo: ed inerendo alla disposizione della Rubri„ ca, comanda, che detta Orazione dal Vespero di „ ciaschedun Sabbato a tutta la Domenica seguen„ te, si reciti in piedi.

„ Comanda in oltre, che durante il tempo Pasquale, „ quale termina alli primi Vesperi della Domenica „ della Santissima Trinità, in vece della medesima „ Orazione, si reciti in piedi l'Antifona *Regina Coe„ li &c.*, col suo Versetto, ed Orazione corrispon„ dente *Deus, qui per Resurrectionem &c.*, per la „ recita della quale Antifona concede anche beni„ gnamente la Santità Sua l'istesse Indulgenze, co„ me sopra, esortando premurosamente tutti i Fe„ deli a non trascurarne l'acquisto.

„ Quelli poi, che non sapranno a mente la sud„ detta Antifona, acquisteranno le medesime Indul„ genze, recitando come sopra l' Orazione dell' „ *Angelus Domini &c.* Dato in Roma dalla nostra „ solita residenza li 20. Aprile 1742.

Fr. G. A. Card. Vicario.

Gaspare Arciprete Ori Segretario.

X L I I.

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

CONSTITUTIO

Ad Episcopos directa de Parochorum electione.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres salutem & Apostolicam benedictionem.

CUm illud semper plurimum formidaverit Ecclesia Catholica, ne indignis quibusque & extra „ Sacerdotale meritum constitutis cura animarum &

„ Dominici Gregis custodia crederetur: quia totius „ familiæ status, & ordo nutat, si quod requiritur „ in corpore, non invenitur in capite: hinc Canonicis Sanctionibus, ac præsertim Sanctæ Tridentinæ Synodi Decretis provide consultum est, regimen Ecclesiarum Parochialium iis esse committendum, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis ad perfectiores annos per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia ita concurrisset, ut de illorum supra alios provectione, ac potiori doctrinæ, morum, ac diuturni laboris suffragio nefas esset dubitare. Quia vero perniciosa apud plurimos opinio sensim invaluit, Tridentini Decretis non præscriptam esse digniorís electionem, sed caveri tantummodo, ne indignis Ecclesiæ parochiales, aliaque beneficia, quibus cura imminet animarum, conferrentur: san. mem. Innocentius XI. Prædecessor Noster erroneam doctrinam a vera & sincera Patrum mente longius deflectentem damnavit & edocuit quam prudens & diligens esse debeat Pastoralis Officii dispensatio. Ad tramites idcirco ejus Sanctæ Synodi usu receptum est occurrente Parochialis Ecclesiæ vacatione, quæ libere ab Ordinario conferenda sit, concursum institui, ut habita in eo de cujuslibet ætate, moribus, doctrina, & sufficientia, solerti inquisitione, Episcopus eligat quem ceteris magis idoneum judicaverit.

„ At quia contingere quandoque potest quod favore, vel gratia, vel minus æquo judicio minus digni dignioribus præponantur; san. mem. Pius V. Noster Prædecessor, ne quid in hujusmodi electione esset inordinatum, atque præposterum, edita saluberrima Constitutione voluit injuste in concursu rejectis, interposita ad Metropolitanum, vel Episcopum viciniorem, vel Sedem quandoque Apostolicam appellatione, prælectum ad novum examen provocare, & Ecclesiam alteri non rite collatam, novo facto meritorum periculo, si ita jus esset, vindicare, & ne frivolæ appellationis diffugio locus esset, provide ibidem cautum est, dictæ appellationi in devolutivo tantum desecti oportere non suspensa, aut quoquo modo tetardata Prælecto ab ordinario Parochialis Ecclesiæ possessione.

Consultissime hujusmodi leges eum in finem institutæ, ne in tanti momenti re imperiti magistris, novi antiquis, rudes præferantur emeritis, violatæ sunt hominum fraude, & malitia, ipsa medela vulnus exasperantium. Sæpissime enim rejecti ab Ordinario dictæ Constitutionis obtentu, in vocem appellationis facile prorumpere, & minus legitima concurrente causa electos ab Episcopo ad novum examen provocare consueverant, illosque præterea relicta Gregis & Ecclesiæ custodia longum iter arripere, & diuturni laboris, temporis & pecuniæ impensa exhaustos, litem in secunda, tertia & ulteriori quandoque instantia sustinere cogebant. Quin etiam experientia compertum est, magno justitiæ detrimento litem ipsam absolvi: Quandoquidem ii, qui examini se subjecerant, atque in primævo concursu utpote legitimarum institutionum nescii selecti fuerant, longa postmodum decurrente lite, sedulam litteris ex industria novantes operam præferri aliis merebantur & acerbe succensebant Episcopo, judici quidem adeptæ, non autem adipiscendæ peritiæ per injuriam se fuisse rejectos.

„ Hinc apud bene moratos homines, & justitiæ vindices, frequens querelarum occasio: quibus sedandis cum Congregatio Concilii Tridentini interpres omne studium diligentiamque conferret, Nobis, qui Secretarii munere fungebamur, mandatum est, ut sermone, typis postea vulgato, rem sedulo expendere, ingruentis mali originem, & apta eidem avertendo remedia investigare pro viribus niteremur. Sensus hac de re nostros explicantes, vitio potissimum laborare comperuimus praxim examinis oretenus habiti, nec scriptis consignati. Electi siquidem ad curam animarum ab Ordinatio Collatore, & ad iteratum examen coram alio Judice provocati, jus legitimæ collationis tueri non poterunt certo, ac permanenti testimonio jam probatæ idoneitatis; sed a novi examinis alea, subeunda coram Judice appellationis gestarum rerum prorsus ignaro, tota res pendere videbatur. Quocirca gravi justitiæ detrimento recepta in foro erat opinio, provocari posse ad alium Judicem, nullo exhibito indebitæ rejectionis documento. Quod quidem cum a Sacrorum Canonum censura longius aberraret, facile huic corruptelæ occurri posse censuimus, si certa primum & apte disposita habendi examinis forma præscriberetur; si quæstiones examinatis propositæ, & consentaneæ illorum responsiones, totaque rei gestæ series in scriptis redigeretur; & si acta demum totius concursus ad Judicem appellationis integra asportarentur.

„ Inita a Nobis consilii ratio non solum arrisit Congregationi illam die 16. Novembris 1720. ratam habenti; sed etiam Pontificii Judicii accessione roborata fuit a Clemente XI. Ecclesiasticæ disciplinæ vindice, & assertore eximio. Utque locorum Ordinarii ea omnia filiali, quo par erat, obsequio, & diligentia exequerentur, iis datæ sunt die 10. Januarii 1721. opportunæ litteræ nostro calamo exaratæ, ejusdemque Pontificis sensu, & oraculo comprobatæ, quarum tenorem, etsi alias prælo commissum, & insertum in Bullario dicti Clementis Prædecessoris Nostri, congrue hic duximus referendum.

Reverendissime Domine uti Frater.

„ Quo Parochiales Ecclesiæ dignioribus personis gubernandæ traderentur, statuit, ut notum est, Sacrosancta Tridentina Synodus sess. XXIV. cap. XVIII. ut vacante Ecclesia Parochiali, indiceretur, & fieret concursus, ac postquam concurrentes ab Episcopo, vel ejus Vicario Generali, atque ab Examinatoribus Synodalibus saltem tribus examinati & approbati essent, Episcopus eum eligeret, quem ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam necessariis & opportunis, digniorem ceteris magisque idoneum judicaret. Adjecitque ad hanc Concilii Sanctionem validius confirmandam, re, & nomine Sanctissimus Pontifex Pius V. quod si unquam Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, elegisset, possent ii, qui rejecti essent, a mala hujusmodi electione ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus foret, ad viciniorem Ordinarium, ut Sedis Apostolicæ delegatum, vel alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac Prælectum ad novum examen coram ipso appellationis Judice, & ejus Examinatoribus provocare: ea tamen cautione, ut appellatio non in suspensivo, sed in devolutivo esse deberet: quemadmodum in ejus constitutione, quæ trigesima tertia est, fatius; concludendo quod, constito de prioris eligentis irrationabili judicio, illoque

„ revo-

„ revocato, Parochialis Ecclesia magis idoneo con-„ feratur.
„ Cum autem neque Concilii Decreto, neque „ Pontificis Bulla examinis in concursu peragendi „ forma, seu methodus ulla certa, ac peculiaris „ servanda proponatur; difficile dictu est, quanta „ examinum, aliorum alibi diversitas extiterit, at-„ que hinc occasio quærelarum. Nam alicubi, cum „ non eædem omnibus quæstiones, non iidem casus „ propositi fuissent, erant identidem qui, vel in „ Judicio, vel extra conquererentur, sibi quidem „ postpositis difficiliores, prælecto autem faciliores „ ad solvendum quæstiones propositæ fuerunt, sed „ neque has neque datæ a concurrentibus responsio-„ nes scripto, seu litteris consignabantur. Cum-„ que postmodum, nec raro contingeret ut e post-„ positis quispiam jure Bullæ supradictæ novum ad „ examen coram Judice appellationis, ejusque Exa-„ minatoribus electum provocaret: Sacra Congrega-„ tio usque ab anno 1603. considerans gravamen non „ alia ratione, quam novo examine probari posse, „ provocationem ad novum examen censuit admit-„ tendam, gravamine nec dum probato, & requisi-„ tis tantummodo probationibus in subsequenti judi-„ cio, in quo, probato per novum examen appellan-„ tis gravamine quoad doctrinam, probanda super-„ est ejusdem præ jam electo in reliquis ad regen-„ dam Ecclesiam requisitis præstantia, ut de majori „ alterutrius ad Parochialis Ecclesiæ gubernium ido-„ neitate sententia ferri possit, cum non continuo, „ si quis est doctior, is etiam aptior, seu magis „ idoneus ad id regimen habeatur, vel etiam ha-„ bendus sit. Quam Sacræ Congregationis senten-„ tiam scriptores, & Tribunalia laudarunt. Aliis „ vero in Diœcesibus laudabilis invaluit consuetu-„ do, ut eædem omnibus quæstiones, iidemque ca-„ sus proponantur; ac ne qua detur ansa Cancella-„ rio quidquam suo Marte abolendi, minuendi, „ mutandi, ut ipsimet concurrentes, quæ interroga-„ ti fuerint, quæque responderint, sua manu per-„ scribant. Atque Ordinarii, qui morem hunc lon-„ ge optimum in examinando tenuere, sacræ dein-„ de Congregationi etiam atque etiam consideran-„ dum reliquerunt, his, qui sic examinati essent „ atque postpositi, imposterum, ut solent, appel-„ lantibus, indulgenda nec ne statim electi novum „ ad examen provocatio, nulla gravaminis prære-„ quisita probatione videretur; cum isti ex actis „ primi examinis gravamen doctrinæ facile alioquin „ probare possent; quod alii, aliter nimirum exa-„ minati, probare, nisi secundo, seu novo exami-„ ne non poterant: nec defuere alii probitatis ac „ peritiæ in administrandis diu Ecclesiis laude præstan-„ tes, qui monerent, frænum aliquod hujusmodi ap-„ pellantium licentiæ tandem injiciendum, eorum-„ que jam nimis crebras novum ad examen provo-„ cationes esse reprimendas: quippe quæ vix um-„ quam sine magno Ecclesiarum damno contingunt. „ Nam cum novum examen coram Judice appella-„ tionis longe procul a Parochia peragendum sit, „ electus ab Episcopo, qui provocatur, Parochiam „ quam possidet, cogitur interea temporis deserere, „ eamque Œconomo, vel Vicario cuipiam, veluti „ sponsam ignotis custodibus, relinquere, sponso non „ parumper, sed diu sane absuturo, dum nempe, im-„ plicita, ut fit, lite, terna etiam, vel quaterna, „ alia ex aliis examina super præstantia primum do-„ ctrinæ, tum deinde aliorum, quæ ad integran-„ dam idoneitatem opportuna sunt, contentio-„ se multiplicentur, & commode, ne dicam o-„ tiose, transigantur, antequam deliberari pos-„ sit, utri concurrentium Parochia sit adjudicanda.

„ Ad tollendam non minus querelarum, quam in-„ commodorum occasionem Sacra Congregatio Con-„ cilii Tridentini Interpres, postquam rem o-„ mnem a capite repetitam in gemina sessione 1. „ Octobris, & 16. Novembris 1720. summo studio „ recognovit, tandem, Sanctissimo etiam annuente, „ statuit (quod per præsentes litteras encyclicas ex-„ equitur) omnes, & singulos Episcopos, aliosque „ Prælatos, penes quos sit jus, & auctoritas facien-„ di concursum, hortari, ut examen ejusmodi insti-„ tuere non graventur, quale jam, & multæ Diœce-„ ses, & Urbs ipsa observat, atque Apostolica etiam „ Dataria postulat, sive cum sede vacante vacat Ec-„ clesia aliqua Parochialis, ut dicitur, juxta Decre-„ tum, sive demum, cum, vacante in Collegiatis, „ aut Cathedralibus Ecclesiis dignitate aliqua majo-„ ri, annexam habente curam animarum, faciendus „ est concursus, atque ad Apostolicam Datariam „ transmittendus, ut notum est, atque in litteris, „ quæ de ordine Sanctissimi tunc a Dataria prod-„ eunt, clare præscribitur.

„ Vacante itaque Ecclesia Parochiali, quæ confe-„ renda sit per concursum, atque hoc solitis for-„ mulis indicto, hæc, quæ sequuntur, ex Sacræ „ Congregationis sententia, consilio, suasione ser-„ vanda proponuntur.

„ Primum nempe, ut assignentur eædem omnibus „ concurrentibus quæstiones, iidem casus, idemque „ textus Evangelii, super quo sermonis aliquid per-„ scribant ad probandam dicendi pro concione fa-„ cultatem.

„ Alterum, ut casus, & quæstiones resolvendæ di-„ ctentur omnibus eodem tempore, atque omnibus „ pariter eodem tempore Textus Evangelii tradatur.

„ Tertium, ut certum, idemque omnibus spatium „ temporis constituatur, intra quod casus resolvant, „ quæstionibus respondeant, conciunculam componant.

„ Quartum, ut omnes concurrentes in conclavi „ claudantur, unde, quamdiu scribent (dabitur „ enim omnibus scribendi copia) nemo eorum egre-„ di, neque alius quispiam eo ingredi, nisi post-„ quam scriptam confecerint, & exhiberint.

„ Quintum, ut omnes sua quisque manu tum res-„ ponsa, tum sermonem scribant, subscribantque.

„ Sextum, ut responsa quidem latine, sermo au-„ tem ea, qua ad populum haberi solet, lingua „ scribatur.

„ Postremum, ut unumquodque responsum, & „ unusquisque sermo, cum ab unoquoque concurren-„ tium exhibebitur, non solum ab eo, qui scripsit, „ atque a Cancellario concursus, verum etiam ab „ Examinatoribus, & ab ordinario, vel ejus Vica-„ rio, qui concursui interfuerint, subscribatur.

„ Peracto secundum hanc formulam concursu, „ collocataque ei, qui magis idoneus, ac dignior ju-„ dicatus fuerit, Ecclesia Parochiali, non admitta-„ tur appellatio aut a mala relatione Examinatorum, „ aut irrationabili Judicio Episcopi, nisi intra de-„ cem dies a die collationis interponatur.

„ Si quis autem hoc intra spatium appellaverit, „ actaque concursus petat ad judicem appellationis „ transferenda: mittantur vel acta ipsa originalia „ concursus clausa, & obsignata, vel certe unum „ aliquod authenticum eorum exemplum a Cancel-„ lario concursus, atque altero Notario collatum, & „ auscultatum coram Vicario, vel alio in Ecclesiasti-„ ca dignitate constituto, quem eligat Ordinarius, „ ad quem etiam Notarii Cancellario adjungendi e-„ lectio pertinebit, necnon ab Examinatoribus Sy-„ nodalibus, qui concursui interfuerunt, subscriptum.

„ Ex

„ Ex quibus dictis, vel authentico eorum exemplo, nisi gravamen, quoad doctrinam probet is, qui sic, ut præmittitur, examinatus, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili Judicio Episcopi appellaverit, novum ad examen provocandi facultatem a Sacra Congregatione frustra postulabit.

„ Quemadmodum, & in judicio appellationis persequi jus suum tentabit is, qui forte se gravatum doleat quoad reliqua, nisi, interposita mature, ut dictum est, appellatione ab irrationabili Judicio Episcopi, gravamen, quoad illa, ostenderit vel ex actis primi concursus, vel saltem ex attestationibus, & documentis extrajudicialibus etiam, sed non levibus.

„ Atque ita quidem sensit Sacra Congregatio, & Sanctissimus assensit. At si quis tamen ordinariorum aliter, ac supra descriptum est, concurrentium examina instituere perrexit, perget & Sacra ipsa Congregatio more pristino appellantibus, qui se gravatos dixerint, provocationem ad novum examen, nulla gravaminis prævia probatione, indulgere. Interim tamen, ne harum litterarum memoria dilabatur, vult eadem Sacra Congregatio, eas in unoiuscujusque Ordinarii Cancellaria perpetuo conservari. Cujus interea consilium, tum voluntatem dum ego omnibus significo, amplitudini tuæ fausta omnia a Cælo precor.

„ Romæ hac die 10. Januarii 1721. Amplitudinis tuæ.

Uti Frater

P. M. Card. Corradinus Præfectus.

P. Lambertinus Secretarius.

„ Quantum recta dispensandis Ecclesiasticis muneribus, administrandæ justitiæ, componendis dissidiis, continendisque in Officio Clericis proficeret saluberrima præmissarum legum institutio, satis superque experientia comperuimus, cum Anconitanam primum Ecclesiam, ac deinde Bononiensem Sponsam nostram paterna caritate cominus amplecteremur; Freti siquidem dictarum legum præsidio digniores Parochiis, & curæ animarum præfecimus, tantaque, benedicente Domino, id accidit animorum consensione, ut nemo quæstus sit, traditum minus digno celsioris loci præmium, vel minus juste alteri credita vacantis Ecclesiæ gubernacula. At quia certis admonemur indiciis non ita ad alios Episcopos contigisse, immo non deesse, qui privatis abrepti studiis, sæpe declinari, ac redarguere Judicium Episcopale præsumant: Nos propterea solliciti de impendis, prout decet, muneris nostri partibus, nonnulla præfatis litteris addenda, nonnulla vero tacite, breviterque ibidem tradita, clarius explicanda censuimus, ut recte omnia, atque ex ordine peragantur.

„ Mœrentes igitur audivimus, quod in plerisque Diœcesibus, etsi recepta sit laudabilis, firmiterque custodienda consuetudo in scriptis redigendi examen concurrentium; nihilominus Examinatorum suffragia in sola litterarum peritia versantur, nec illorum exquiritur sententia de Clericorum ætate, institutione, gravitate, & honestate morum, prudentia, muniis antea exercitis, & an tales demum sint, qui oves suas verbo, & exemplo juvare possint. Quam devia sit hujusmodi praxis a Tridentina semita, is plane intelliget, qui expendet verba relata cap. XVIII. Sess. XXIV. de Reform. *Peracto deinde examine renuntientur quotcumque ab iis idonei judicati fuerint moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis.* Idque probe noscens Congregatio ejusdem Concilii interpres pluries edixit, Examinatores suo deesse muneri, si doctrinæ tantum judices essent, nec inquirerent qui præ aliis probitate morum, laboribus, præstito antea Ecclesiæ obsequio, ceterisque dotibus ad Officium Parochi cumulate obeundum necessariis, essent idonei, & commendabiles.

„ Absoluto examine, ut cuique satis compertum est, sit tantummodo potestas Examinatoribus renuntiandi quoquot regendæ Ecclesiæ idoneos judicaverint, reservata uni Episcopo electio dignioris, quemadmodum sancitum est a Tridentino illis verbis: *Ex hisque Episcopus eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit.* At si quem Clericorum forte contigerit appellare a mala relatione Examinatorum, quorum cura unice versata fuerit in exquirenda doctrina, non facta uno eodemque tempore solerti etiam investigatione aliarum qualitatum, quæ Pastoris congruant officio: ordo Judicii secum feret, ut etiam Judex, ad quem provocatum fuit, in sola doctrinæ indagine immoretur: nec sine gravi animarum detrimento, & disciplinæ injuria præficiatur Ecclesiæ, qui litteris magis pollet, licet ad cetera minus aptus, & quandoque indignus; contra vero arceatur ille, qui licet impar doctrinæ merito, attamen moribus, gravitate, prudentia, probato nomine, diuturno Ecclesiæ famulatu, ac multiplici virtutum laude præcellit.

„ Factum præterea satis extirpandis abusibus non videtur, si tam Episcopus, quam Examinatores, conjunctis studiis, industriæ nervos omnes intenderint in conferenda concordi judicio Ecclesia personæ, quæ licet scientia, & litteris alteri concedat, majori tamen ceterarum qualitatum eminet ornamento: Si quidem postpositus, suæ nimium fidens doctrinæ, ab irrationabili judicio Episcopi non raro appellat; causaque ad judicem appellationis delata, idem totus est in perquirenda majori doctrina, ac reparando gravamine litterato homini irrogato, nusquam librato aliarum virtutum pondere, quæ in Appellante desiderantur: lugentque ut plurimum vigiles Ecclesiarum Antistites exitum hujusmodi appellationis, intimeque dolent, Parochias doctis, non aptis Pastoribus, ut dictum est, regendas committi.

„ At si judex etiam appellationis (quod raro evenit) tantum tribuens scientiæ, quantum satis majori, & accuratiori examine inquirat, qui mores hominum sint, quæ gravitas, prudentia, qui suscepti antea labores, quæ virtutum specimina, quæ demum totius antea actæ vitæ ratio, pascendo Gregi consentanea; tot Judici exhibentur attestationes ab Appellante ex industria collectæ, ut, revocato Episcopali Judicio tamquam irrationabili, non vereatur Judex succurrere eidem Appellanti, quem tam copiosa, tamque conspicua probitatis adjuvant documenta.

„ Demum, cum præcipue Episcopis tamquam in specula constitutis pateant subditorum excessus, contingere solet, ut in concursu tam inspecta scien-

,, scientia, quam motibus ille idoneus ab Examinatoribus renunrietur, cui fęda aliqua vitii labes, ac criminis macula inusta sit, omnibus præter quam Episcopo occulta. Si Episcopus justa suadente causa, crimine non revelato, eumdem criminosum tacitus preterierit, aliumque immune a sorde prælegerit; illico postpositus, simulato gravamine, provocat ad superiorem Judicem criminis ignarum, & consueto diffugio appellationis vehitur ad Pastorale fastigium, qui non potest consulere populo, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen.

,, Ne igitur improbi ingenii homines remedium appellationis ad justitiæ præsidium institutum, callide traducant ad iniquitatis defensionem: optimum factu aliquibus fortasse videretur, si appellatione quavis sublata, cura præficiendi rectores animarum prorsus relinqueretur Episcopis, rationem villicationis suæ Christo Judici tantum reddituris. Verum nullo pacto probare id possumus, quod adversaretur menti Concilii Tridentini, tacite permittentis appellationem in devolutivo a mala relatione Examinatorum, quemadmodum innuere videntur verba illa: *Nec prædictorum Examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, & appellatio etiam ad Sedem Apostolicam, sive ejusdem Sedis Legatos, aut Vice-Legatos, aut Nuntios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita impediat, aut suspendat*: cui sanctioni respondet etiam Constitutio Piana, admittens appellationem in devolutivo ab irrationabili Judicio Episcopi.

,, Qua de re, ut in hujusmodi negotio apte omnia, atque composite peragantur, Officii Nostri esse duximus, eum vobis, Ven. Fratres, gerendarum rerum ordinem præscribere, quem longo usu utilem agnovimus instituendis animarum Rectoribus, qui credito sibi Gregi præesse, & prodesse possit.

,, I. Episcopus, habita notitia vacationis Ecclesiæ, statim, ad præscriptum Tridentini, idoneum in ea deputet Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur.

,, II. Publico evulgetur edicto notitia concursus, congruo, & ab Episcopo præfinito tempore celebrandi: eodemque edicto omnes clare, & aperte moneantur, ut interim decurrente termino assignato coram Cancellario Episcopali, vel altero ab Episcopo deputato, suarum qualitatum, meritorum, & munerum probationes, attestationes tam judiciales, quam extrajudiciales, aliaque id genus documenta, quæ fraude vacent, exhibeant. Alioquin dicto termino elapso, documenta hujusmodi, quæcumque, & qualiacumque ea sint, nullatenus recipiantur.

,, III. Eveniente die concursus, a Cancellario Episcopali singulorum merita, qualitates, & requisita (ut vocant) incorrupta fide deprompta a juribus tempore habili exhibitis, in scriptis summatim redigantur. Porro copia epitomes tradetur non solum Episcopo, vel Vicario Generali vices illius obeunti, sed singillatim omnibus examinatoribus ad concursum adscitis, ut cum de scientia, tum de vita, moribus, aliisque regendæ Ecclesiæ necessariis dotibus ferant judicium.

,, IV. Die præstituta ab Episcopo habeatur concursus, servata accurate in omnibus forma tradita in supra relatis litteris anno 1721. editis, totaque rerum in eo gestarum series scriptis diligenter enucleetur. Porro Examinatores ad assequendum certam, & indubiam conjecturam scientiæ, postquam diligenter expenderint singulorum peritiam in evolvendo explicandoque oretenus aliquo Ecclesiasticæ doctrinæ capite, vel a SS. Patribus, vel a Sacro Concilio Tridentino, vel a Cathechismo Romano excerpto, ac pari diligentia libraverint a quolibet scripto datas responsiones quæstionibus propositis; & postquam demum deprehenderint qua quisque polleat gravitate sententiarum, & elegantia sermonis in conciuncula scripto pariter exarata, & textui Evangelico, vel altero dato themati accomodata: parem, ni forte majorem solertiam Examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitatibus, regimini animarum consentaneis, morum honestatem inquirant, gravitatem, prudentiam, præstita hactenus Ecclesiæ obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem, aliaque spectabilium virtutum ornamenta, doctrinæ arcto fœdere consocianda: hisque omnibus conjunctim expensis, inhabiles per sua suffragia rejiciant, & idoneos Episcopo renuntient.

,, V. Absoluto concursu ab Episcopo, vel, eo impedito, a Vicario Generali una cum Examinatoribus Synodalibus non paucioribus quam tribus, notula compendiaria requisitorum antea distributa tradatur Cancellario, qui illam comburat, vel penes acta secreto custodiat, & nemini ostendat, nisi de mandato Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis. Subinde vero Ordinarius, cum primum ei libuerit, eligat ex approbatis digniorem, nec illi possessio, ullo appellationis, vel inhibitionis obtentu, retardetur.

,, VI. Si quem Clericorum appellare contigerit a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Episcopi, coram Judice appellationis acta concursus integra omnino producat, & Judex nisi illis visis, & gravamine comperto, sententiam non pronuntiet. Præterea in ferenda sententia, ac reparando gravamine idem Judex innitatur solummodo probationibus ab actis elicitis tam respectu doctrinæ, quam aliorum meritorum. Quia vero a publica indictione usque ad diem habiti concursus tantum temporis intercessit, quantum satis fuit commode exhibendis necessariis juribus, attestationibus, requisitis, aliisque meritorum documentis; idcirco, ut quævis via fraudibus præcidatur, volumus, ac districte mandamus, ne dictas attestationes, fides tam judiciales, quam extrajudiciales, & documenta quæcumque studiose conquisita, & post concursum, ut ajunt, expiscata ullo modo recipiantur: non obstantibus supra memoratis litteris a Congregatione Concilii Tridentini interprete anno 1721. editis, quibus ad præmissorum effectum in hac parte derogamus; illis tamen in reliquis una cum omnibus in eis contentis firmiter in suo robore permansuris.

,, VII. Ubi vero Episcopus, posthabito uno, vel altero ex approbatis, Ecclesiam contulerit magis idoneo ob aliquam sibi tantum notam causam, quam censeat significari oportere Judici appellationis ad detergendam injustæ fortasse prælectionis notam, familiaribus litteris Judicem certiorem efficiat, inviolabilis secreti lege adjecta. Nemo sit, qui hanc praxim nostræ tribuat solertiæ, cum illa profluat a Tridentini Decretis. Sessione etenim XXIV. cap. XX. de Reform. ita disponitur. Præterea si quis in casibus a jure permissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu alias ob lapsum biennii, de quo supra

ad

,, ad alium Judicem recurrerit, teneatur acta omnia ,, coram Episcopo gesta ad Judicem appellationis ,, expensis suis transferre, EODEM TAMEN EPISCOPO PRIUS ADMONITO, UT SI QUID EI ,, PRO CAUSÆ INSTRUCTIONE VIDEBITUR, ,, POSSIT JUDICI APPELLATIONIS SIGNIFICARE.

,, Et quamvis jure nobis timendum sit, ne dicta ,, praxis monendi Judicem, a quo appellatum est, ,, in more olim posita, hac tempestate obsoleverit, ,, & a foro recesserit, attamen Episcopus (ut dictum est) si ex causa sibi tantum, & non aliis ,, nota, quæ tamen approbari digna sit, Ecclesiam ,, contulerit; illam Judici appellationis, datis secreto litteris, denuntiet, & aperiat. Sciant porro ,, Judices, delatas ab Episcopo causas, & rationes, ,, inviolabilis secreti fide esse custodiendas, nec parvi ,, pendendum esse testimonium illius Pastoris, cui ,, divino mandatur eloquio, oves suas agnoscere. ,, Facile enim credi non potest, Episcopos suæ non ,, minus, quam alienæ salutis adeo immemores, ut ,, non deterriti Divini interminatione Judicii, odio, ,, vel favore moveantur; & , in Sacrorum Canonum singularem injuriam, dicant malum bonum, ,, bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.

,, Si vero Episcopo fuit suspecta fides Judicis, ad ,, quem appellatum est, nec eidem revelanda censuerit hujusmodi occulta rationum momenta: illa ,, significet secretis litteris S. R. E. Cardinali Præfecto pro tempore Congregationis Concilii, qui ,, nec consilio, nec auctoritate deerit, quo minus ,, a Judice appellationis debitus justitiæ locus tribuatur.

,, Præterea quia æquitati etiam convenit, causas ,, appellationum, quæ magno litigantium dispendio, & Ecclesiæ pernicie immortales quandoque ,, existunt, quanta fieri potest brevitate terminari: ,, idcirco ubi a Judice appellationis lata sit sententia, quæ prælectioni factæ ab Episcopo omnino ,, sit conformis, nullus pateat novæ appellationi aditus, sed auctoritate rei judicatæ controversiæ ,, finis imponatur. Sin vero Judex appellationis aliter, quam Ordinarius, pronuntiaverit; liceat præelecto ab Episcopo, qui causa cecidit, ad alium ,, Judicem appellarc, firmiter interim retenta Parochialis Ecclesiæ possessione. Tandem postquam ,, tertius quoque Judex sententiam dixerit, ne partes ultra modum graventur laboribus, & expensis, præsertim quia agitur de cura animarum, cui ,, damnosum est, certi Pastoris destitui solatio, is ,, legitimum regendæ Ecclesiæ jus obtineat, cui duo ,, conformes assistunt sententiæ, nec ullum novæ ,, appellationis remedium succumbenti suffragetur.

,, His fane regulis, quamvis appellatio sublata non ,, sit, satis tamen præsidii comparatum esse arbitramur Ecclesiasticæ disciplinæ a recto gerendarum ,, rerum ordine. Unum supetest, ut proposita hactenus media debitæ executioni mandentur; eumque in scopum locorum Ordinarii vigilantiam ,, suam desiderari non patiantur. Ferendum quippe ,, non esset ad Nostri Apostolatus auditum novas in ,, dies deferri querelas, ac submovendis abusibus ,, novas implorati leges ab iis, qui jam præstitutas ,, negligunt.

,, Demum cum non raro contingat Ecclesias Parochiales, Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia, curam animarum habentia, a Sede Apostolica esse conferenda, vel quia vacaverint in ,, mensibus reservatis, vel quia ex alio capite dictæ ,, Sedi reservata sint: Nos Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes præcipimus, & mandamus, ut uno, vel altero eveniente casu, concursus ab Episcopo sine ullo discrimine indicatur, ,, nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia, ,, quam Nostris hisce litteris sibi tributam Episcopi ,, intelligant. Absoluto concursu, si res sit de Beneficiis curatis, quæ tantum ratione mensium reservata sint, Episcopus inter approbatos eligat ,, magis idoneum, Datariæ significet, nec acta concursus transmittat, nisi a Dataria, cum id opportunum duxerit, requirantur. Sin vero dicta ,, Beneficia, quibus cura imminet animarum, ex ,, alio quovis capite, quam mensium Apostolicorum, ,, S. Sedi reservata sint; eo sane casu, veteri non ,, immutato more, abstineat Episcopus a ferendo ,, dignioris judicio, & acta concursus ultro Datariæ ,, exhibeat.

,, Licebit tamen Ordinariis pro suo arbitrio familiaribus litteris Datario scriptis eidem denuntiare personam, quam censent regendæ Ecclesiæ magis ,, idoneam, eumdemque commonere, an occulta ,, aliqua, & in actis juste reticita subsit causa, quæ ,, cuipiam obstet ad Beneficium Curatum obtinendum. Nos ipsi postmodum ab hac sede omnium ,, Principe, & Magistra, luculento edocebimus exemplo quanti faciendum sit Episcopale judicium, ,, quantoque vos honore prosequamur, Vener. Fratres, in partem nostræ sollicitudinis evocatos; ,, quibus interim Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ,, die 14. Decembris 1742. Pontificatus Nostri Anno ,, tertio.

XLIII.

De Applicatione Missæ Parochialis pro Populo, Conventualis vero pro Benefactoribus Ecclesiæ.

Item de Divinæ Psalmodiæ cantu.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cunctisque locorum Ordinariis per Italiam constitutis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

,, CUm semper oblatas nobis occasiones Apostolica scripta dirigendi ad Fraternitates vestras ,, libenter amplectimur, ut sincere nostræ erga vos ,, dilectionis argumenta frequenter eluceant; tum ,, vero majori animi alacritate id ipsum præstamus, ,, quum ad excitandum Fraternitatum vestrarum ,, zelum pro conservatione rectæ disciplinæ in Clero regimini vestro commisso, prælentibus rerum ,, aut temporum conditionibus commovemur. Nec ,, enim impositum imbecillitati nostræ omnium Ecclesiarum sollicitudinis onus aliter sustinere Nos ,, posse confidimus, quam si Divini cultus argumentum, atque exactam Ecclesiasticarum Sanctionum ,, in singulis Diœcesibus custodiam religiosæ vigilantium Pastorum curæ, identidem inculcando, ,, commendemus.

,, Hujus porro Epistolæ ad vos scribendæ occasionem Nobis atque argumentum in primis præbet ,, onus illud, quod omnibus animarum curam gerentibus incumbit, applicandi Missam Parochia- ,, lem

„ lem pro Populo ipsorum curæ commisso tum etiam applicatio Missæ Conventualis, quæ pro Benefactoribus in genere facienda est ab iis, qui Missas canunt in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis; tum denique debitum psallendi, quo tenentur Canonici prædictarum Ecclesiarum Choro assistentes. Cujus quidem argumenti minime nova, sed a Scriptoribus frequenter habita tractatio est; cumque ea res in hujus Almæ Urbis nostræ Congregationibus, & potissimum in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cujus Secretarii munere olim in minoribus constituti multos annos perfuncti sumus, multoties discussa, ac definita fuerit, quamvis earundem Congregationum Decreta, plerumque circa ea uniformia, & sibi consona prodierint, eorumque Decretorum nonnulla etiam Pontificiam Prædecessorum nostrorum approbationem, & confirmationem meruerint; minime tamen mirandum esset, eorum notitiam ad singulos quosque vestrum non adhuc pervenisse. Quapropter non modo opportunum, verum etiam necessarium duximus, Encyclicam hanc Epistolam ad vos scribere, per quam sublata demum diversarum, in quas Scriptores abierunt, opinionum varietate, constans hujus Apostolicæ Sedis sententia prædictis de rebus cuilibet innotescat; Et Fraternitatibus vestris quædam veluti norma, ac regula suppetat, juxtam quam Synodales, aliasque vestras circa præmissas Constitutiones, Ordinationes, seu Edicta, quorum publicationem Vobis injungimus, dirigere valeatis. Eorum vero exequutionem, dum, juxta ea, quæ in præsentibus renenda, atque servanda præscribimus omni, qua decet, solicitudine, ac vigilantia urgere studebitis, minime dubitandum Vobis erit, ne Statutorum vestrorum implemento obicem, aut moram afferre valeant recursus ad hujus nostræ Curiæ Tribunalia forsitan habendi utpote quos omnino rejiciendos esse præcipimus, ac jubemus; quamobrem has ipsas litteras nostras in singulorum Tribunalium Regestis asservari volumus, atque ad earum præscriptum tam ipsorum Tribunalium resolutiones, quam de vestris Decretis, quæ ipsis præsentibus inhærentes edituri estis, judicia exigi, & conferri mandamus.

„ Et quidem quod nuper enunciavimus, Sacrosanctum Missæ Sacrificium a Pastoribus Animarum applicari debere pro Populo ipsorum curæ commisso, id veluti ex Divino præcepto descendens, a Sacra Tridentina Synodo discrte exprimitur sess. 23. cap. 1. *de Reformat.* per hæc notabilia verba: *Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre.* Et quamvis minime defuerint, qui per inanes, & frivolas interpretationes hujusmodi obligationem a Sancta Synodo memoratam de medio tollere, vel saltem extenuare contenderint; quum tamen relata Concilii verba satis clara, & perspicua sint, quumque prædicta Congregatio ejusdem Concilii Interpretationi privative præposita, constanter edixerit, eos quibus animarum cura demandata est, non modo Sacrificium Missæ celebrare, sed illius etiam fructum medium pro Populo sibi commisso applicare debere, nec illud pro aliis applicare, aut pro hujusmodi applicatione eleemosynam percipere posse; quodque magis interest, quum hæc intelligentia a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus approbata fuerit, & confirmata; nihil jam amplius ulli vestrum desiderandum superest, ut eam amplecti, eidemque obsequi, nec non illius promptam executionem in vestris respective Diœcesibus omni studio procurare debeatis.

„ Neque Nos tamen, qui, ut superius innuimus, in minoribus adhuc degentes, munus Secretarii prædictæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis plures annos obivimus, aliosque non paucos partim in Anconitanæ Cathedralis, partim in Metropolitanæ Bononiensis, Patriæ nostræ dilectissimæ, quam adhuc retinemus, gubernatione assidue transegimus, non inquam Nos latent multiplicis generis effugia, per quæ nonnulli prædictæ obligationis implementum declinare satagunt, quibusque proinde opportune a Nobis est occurrendum.

„ Quum enim Sacrum Tridentinum Concilium, ne Animarum cura negligatur, non uno in loco Episcopis mandet, ut quotiescumque opus fuerit, idoneos Vicarios cum certorum fructuum assignatione ad eandem curam excercendam eligant, ac deputent, uti videre est in *sess. 6. cap. 2. sess. 7. cap. 5. & 7. sess. 21. cap. 6. sess. 25. cap. 16.* non raro autem eveniat, ut aliqua Ecclesia Parochiali vacante, Vicarius pariter ad implenda hujusmodi Ecclesiæ onera, usque ad novi Rectoris electionem, ab Episcopo deputari debeat, eodem Concilio Tridentino id jubente *sess. 24. cap. 18. de Reform.* nonnulli ex hujusmodi Vicariis nituntur se ipsos a prædicta obligatione subtrahere, vel ex eo quod, habituali cura penes alium, seu alios residente, ipsi actualem dumtaxat exerceant; vel quod ipsi sint ad nutum amovibiles; vel ad breve tempus hujusmodi curæ sint addicti: ut nihil hic loquamur de Parochis Regularibus, qui a prædicta applicatione Missæ pro Populo nonnunquam alienos se ostendunt. Itaque mens nostra, & sententia est sicuti etiam pluries a prælaudatis Congregationibus judicatum fuit, ac definitum, quod omnes, & singuli, qui actu Animarum curam exercent, & non solum Parochi, aut Vicarii Regulares, uno verbo omnes, & singuli, de quibus supra dictum est, atque alii quicumque etiam specifica, & individua mentione digni, æque teneantur Missam Parochialem applicare pro Populo, ut præfertur, ipsorum curæ commisso.

„ Nonnulli vero ad evitandum hujusmodi obligationis implementum, allegare solent, congruos sibi Parochiæ suæ reditus non suppetere; alii denique ad inveteratam consuetudinem confugiunt, sustinentes id neque sibi, neque decessoribus suis, per longum tempus, quod immemorabile affirmant, unquam in usu fuisse. Nos autem ad præcedentes prædictæ Congregationis Concilii resolutiones nostram approbationem, & confirmationem extendimus, & quatenus opus sit, Auctoritate Apostolica iterum tenore præsentium decernimus, & declaramus, quod licet Parochi, seu alii, ut supra, Animarum curam habentes, congruis præfinitis reditibus destituantur, & quamvis antiqua, seu etiam immemorabili consuetudine in ipsorum Diœcesibus, seu Parochiis obtinuerit, ut Missa pro Populo non applicaretur, eadem nihilominus omnino imposterum ab ipsis debeat applicari.

„ Dum tamen diximus, omnes animarum curam habentes Missæ Sacrificium pro Populo sibi commisso applicare debere, non ideo statuere volumus, eosdem aut quotidie, aut quoticscumque celebraverint, ad prædictam applicationem pro Populo teneri. Et quidem Sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 23. cap. 14.* præcipit Episcopis curare, ut Sacerdotes saltem diebus Dominicis, & Fe-

,, Festis Solemnibus Missarum Sacra faciant, *si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, Missas celebrent*; in pluribus autem Synodalibus Episcoporum Constitutionibus novimus provide constitutos, ac designatos esse dies, quibus animarum Pastores Missas celebrare debeant. At vero Nos id unum in præsenti suscepimus decernendum, quando nimirum iidem pro Populo celebrare, & applicare teneantur; Et quamvis compertum habeamus id, quod alias a Congregatione Concilii responsum fuit, Parochum nempe pinguibus reditibus dotatum quotidie pro Populo celebrare, & applicare debere; eum vero qui uberioribus hujusmodi reditibus non gaudeat, festivis tantum diebus id ipsum præstare teneri; quum tamen pariter Nobis perspectæ sint, tum controversiæ super hoc ipso exortæ, nimirum ad quam summam pertingere debeant Ecclesiæ Parochialis proventus, ut pingues, & uberes appellari possint, quoniam pingues minime habendi sunt reditus, etiam copiosi, quibus tamen multiplicia, & gravia sint onera adnexa; tum etiam multorum querelæ adversus hujusmodi decretum, tanquam plus æquo rigidum, excitatæ, Nobis innotescant; Idcirco opportunum censemus Fraternitatibus vestris declarare, Nobis abunde satisfactum fore, vobisque proinde satis esse posse, dum ii, qui animarum curam exercent, Sacrificium Missæ pro Populo celebrent, atque applicent in Dominicis, aliisque per annum diebus Festis de præcepto; quum prædicti Dominici, aliique Festi dies ii sint, in quibus juxta præceptum Concilii Tridentini *sess.* 5. *cap.* 2. & *sess.* 24. *cap.* 4. quilibet animarum curæ præpositus Populum sibi commissum salutaribus verbis pascere debet, docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem; iidemque sunt dies, de quibus eadem Sancta Synodus statuit, ut *moneat Episcopus Populum diligenter, teneri unumquemque Parochiæ suæ interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum Verbum Dei*; Et quibus Parochi Subditos suos in Doctrina Christiana erudire debent, juxta id, quod a prædicto Concilio in *citat. cap.* 4. Episcopis præcipitur, ut nempe *saltem Dominicis, & aliis Festivis diebus pueros in singulis Parochiis, Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & Parentes, diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curent*.

,, Et quia in nonnullis Dioecesibus numerus dierum Festorum de præcepto, de Apostolica nostra auctoritate, & consensu, eatenus est imminutus, ut nempe in aliquibus Festis Christifideles, & Missam audire, & ab operibus servilibus abstinere debeant; in aliis vero Populo permissum sit opera servilia exercere, firma remanente obligatione audiendi Missæ Sacrificium; Nos ut obortæ jam dubitationes circa onus applicationis Missæ Parochialis in hujusmodi diebus Festis penitus eliminentur, statuimus, & declaramus, quod etiam iisdem Festis diebus, quibus Populus Missæ interesse debet, & servilibus operibus vacare potest, omnes animarum curam gerentes Missam pro Populo celebrare, & applicare teneantur.

,, Quia vero propria nonnunquam experientia satis agnovimus, aliquos esse Parochos adeo pauperes, ut ferme ex eleemosynis, quas a Fidelibus pro Missarum celebratione accipiunt, vivere cogantur: eos vero, qui, Ecclesia Parochiali vacante, ad animarum curam exercendam, sub Vicarii, seu Oeconomi nomine, deputantur, aliquibus in locis adeo illiberaliter tractari, ut exigui reditus ipsis constituti, & pauca incerta emolumenta eisdem obvenientia, ægre ad eorum vitæ necessaria sufficiant; quod iis quoque non raro evenire solet, qui in aliquibus Ecclesiis, habituali cura apud alios manente, actualis tantum exercitio sunt addicti; proindeque cum istis severe nimis agi videretur, si diebus Festis, quibus potissimum hujusmodi occasio se offert, eisdem vetitum esset eleemosynam pro applicatione Missæ recipere: Idcirco Nos tam istorum, quam illorum inopiam summopere miserantes, eisdemque, quantum Nobis integrum est, consulere volentes; quamvis, ut supra dictum est, omnes, & singuli prædicti teneantur diebus Festis Missam pro Populo celebrare, & applicare; attamen quod pertinet ad prædictos Parochos egentes, unicuique vestrum facultatem concedimus, cum iis, quos revera tales esse noveritis, opportune dispensandi, ad hoc ut, etiam diebus festis hujusmodi, eleemosynam ab aliquo pio offerente recipere, & pro ipso Sacrificium applicare, quatenus id ab eo requiratur, libere, & licite possint, & valeant; dummodo ad necessariam Populi commoditatem, in ipsa Ecclesia Parochiali Missam celebrent; ea tamen adjecta conditione, ut tot Missas infra hebdomadam pro Populo applicent, quot in diebus festis, infra eandem hebdomadam occurrentibus, juxta peculiarem intentionem alterius pii Benefactoris obtulerint.

,, Quod autem spectat ad Vicarios, sive Oeconomos Ecclesiarum vacantium, quum a Sacro Tridentino Concilio *citat. sess.* 24. *cap.* 18. cuilibet Episcopo tribuatur facultas eos deputandi, & constituendi, *cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione*, vestrum erit, Vener. Fratres cum iis agere, qui vacantis Ecclesiæ fructus exigunt, ut egenti Vicario, qui exigua hujusmodi certorum fructuum assignatione, paucisque incertis proventibus gaudeat, congruum aliquod augmentum præbeatur pro onere celebrandi, & applicandi Missam pro Populo diebus festis. Quapropter pro iis locis, in quibus Ecclesiarum vacantium fructus ad commodum Cameræ nostræ Apostolicæ exiguntur, opportuna Thesaurario nostro Generali mandata dirigimus, quæ is denunciare non permittet peculiaribus dictorum locorum collectoribus, cum quibus Episcopi Ecclesiasticæ nostræ Ditionis, cæterorumque locorum, in quibus, ut præfertur, Ecclesiarum vacantium fructus ad Cameram prædictam pertinent, officii sui partes in eum finem, de quo supra diximus, interponere debebunt.

,, Ac demum, quoad illos, qui tanquam Vicarii, sive perpetui, sive ad tempus constituti, Animarum curam administrant, quæ apud alios habitu residet, ratione alicujus Ecclesiæ Parochialis, ipsorum Ecclesiis, seu Monasteriis, Collegiis, aut Locis Piis olim unitæ; quamvis a recol. mem. Prædecessore nostro S. Pio Papa V. præfinita fuerit certa pars fructuum hujusmodi Vicariis assignanda, prout in ipsius Constitutione, quæ incipit: *Ad exequendum*, data Kalendis Novembris Anni MDLXVII. distincte statuitur; nihilominus ubi præscripta fructuum portio, vel nullo modo, vel non integre Vicariis prædictis assignata reperiatur, vel etiam ubi ea, quæ ad normam prædictæ Constitutionis eisdem fuerit attributa, minime sufficiens a vobis reputetur, propter temporum circumstantias, & signanter pro implendo onere celebrandi, & applicandi Missam pro Populo diebus Festis de præcepto; Utendum vobis erit potestate, quam fecit Episcopis Synodus Tridentina *sess.* 7. *cap.* 7. dum illorum arbitrio permisit juxta temporum, atque injunctorum onerum

,, ta-

„ rationem, congruam prædictis Vicariis fructuum „ portionem assignare; quam ob causam Nos etiam „ Fraternitatibus vestris, quatenus opus sit, neces„ sarias omnes, & opportunas facultates imperti„ mur; quibuscumque appellationibus, privilegiis, „ aut exemptionibus, ut in eodem Concilio sanci„ tur, adversus ea, quæ salubriter a vobis consti„ tuta fuerint, minime suffragantibus.

„ Hæc igitur circa Missam Parochialem statuen„ da, & Fraternitatibus vestris denuncianda judica„ vimus. Indeque gradum facientes ad ea quæ per„ tinent ad Missam Conventualem neminem ve„ strum latere putamus Sacrorum Canonum san„ ctiones, quibus præcipitur, ut singulis diebus in „ Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathe„ dralibus, & Collegiatis, tum horæ canonicæ de„ bitis modo, & forma recitentur, tum etiam Mis„ sa Conventualis celebretur; quæ adeo claræ sunt, „ ut nulla super iis oriri possit dubitatio. Eaque „ de re perspicuæ pariter, & per omnia uniformes „ existunt Resolutiones ab hac Congregatione Ven. „ Fratrum nostrorum Concilii Tridentini Interpre„ tum repetitis vicibus emanatæ, quas omnes Apo„ stolica Auctoritate nostra confirmamus, & appro„ bamus, earum executionem Vobis enixe inculcan„ tes.

„ Ut scilicet Missa Conventualis, quæ singulis „ diebus canitur a Clero prædictarum Ecclesiarum, „ pro earundem Benefactoribus in genere quotidie „ applicetur; eodem prorsus modo, quo Missam „ Parochialem ab iis, qui curam animarum gerunt, „ pro Populo sibi commisso, singulis saltem diebus „ Festis de præcepto, applicari debere superius de„ claravimus. Itaque date operam, ut falsam quo„ rumdam opinionem eliminetis, quam in aliqui„ bus Ecclesiis ejusmodi, sive dolo malo, sive per „ errorem invectam esse novimus, quod nempe dum „ Missa Conventualis pro certo aliquo Ecclesiæ Be„ nefactore, vel grati animi ergo, vel ex vi oneris „ impositi celebratur, & applicatur, satis impletum „ censeatur debitum applicationis Missæ Conven„ tualis. Etenim hujusmodi debitum non quidem „ respicit singulares aliquos Benefactores, sed Be„ nefactores in genere cujuslibet Ecclesiæ, cujus ser„ vitio addicti sunt, quicumque in eadem sive Digni„ tates, sive Canonicatus, sive Mansionariatus, sive „ Beneficia Choralia obtinent, & Missam Conventua„ lem suis respective vicibus celebrant.

„ Neque minus improbandam noveritis aliorum „ sententiam, qui satis putant supradictam obliga„ tionem impletam esse, dum in eorum Ecclesiis „ pro Benefactoribus in genere aliquæ interdum „ preces fiunt, vel anniversaria statis diebus Sacri„ ficia pro illis peraguntur. Nemo enim id sibi ar„ rogare debet, ut impositæ obligationi alia ratio„ ne satisfacere possit, quam ea, quæ a lege Ec„ clesiastica multoties præscripta fuit; nimirum „ Missam Conventualem singulis diebus pro Bene„ factoribus celebrando, eandemque pro illis in ge„ nere applicando.

„ Profecto non solum prioribus Ecclesiæ sæculis, „ verum etiam temporibus, haud longe a nostra æ„ tate remotis, (quod Vos ex Historia Ecclesiæ di„ dicisse non dubitamus) servabatur olim in singu„ lis Ecclesiis series accurata omnium, & singulo„ rum, quorum liberalitate unaquæque aucta fuerat, „ eorumque nomina Sacris Dipthychis, ut enim „ vocabantur, ideo consignata erant, ut eorum„ dem recordatio nunquam interiret, utque pro iis „ tum preces funderentur, tum etiam Missæ Sacri„ ficium offerretur; quam ob causam etiam prædi„ ctus Catalogus in plerisque Ecclesiis ob oculos „ Presbyteri Celebrantis apponi consuevit; licet ii„ dem pii Benefactores in suis donationibus nihil „ penitus pro se pacti essent, sed tantummodo pro „ peccatorum suorum remissione se bona sua Deo „ offerre declarassent. Ecclesiarum siquidem Præsu„ les preces pro iis imperandas esse duxerunt; quam„ vis illi propria bona offerentes ne verbum qui„ dem ea de re fecissent. Sacrorum hujusmodi Di„ ptychorum usus sensim defecit; ob idque in obli„ vione jacent alicubi complurium Benefactorum „ nomina. At non idcirco deserere fas est usum, „ & disciplinam orandi pro iis, & Sacrificium Mis„ sæ pro illis offerendi. Atque inde præceptum ap„ plicandi Missam Conventualem pro Benefactori„ bus in genere, originem, atque rationem desu„ mit.

„ Quemadmodum vero, loquendo de Missa Paro„ chiali, superius dictum est, varias excusationes „ afferri solere, ad declinandam illius applicatio„ nem pro Populo diebus festis de præcepto; ita „ pariter usuvenit quoad applicationem quotidia„ nam Missæ Conventualis pro Benefactoribus in „ genere. Ut autem superiores illæ, sic etiam hæ „ posteriores provide e medio sublatæ fuerunt per „ opportunas Congregationis Concilii Tridentini re„ solutiones, quas proinde in his etiam auctoritate „ nostra approbamus, & confirmamus.

„ Nonnulli siquidem obtentu contrariæ consuetu„ dinis, etiam immemorabilis in propria Ecclesia „ vigentis, se ab hujusmodi onere eximi posse sibi „ persuaserunt. Verum jam pluries responsum fuit, „ hujusmodi consuetudinem, licet immemorabilem, „ quæ potius abusus, & corruptela dicenda est, ne„ mini suffragari. Alii a Missa pro Benefactoribus „ in genere applicanda se excusatos voluissent, ex „ eo quod alio quopiam Missarum onere obstricti „ inveniantur, vel ratione proprii Canonicatus, „ aut alterius Beneficii Ecclesiastici, quod insimul „ cum Canonicali præbenda obtinent; vel quia præ„ ter munus Canonici, seu Beneficiati, aut Man„ sionarii in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata, „ quum etiam in eadem, vel in alia Ecclesia Paro„ chialem curam exerceant, dum Missam Conven„ tualem canunt diebus festis de præcepto, debent „ pro Populo sibi commisso eam applicare, ac pro„ inde nequeunt eandem pro Ecclesiæ Benefactori„ bus specialiter offerre. Sed his quoque obviam „ itum est, jubendo singulis prædictis ut Missam „ Conventualem, quam canunt, pro Ecclesiæ Be„ nefactoribus in genere applicent; pro aliis vero; „ pro quibus ipsi peculiariter Missam applicare te„ nentur, alterum substituant, qui ipsorum loco „ Missam hujusmodi celebret, applicetque.

„ Aliorum pariter exceptio fuit, quod Missa Con„ ventualis non semper a Canonicis, aut Dignita„ tibus celebretur, sed aliquando etiam a Benefi„ ciatis, aut Mansionariis; quos minus æquum vi„ detur pro Missæ celebratione omni eleemosyna „ carere, quæ unde desumi valeat, ignoratur. Cui „ tamen rei pariter consultum est, demandando, „ ut ea desumatur ex massa distributionum.

„ Alii demique obtenderunt exiguitatem hujusmo„ di distributionum, quæ ob detractam eleemosy„ nam quotidianam pro Missa Conventuali, ad ni„ hilum fere redactæ, vix foret, ut ab aliquo cu„ rarentur, cum magno detrimento servitii Eccle„ siæ præstandi. Tridentina quidem Synodus *sess.* „ 24. *cap.* 15. opportunas rationes ostendit, quibus „ Canonicalium Præbendarum inopiæ valeat provi„ deri. Si vero designatam a Concilio viam, ut „ fere evenire solet, nequaquam iniri posse contin„ gat, reliquum erit ad Congregationem Concilii „ recursum habere; cujus erit, perspecto ex vestris „ relationibus rerum statu, Auctoritate Apostolica a

„ Præ-

„ Prædecessoribus nostris eidem impartita, & a nobis etiam præsentium tenore confirmata, quotidianam applicationem Missæ Conventualis pro Benefactoribus in genere, ut alias ad Festos tantummodo dies reducere.

„ Non modo Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis injunctum repetitur, ut quotidie Missa Conventualis in eisdem canatur, sed etiam in Rubricis Generalibus, quarum exactissimam Fraternitatibus vestris custodiam commendamus, præscribitur, ut certis diebus non una, sed binæ, atque etiam aliquando tres Missæ Conventuales uno die celebrentur. Itaque quum nuper a nobis dictum fuerit, primam Missam Conventualem quotidie pro Benefactoribus in genere celebrandam, & applicandam esse, nunc expendendum superest, an earundem Ecclesiarum Capitula jurisdictioni vestræ respective subjecta adigere debeatis, ut alias quoque Missas, si plures, ut præfertur, celebrari contigerit, pro Benefactoribus in genere similiter applicent.

„ Hujusmodi quæstio ab aliquibus ex vobis Ecclesiastico zelo flagrantibus supradictæ Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Concilii Tridentini Interpretum proposita est. Jamque ante illius propositionem compertum fuerat, alias ab eadem Congregatione responsum fuisse, concedendam esse exemptionem ab onere applicandi secundam, & tertiam Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere, attenta Canonicatuum, & Beneficiorum tenuitate; ex quo inferri poterat, hujusmodi applicationis debitum manere, ubi de Ecclesiis pauperibus non ageretur. Verum quum hanc definiendæ quæstionis regulam apud prædictam Congregationem non admodum veteri observantia firmatam probe noverimus, cumque hujusce dubii solutionem eadem Congregatio nuper judicio nostro remittendam esse censuerit; Nos ita judicamus, idque vobis tenendum indicimus, laudandos nempe, & confirmandos esse, quotquot sponte sua secundam, aut tertiam Conventualem Missam pro Benefactoribus in genere applicant, qui vero idem agunt ex vi consuetudinis in ipsorum Ecclesia vigentis, iis imperandum, ut in ea consuetudine perseverent. Ubi vero id usu receptum non invenitur, liberam omnino secundæ, tertiæque Missæ Conventualis applicationem celebrantibus relinquendam esse, dummodo in Commemoratione pro Defunctis Ecclesiæ Benefactorum in genere non obliviscantur.

„ Huic demum Epistolæ nostræ finem imponentes, Fraternitates vestras enixe hortamur, ut maximam curam, & vigilantiam in id conferatis, ut in Ecclesiarum vestrarum Choris, præter devotam celebrationem, debitamque applicationem Missæ Conventualis, Horæ Canonicæ non præpropere, sed exacte, pausa nempe interposita, & maxima, qua decet, reverentia, ac religione canantur. Equidem scimus in aliquibus Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis inter Canonicos eam opinionem invaluisse, ut se munus suum satis implere contendant, dum Choro præsentes assistunt, licet ipsi sibi silentium imperent, neque psallentibus Beneficiatis, aut Mansionariis in cantu se adjungant. In hujusce vero opinionis confirmationem adduci ab iisdem solent inveteratæ consuetudines, statuta peculiaria, aut etiam prætensa Ecclesiarum suarum privilegia. At quum Synodus Tridentina *sess.* 24. *cap.* 12. loquens de Dignitatibus, & Canonicis, qui Choro interesse debent, unum ex eorum officiis esse dicat, *in Choro ad psallendum instituto, Hymnis, & Canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare*; quumque pauca omnino sint Capitula, in quibus eo modo a Canonicis in Choro assistitur, ideoque receptæ in universa Ecclesia disciplinæ paucos illos adversari dignoscatur; quum insuper opinio illa nunquam in Congregatione Concilii Tridentini interpretationi præposita examinata sit, quin statim explosa fuerit, & improbata; quamvis præsumptis consuetudinibus, aliisque fundamentis, & rationibus innixa perhiberetur, Canonicis etiam Ecclesiarum Patriarchalium hujus nostræ Urbis super hoc instantibus; quum denique idem judicium prolatum reperiatur a pluribus Conciliis Provincialibus ab hac etiam Apostolica Sede approbatis, & confirmatis; nihil jam reliquum esse videtur, quominus pauciores universorum legi se accommodent. Equidem minime nobis compertum est, quo peculiari titulo suffulti persuasum habeant unius, vel alterius Ecclesiæ Canonici se muneri suo satisfacere per simplicem in Choro assistentiam, absque Divinæ Psalmodiæ Cantu. Verum nisi illis præsto sit Apostolicum, non præsumptum, vel abrogatum, sed legitimum, ac vigens Privilegium, sive Indultum, jure, ac merito verendum est, ne isti dum ita se gerunt, Præbendarum, & distributionum fructus minime suos faciant, & consequenter ne ad eorum restitutionem teneantur. Quapropter vestrum erit, Venerabiles Fratres, hæc omnia illis aperire, ut neque Nobis, neque Vobis apud Divinum Judicem fraudi sit, si in hujusmodi re, quæ tanti est momenti, utpote quæ ad Ipsius Dei cultum proxime spectat, abusus, & corruptelas, quas arguendo, & increpando evellere debeamus, dissimulatione, ac silentio nostro fovisse, & confirmasse inveniamur. Interea Fraternitatibus vestris, quas intimo cordis affectu complectimur, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XIX. Augusti MDCCXLIV. Pontificatus nostri anno quarto.

XLIV.

DECLARATIO,

Quod absolutio impertita complici Mulieri in carnali peccato, non sit Casus S. Officii.

1744.

„ Illustre, e Reverendissimo Signore come Fratello. La Santità di Nostro Signore si è espressa, ed ha ordinato, che ciò si notifichi con Lettera circolare a tutti i Vescovi, e Padri Inquisitori, il che ora si adempie con V. S. = che il caso del Confessore, che assolve la Donna complice nel peccato carnale contro la sua costituzione emanata il primo Giugno 1741. non è caso del Sant' Offizio: Per lo che ella dovrà astenersi dal prendere in questa materia, o Dinunzie, o spontanee Comparse, o sia del Confessore assolvente, o della Donna assoluta.

„ Questo avvertimento siccome servirà di regola a V. S. così dovrà ella comunicarlo a tutti li suoi Vicarj, che hanno facoltà di far Processi in

„ ma-

„ materia di Fede, acciocchè colla dovuta attenzione invigilino all' esecuzione del presente Ordine, e Dio la prosperi.

Roma 26. Settembre 1744.

Di V. S.

Come Fratello

T. Cardinale Ruffo Decano.

XLV.

DECLARATIO

Super Constitutione, quę incipit: Sacramentum Pœnitentię Adversus solicitantes

Anno MDCCXLI. edita.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

„ Apostolici muneris partes in procuranda præcipue rerum sacrarum pura, illibataque pœnitus administratione versari debere probe intelligentes, non modo, & assiduis hortationibus, & justa, obi res postulat, legum severitate, ut ab Ecclesiasticis quibusque Ministris Sancta sancte tractentur, quantum cum Domino possumus, providere studemus, verum etiam leges ipsas, ne forte sinistris interpretationibus in alterutram extremam partem, aut immoderati rigoris, aut detestabilis laxitatis perperam detorqueantur, opportune communire, ac roborare pro earumdem tuendo vigore, cum occasio popofcerit, non prætermittimus. Sane cum Nos alias per quamdam nostram Constitutionem, cujus initium est: *Sacramentum Pœnitentiæ*, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Kalendis Junii, Pontificatus Nostri Anno primo, editam omnibus, & singulis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus interdiximus, & prohibuimus, ne aliqui eorum; extra casum extremæ necessitatis; nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, Confessionem Sacramentalem personæ complicis in peccato turpi atque inhonesto, contra sextum Decalogi præceptum commisso, excipere auderet; Itaut absolutio, si quam impertivisset, nulla, atque irrita omnino esset, tamquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, & facultate ad valide absolvendum necessaria ipsi per Nos vigore ejusdem Constitutionis adempta privatus existeret, & alias prout in memorata Constitutione, cujus tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum Nos subinde super ea dictæ Constitutionis parte, quæ mortis articulum respicit, dubitationes quasdam exortas fuisse accepimus, quarum resolutionem privato cujusque judicio relinquendam minime existimamus, ne Lex incertis conjecturis, & opinionibus jactata in sensus a mente nostra alienos forsitan distrahatur, ejusque vigor paulatim langueat, atque enervetur: Hinc est, quod Nos omnem dubitandi rationem, quantum cum Domino possumus, de medio auferre cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine memoratam Constitutionem nostram cum omnibus, & singulis in ea contentis tenore præsentium, quatenus opus sit, confirmamus, illamque integre, pœnitus, & omnino, atque ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari præcipimus, & mandamus. Præterea habita super his cum Venerabili Fratre Nostro Vincentio Episcopo Prænestino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Petra nuncupato Pœnitentiario Nostro Majori, ac dilectis Filiis Officii Pœnitentiariæ Apostolicæ Ministris, qui rem jussu nostro mature perpenderunt, deliberatione, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus edicimus, ac declaramus, eadem Constitutione singulis, ut supra, Sacerdotibus, quem admodum interdictum non est in mortis articulo personam in prædicto turpi peccato complicem confitentem audire, atque ab hujusmodi quoque culpa rite contritam absolvere, deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, ita interdici re ipsa, & prohiberi prædicto modo tunc audire, & absolvere, ut si alius aliquis Sacerdos non defuerit, etiamsi forte iste alius simplex tantummodo Sacerdos fuerit, sive alias ad Confessiones audiendas non approbatus, possit nihilominus ipse Sacerdos simplex Confessionem excipere, ac absolutionem impertire: Porro si casus urgentis qualitas, & concurrentes circumstantiæ, quæ vitari non possint, ejusmodi fuerint, ut alius Sacerdos ad audiendam constitutæ in dicto articulo personæ confessionem vocari, aut accedere sine gravi aliqua exoritura infamia, vel scandalo nequeat, tum alium Sacerdotem perinde haberi, censerique posse, ac si revera abesset, atque deficeret, ac proinde in eo rerum statu non prohiberi socio criminis Sacerdoti absolutionem pœnitenti ab eo quoque crimine impertiri. Sciat autem complex ejusmodi Sacerdos, & serio animadvertat, fore se re ipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversus prædictam nostram Constitutionem inobedientiæ, latisque in ea pœnis obnoxium, si prædictæ infamiæ, aut scandali pericula sibi ultro ipse confingat, ubi non sunt: imo intelligat, teneri se graviter hujusmodi pericula, quantum in se erit, antevertere, vel removere opportunis adhibitis medIis, unde fiat, ut alteri cujusvis Sacerdoti locus pateat illius confessionis absque illius Infamia, vel scandalo audiendæ. Ita enim ipsum teneri vigore memoratæ nostræ Constitutionis declaramus; & nunc quoque ita ipsi faciendum esse districte mandamus, & præcipimus. Quod si idem Sacerdos, aut quovis modo sese nulla gravi necessitate compulsus ingesserit, aut ubi infamiæ, vel scandali periculum timetur, si alterius Sacerdotis opera requirenda sit, ipse ad id periculum avertendum congrua media adhibere de industria neglexerit, atque ita personæ in dicto crimine complicis, eoque in articulo, ut præfertur, constitutæ Sacramentalem Confessionem excipere, ab eoque crimine absolutionem largiri nulla, sicut præmittitur, necessaria causa cogente præsumpserit, quamvis hujusmodi absolutio valida futura sit, dummodo ex parte pœnitentis dispositiones a Christo Domino ad Sacramenti Pœnitentiæ valorem requisitæ non defuerint: Non intendimus autem pro formidando mortis articulo eidem Sacerdoti quantumvis indigno necessariam jurisdictionem auferre, ne hac ipsa occasione aliquis pereat; nihilominus Sacerdos ipse violatæ ausu ejusmodi temerario Legis pœnas nequaquam effugiet; ac propterea latam in dicta Constitutione majorem excom-

,, municationem, eodemque plane modo, quo ibi-
,, dem decernitur, Nobis, & huic Sanctæ Sedi re-
,, servatam incurrat, prout illum eo ipso incurren-
,, te, declaramus, volumus, atque statuimus. Non
,, obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in præ-
,, fata nostra Constitutione voluimus non obstare
,, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus au-
,, tem, ut earumdem præsentium Literarum transum-
,, ptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus
,, Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in
,, Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem
,, prorsus fides in judicio, & extra illud ubique lo-
,, corum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus,
,, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ
,, apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pi
,, scatoris die octava Februarii millesimo septingen-
,, tesimo quadragesimo quinto, Pontificatus nostri
,, Anno quinto.

D. Cardinalis Passioneus.

XLVI.

Venerabilibus Fratribus

Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universis gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres,

Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

,, Libentissime quidem amplectimur, quæ Nobis
,, offeruntur, occasiones ad Vestros animos ex-
,, citandos, ut Ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ
,, sedulam curam conferatis: Etenim Summi Pon-
,, tificatus dignitati, ad quam Nos, licet imme-
,, rentes, evecti fuimus, conjunctam esse intelligi-
,, mus solicitudinem aliarum Ecclesiarum, Nobisque
,, commendatam, qui plane tenuitatem virium no-
,, strarum non ignoramus.

,, Cum itaque præsentium literarum argumentum
,, totum sit de jejunio, quod tempore Quadragesi-
,, mæ, veteri Ecclesiæ instituto, ac lege Fidelibus
,, indicitur, supervacaneum ducimus longam ora-
,, tionem conficere de Quadragesimæ Institutione,
,, & Patrum, & Conciliorum omnes super hac re
,, in medium proferre auctoritates: Difficile id qui-
,, dem Nobis parum videretur, sed potius alie-
,, num, & nullo modo consentaneum Vobis, quos
,, Doctrinæ laude, Canonum, & Sacræ Historiæ
,, cognitione præstantes arbitramur. Porro ad scri-
,, bendas has literas adducti fuimus gravissimis il-
,, lis verbis Tridentinæ Synodi, quæ *sess.* 25. *de*
,, *Reformat.* præcipit Episcopis omne studium im-
,, pendere, ut Fideles ipsorum curæ traditi magna
,, religione perficiant ea, quæ a Sacris Canoni-
,, bus perscribuntur = *Ut illis omnibus, & iis*
,, *præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam*
,, *carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jeju-*
,, *nia*.

,, Ubi primum Bononiensem Ecclesiam admini-
,, strandam suscepimus (ad quam beneficio Clemen-
,, tis XII. fel. record. ab Sede Anconitana translati
,, fuimus), Mandatum evulgavimus (quod Libro
,, primo Institutionum Nostrarum pro Viris Eccle-
,, siasticis decimoquinto loco continetur): In illo
,, plures difficultates indicavimus, ob quas minime
,, solvendos Jejunii legibus putabamus illos, qui ob
,, legitimam causam, & legitima prius auctoritate
,, interposita, Quadragesimæ abstinentiam non ob-
,, servarent, minime, inquam, solvendos a Jeju-
,, nio, itaut liceret ipsis quolibet die mensam bis
,, instituere, non unica vice, vespertina superaddi-
,, ta Refectione, quæ permitti jejunantibus consue-
,, vit. Tandem in hac Pontificia Sede collocati,
,, rem totam in examen iterum revocavimus, &
,, præstantissimis quoque Viris demandavimus ipsam
,, diligenter, accurateque perpendere, ac suas dein-
,, de opiniones Nobis exponere. His peractis hujus
,, modi controversiæ finem tribuere constituimus,
,, illudque decrevimus, ne ulla in posterum, sive
,, peculiaris, sive generalis pro aliqua Civita-
,, te, vel Oppido concedatur facultas adhibendi
,, carnes ad mensam tempore Jejunii, vel Quadra-
,, gesimæ, nisi conditio servandi Jejunii, sive unius
,, comestionis interponatur: & illud quoque moni-
,, tum addatur, nequaquam licere mensam eandem
,, carne, ac piscibus instruere. Equidem declinatis
,, hac ratione nimium implicatis quæstionibus, exi-
,, stimavimus unicam singulis diebus comestionem
,, inducere illis etiam, qui carnibus uti; cum Je-
,, junium indicitur, rite obtinuerunt, & pravam
,, illam consuetudinem, quæ apud multos jam ni-
,, mis invaluerat, penitus evellere, afferendi nem-
,, pe carnes in mensam cum piscibus, postquam ipsi
,, Quadragesimalis abstinentiæ præcepto soluti fue-
,, runt, ob eam potissimum causam, quod grave
,, detrimentum saluti ab usu piscium accipiant.

,, Hæc apertissime constant ex nostris Apostolicis
,, Literis, quas in forma Brevis dedimus ad omnes
,, Episcopos Orbis Catholici anno 1741. quarum
,, primæ incipiunt = *Non ambigimus* = alteræ ve-
,, ro = *In suprema* =. Nos profecto nulli unquam
,, elargiti sumus vesci carnibus, cum tempus Qua-
,, dragesimæ, sive aliud Jejunium præcipitur, nisi
,, indicta, scriptaque conditione, quam superius
,, commemoravimus. Maximam pariter lætitiam
,, percepimus, cum redditæ Nobis fuerunt plures
,, Epistolæ, ac Mandata vestra Literis nostris Apo-
,, stolicis omnino consentanea, quibus pro virili
,, parte contendistis adducere Populos vobis subje-
,, ctos, ut propositam in illis disciplinam pie serva-
,, rent.

,, Interim promulgatis iisdem Apostolicis Literis,
,, quas paulo ante nominavimus, plures cavillatio-
,, nes excogitatæ sunt a nonnullis, uti Nos antea
,, facili conjectura suspicati fuimus. Plures etiam
,, quæstiones propositæ Nobis fuerunt, exigui qui-
,, dem ponderis, ac momenti, quemadmodum Nos
,, opinamur, cum illæ vel ipsius Legis verbis,
,, vel sensu penitus corruant, ac dissolvantur. At-
,, tamen Sacro Tribunali nostræ Pœnitentiariæ re-
,, rum hujusmodi conscio, ac peritissimo, easdem
,, quæstiones expendendas commisimus, quibus o-
,, mnibus plene, cumulateque, quoties opus fuit,
,, satisfecit.

,, Archiepiscopus Compostellæ, in Hispaniarum
,, Regnis Primus Inquisitor, nuperrime vita fun-
,, ctus longam ad Nos dedit Epistolam; qua plures
,, recensebat difficultates, quæ Literis nostris Apo-
,, stolicis adversabantur, quominus executioni man-
,, darentur, eo quod nonnulli Theologi in diversas
,, opiniones, ac sententias abirent in solvendis qui-
,, busdam quæstionibus, quibus Literæ nostræ Apo-
,, stolicæ causam, & occasionem præbebant; ac
,, proinde de illis Judicium Nostrum exquirebat.
,, Equidem Archiepiscopi Literæ Nos gravissimis,
,, ac difficillimis temporibus occupatos deprehende-
,, runt: Attamen, dum quæstiones in ipsis exposi-
,, tas percurrimus, visum Nobis est non quidem
,, expeti, ut iis quæstionibus responsum heret,
,, ipsisque

,, ipsisque solutis nullum impedimentum, sive obstaculum nostris Literis Apostolicis superesset, sed potius, ut objectis cavillationibus ad optatum finem ipsæ minime adducerentur. Accedit etiam, quod Epistola Archiepiscopi multis argumentationibus, & obscuris vocibus redundabat: quamobrem, licet plures hortarentur, ne ullum Archiepiscopo responsum redderemus; illi tamen satisfecimus, res præcipuas ex ejus literis delibantes, & quæstiones omnes ad certum numerum redigentes. Primum nostris occupationibus tribuendum testati sumus, quod tarde ipsi responsum daremus, ejus studium commendavimus, & etiam magnopere probavimus, quod anceps, ac dubius ad hanc Sanctam Sedem confugerit, ut consilium exposceret. Deinde prolatis quæstionibus satisfacere non prætermisimus, illum tamen monentes de Instituto Summorum Pontificum, qui leges condere solent, disciplinam decernere, neque ullam habere rationem illorum, qui dubitandi causas objiciunt, ut quæ constituta sunt, perturbent, ac evertant.

,, Vix reditis Literis, Archiepiscopus paulo post vitæ cursum absolvit: Itaque non immerito suspicamur, responsa nostra, quæ literis continebantur, haud cognita fuisse, & perspecta illis, qui quæstiones excitaverant. Post hæc alii pariter ex Hispanis Episcopis nonnullas ex iisdem quæstionibus Nobis proposuerunt; quare iisdem responsis usi sumus, quæ tradita prius Archiepiscopo Compostellæ a nobis fuerant. Non defuerunt etiam præstantes inter Italos Theologi, qui Literas nostras Apostolicas datas anno 1741. egregiis Commentariis illustrarunt: Idem contigit Responso, quod fecimus Archiepiscopo Compostellæ *die* 8. *Julii anno* 1744. quod sane integrum suis Libris præfigendum curaverunt. At quoniam Libri ejusmodi ad Vos fortasse nondum pervenerunt, vel curis aliis distenti illos percurrere minime potuistis, his Literis Encyclicis adjungimus illas pariter, quas (uti dictum sæpius est) ad Archiepiscopum Compostellæ jam pridem scripsimus, ut quæ disciplina Vestris in Diœcesibus tenenda sit, plane cognoscatis, ac ne Vos deterreant difficultates, si quæ a captiosis hominibus concitentur.

Venerabili Fratri

Archiepiscopo Compostellæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater,

Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

,, SI *Fraternitas Tua secum reputabit, quot gravissimis, & maximis curis propemodum obruamur, quantumque hoc præsertim difficillimo tempore, prorsus Nos teneat imposita tenuitati Nostræ sollicitudo omnium Ecclesiarum, non sane mirabitur, tamdiu sibi procrastinatum fuisse responsum ad eas Literas, quibus Apostolica auctoritate dissolvendas rogasti obortas in Hispania disputationes aliquas e duabus nostris Epistolis ad omnes Episcopos superioris anni* 1741. 30. *Maii, &* 22. *Augusti, quibus intra legitimos fines coercuimus invalescentem Ecclesiastici Jejunii relaxationem. Potius tibi in mentem veniet cogitare de singulari nostro in religiosissimam Hispanam Ecclesiam amore, unde Nos, immensa licet rerum mole fatigatos, ad expediendum sibi in omni sua perplexitate salutis iter opem nostram praesto habet. Quamquam igitur, dum prænuntiatas Constitutiones edidimus, non aliud propositum Nobis fuerit, refrænare paucorum nimis ingenio fidentium Theologorum licentiam, qui opinionum novitate gaudent: nec otium, nec animus Nobis fuerit definire quidquid subtili indagatione deduci possit ex proposita a Nobis jejunandi regula; tamen eximia Paterna charitate complectimur adeo observantissimos Romanæ Sedis Hispanos, tantique facimus obsecrationes tuas, ut occurrere anxietati vestræ libenter adjecerimus animum, & Nos ipsi quæstiones abs te propositas dirimendas constituerimus. Sic autem se habent.*

,, I. Utrum, *quæ in antedictis nostris Literis in forma Brevis de unica comestione, & de epulis non permiscendis præscribuntur, sub gravi etiam præcepto prohibeantur?*

,, Respondemus: *Concedentes facultatem vescendi carnibus tempore vetito, sub gravi teneri easdem facultates non aliter dare, quam geminis hisce adjectis conditionibus, videlicet unicæ in diem comestionis, & non permiscendarum epularum. Eos vero, qui hujusmodi facultatibus utuntur, sub gravi ad binas ipsas conditiones implendas obligari.*

,, II. *An ii, quibus concessum est vesci carnibus, possint in vespertina refectiuncula ea quantitate carnis vesci, quæ jejunantibus permittitur?*

,, Respondemus: *Non licere, sed opus habere, eo cibo, eaque uti portione, quibus utuntur homines jejunantes rectæ, meticulosæ conscientiæ.*

,, III. *An qui jejunii tempore vesci carnibus permittuntur, & unica comessatione uti debent, horam jejunantibus præscriptam servare opus habeant,* Edicimus, *observandam iis esse.*

,, IV. *Quænam sint epulæ licitæ, quæ vetantur cum interdictis conjungi.*

,, Respondemus: *Epulas licitas pro iis, quibus permissum est carnes comedere, esse carnes ipsas: epulas interdictas esse pisces, adeoque utrumque simul adhiberi non posse. Piscibus tamen edendis non interdicantur ii, quibus datur tantum facultas adhibendi ova, & lacticinia.*

,, V. *An præceptum de utroque epularum genere non miscendo, dies quoque Dominicos Quadragesimales complectatur?* Affirmatur complecti.

,, VI. *Utrum hæc lex ad eos quoque pertineat, qui ex Bulla Cruciata edere possunt ova, & lacticinia?*

,, Rescribimus: *Nihil in prænunciatis nostris Apostolicis Literis statutum esse, quod respiciat gratiosum Cruciatæ Diploma, quare qui eo gaudent, illius tenorem stricte, & considerate perpendant, ex ejusque Sententia se gerant. Caveant autem, ne inani quapiam excusatione sese solutos esse arbitrentur præscriptis ibi Legibus.*

,, VII. *Utrum memorata duo præcepta urgeant extra Quadragesimam.*

,, Respondetur: *Urgere extra Quadragesimam utrumque præceptum: illud scilicet unicæ comestionis cum reliquis Legibus in secundo, & tertio ad hæc postulata responso expressis: & alterum non permiscendi epulas licitas cum interdictis, ut in quarto postulato definitum est.*

,, *Habeas, Venerabilis Frater, penitus explicatum quidquid apud Vos ex nostris sæpius nuncupatis Apostolicis Literis dubitationem attulisse scribis. Quæ quidem in re laudavimus consilium tuum in-*

terrogandę Supremæ Romanę Sedis, ut libero, & non vacillanti gressu ad oves sana doctrina imbuendas incedere Pastores queant, in istoque tuo suscepto consilio agnovimus Hispanam religionem, nihil sibi tutum, nisi e Divi Petri Cathedra acceptum, reputantem; qua splendidissima gloria tantum nomen, & incorruptæ Fidei fructum Hispania sibi peperit. Cavendum autem Vobis est (idque plurimum ad te pertinet, qui illustris Archiepiscopi, & Inquisitoris geris præcipuum munus) ne in expendendis Apostolicæ Sedis Constitutionibus pro nimia exhauriendi argumenti sollicitudine nullus fiat differendi, ambigendique modus. Sedula deinde opera conferenda, ut istiusmodi dubia, quæ facile, pro ingeniorum varietate, disputando emergunt, penitus inter vos dirimantur, ne diuturna unquam disceptatione fluctuent animi, præsertim cum Constitutiones ipsæ Apostolicæ scopum, quo tendunt, aperte demonstrent, & illuc prompte dirigi potest quidquid dubitando interturbare videatur. Id si animadvertissent qui de præsenti negotio plura dubitarunt, nodum sibi exsolvissent. Patebat enim, nihil aliud nobis in animo fuisse, quam cohibere vivida nonnullorum Theologorum ingenia, qui nimium sani jejunii fines prætergressi, & non parum obliti, illud ad retinendum in officio corpus divinitus institutum, hosti huic spiritus infensissimo blandiebantur. Statim siquidem comperissent quid in propositis quæstionibus constituendum esset, nec sibi molestiam exhibuissent, nec Nobis, quos gravissimæ undique circumstant curæ, non parum temporis occupassent, quod tamen pro singulari nostro in vestram gentem studio, atque amore libenter impendimus ad rectum vobis iter monstrandum; in posterum simul præcaventes, quomodo in hujusmodi quæstionibus firmare gressus vestros in promptu sit. Reliquum est, Venerabilis Frater, ut tibi, quod facimus ex animo, præcipuæ benevolentiæ nostræ pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertiamur. Datum &c. 8. Junii 1744.

,, Cum hæc ita se habeant, satis muneri nostro fecisse videmur, ne illi (quibus licet carnes edere), cum Jejunium tempore Quadragesimæ, vel extra Quadragesimam Fidelibus præscribitur, unius comestionis limites excedant, ac ne piscibus simul, & carnibus parari sibi mensam patiantur, neve cavillationes perscrutentur, ut legi tenebras offundant. Pauca tamen adhuc supersunt, quæ remedium a Nobis deposcunt.

,, Siquidem advertimus jam multis ab hinc annis non solum plures in qualibet Italiæ Urbe vestra auctoritate dissolvi a quadragesimali abstinentia, sed etiam magno studio contenditis, ut universam Civitatem, totamque Diœcesim eadem abstinentia liberemus. Hinc factum est, ut in quibusdam Civitatibus, ac Diœcesibus jam per multos annos Fideles universi absque ullo discrimine carnibus per Quadragesimam utantur. Id quidem maximam nobis affert solicitudinem, eo quod deprehendimus certis Testimoniis in quibusdam Regionibus Septentrionis toto Quadragesimæ cursu lactis, & ovorum usum libere permitti, quia per plures annos eandem facultatem petierint, & ab Sede Apostolica consecuti fuerint: quamobrem illi Populi sibi in animum induxerunt, non esse rursus ad Pontificem confugiendum pro hujusmodi facultate impetranda, sed priores concessiones singulis annis acceptas sufficere, ut lactis, & ovorum consuetudo per Quadragesimam comprobetur. Præterea maximi facienda esse ducimus ea verba Trident. Conc. *Sess. 25. cap. 18. de Reform. Sicuti publice expedit, Legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius, evenientibus casibus, & necessitatibus pro communi utilitate satisfiat; sic frequentius Legem solvere, exemploque potius, quam certo personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam unicuique ad Leges transgrediendas aditum aperire.*

,, In Litteris nostris Apostolicis, quas *anno 1741.* ad omnes Catholicos Episcopos dedimus, huic corruptelæ viam præcludere cogitavimus ea ratione, illisque verbis, quæ rursum hic subjicimus. *Debitum igitur Paternæ uniuscujusque vestrum sedulitatis, & charitatis officium jure postulat, ut omnibus notum faciatis, & annuntietis, nemini quidem sine legitima causa, & de utriusque Medici consilio, multitudini vero, veluti Populo, aut Civitati, aut Genti indiscriminatim integræ, nonnisi gravissima, & urgente necessitate, & in casibus per Sacra Canonum Statuta præscriptis, cum debita Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis reverentia a Quadragesimali Jejunio dispensationem, toties quoties opus fuerit, concedendam, nec audacter, fidenterque usurpandam, nec superbe, & arroganter ab Ecclesia, sicut alibi in more positum esse accepimus, esse postulandam.*

,, Porro Nos hanc normam secuti sumus, cum multitudinem, veluti Populum, aut Civitatem integram Quadragesimali abstinentia immunem declaravimus. In primis loci Episcopus id postulare a Nobis debuit, ac de gravissima, urgentique necessitate suum testimonium interponere. Deinde carnes minime permissæ fuerunt, si lactis, & ovorum usus satis esse videretur. Tum vero facultas edendi carnes tribui solum consuevit, cum interposito Episcopi testimonio id omnino necessarium judicaretur; nec sufficiens necessitati remedium afferri constaret, si ova solum, & lacticinia concederentur. Quoties autem abstinentia Quadragesimæ nostra auctoritate soluta fuit, certos tamen dies præscripsimus, quibus integra abstinentia servaretur, nempe diem Cinerum, dies Quatuor Temporum, Vigilias præcepto obeundas, dies Majoris Hebdomadæ a Dominica Palmarum. Quandoque recensuimus etiam totam hebdomadam Cinerum; Aliquando etiam indiximus abstinentiam Feriis sextis, ac Sabbatis, etiamsi facultas a Nobis tradita lactis, & ovorum usum solum complecteretur. Postremo eam conditionem semper addidimus, ne jejunii lex, unius per diem comestionis ullo modo violaretur, ac ne simul in mensa carnes, & pisces apponerentur.

,, Dum rationem hujus consilii nostri serio perpendimus, haud plene aquiescimus, ob eam sollicitudinem, ac dubitationem, ne causa ab Episcopo loci prolata, quam Nos legitimam credidimus ad solvendam Quadragesimæ abstinentiam, ejus naturæ fortasse non sit, quæ veram, & urgentem necessitatem contineat. Quippe illud Nobis semper ante oculos propositum habuimus, ut nihil a ratione alienum, nihil inconsulto, ac temere faciamus. Hærent pariter animo defixa Sancti Bernardi verba ad Pontificem Eugenium *libro 3. de Consideratione cap. 4. Facitis hoc, quia potestis: Sed, utrum debeatis, quæstio est, & quomodo.* Attamen fidem præstitimus iis, quibus præstanda fuerat, Episcopis nempe locorum. Non enim alio pacto exerceri potest sollicitudo peculiarium Ecclesiarum, ac Diœcesum, nisi fides habeatur Episcopis, a quibus illæ administrantur. Sed in posterum, ut gravissimum hoc negotium tutius, quam fieri possit, geratur, molestum vobis non sit, animum iis advertere, quæ subjicimus.

,, Non ignoratis ab Innocentio III. *Prædeces-*

sore

„ sore Nostro *Cap. Consilium, de observatione jejuniorum*, inter causas legitimas solvendi abstinentiam a Carnibus jejunii tempore, recenseri veram, & existentem reipsa ægritudinem. *Præterea de illis, qui in Quadragesima, vel in aliis jejuniis solemnibus infirmantur, & petunt sibi esum Carnium indulgeri, respondemus: quod, cum non subjaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cum urgens necessitas exigit, supportare potes, & debes, ut majus periculum in eis evitetur.* Idem statuerant multoante Innocentium III. Patres octavi Concilii Toletani *Can.* 9. quod anno 653. celebratum fuit. *Quisquis absque inevitabili necessitate, atque fragilitatis evidentis languore, seu etiam ætatis impossibilitate, diebus Quadragesimæ esum Carnium præsumpserit attentare, non solum erit reus Resurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei Sancta Communione .... illi vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant, quam a Sacerdote permissum accipiant.*

„ Nemo est, qui non intelligat hujusmodi causas satis esse, ut aliqui a Jejunii legibus, & abstinentia immunes existimentur; non autem, ut Populus, vel integra Civitas idem privilegium obtineat. Quis enim sibi persuadere possit, Cives universos alicujus Urbis, vel Diœcesis eodem tempore gravissimo morbo teneri; vel in eodem discrimine versari omnes, ut periculosam ægritudinem contrahant? Nisi forte eos morbos intelligamus, qui ab aeris intemperie, vel infectione promanant, de quibus paulo post verba faciemus. Quis credat unquam Populum universum alicujus Diœcesis vel communi languore penitus extenuatum, vel extrema senectute confectum?

„ Neque vero causa sufficiens habenda est, ut aliqua Civitas, vel Populus abitinentia Quadragesimali liberetur, ipsique Carnes permittantur, si forte pisces, vel ova caro pretio vendantur. Sicut enim Urbes habent egenos Cives, ita etiam opulentos; e quibus etiam alii vitæ sustentationem labore, ac sudore sibi comparant, alii vero patrimonio, ac divitiis satis, superque abundant. Itaque, si pro emendis piscibus grave pretium solvendum sit, id quidem egenis Civibus, non vero divitibus suffragatur. Id afferunt etiam nonnulli Theologi haud severioris disciplinæ, quorum sententiam recensuimus Capite nono libri tertii nostrarum Institutionum, quas Bononiæ Typis impressimus.

„ Illud etiam inane commentum prorsus existimari debet, solvendas esse abitinentia Quadragesimæ Civitates, vel Diœceses, ubi exercitus versantur, eo quod Milites in iis locis permanentes abstinentiæ leges minime observant. Id potius animos Civium inflammare deberet ad jejunium rite, religioseque suscipiendum, ut nempe Milites tanta virtute temperantiæ permoti ipsorum exemplum sequantur. Illud solum, pro legitima causa in medium proferri potest, Copias Militum tantam afferre Civitati penuriam herbarum, atque olei, licet Quadragesimæ Jejunio non obtemperent, ut harum rerum pretia summopere augeantur. Tunc autem eadem statuenda sunt, quæ paulo ante diximus, cum pisces, & ova cariori pretio comparantur. Igitur peculiares morbi, quamvis frequentes, in posterum pro causa solvendæ abstinentiæ non adducantur, nisi forte Civibus universis iidem morbi communes habeantur ob aliquam aeris corruptionem: neque in posterum herbarum, olei, piscium, & ovorum pretia tanti ponderis esse censeantur, ut omnis Civitas, vel Diœcesis ab instituto Quadragesimæ Jejunio, ac temperantia liberari contendat. Quod si veras, ac legitimas a Nobis causas, ad hanc facultatem obtinendam expetitis, duas potissimum percensebimus, quarum prima ex jure Canonico, altera vero ab ipsa rerum magistra experientia deprompta est.

„ Innocentius III. quem superius nominavimus, *eodem Cap. Consilium, de observatione jejuniorum*, Archiepiscopo Bracarensi postulanti, qua pena plectendos judicaret illos, qui tempore Quadragesimæ a Carnibus non abstinuerant ob summam rerum caritatem, & angustiam, itaut plures fame enecarentur, respondit his verbis. *Cum autem quæsieris, quæ sit illis pœnitentia injungenda, qui diebus Quadragesimalibus, tempore quo tantæ famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti, respondemus, quod in tali articulo illos non credimus puniendos. Preces tamen Domino pro illis, & cum illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur, quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, ubi culpa minime reperitur.* Si quis hoc tempore Episcopus adductus exemplo Bracarensis Antistitis idem consilium peteret ab Sede Apostolica, tanquam ineptus, ac simplex haberetur; Sed illo Ecclesiæ felicissimo sæculo maximi pendebatur, uti æquum est, Quadragesimæ præceptum. Hinc magna severitate inquirebantur illi, qui minime paruissent, licet talis causa intercederet, ut liberi ab eodem præcepto viderentur: nec ulla ratio habebatur Virorum Principum, licet ipsorum incolumitas cum Reipublicæ felicitate conjuncta putaretur; uti nos fuse ostendimus in decima quinta nostrarum Institutionum libri primi. Sed iis omissis, & aliis bene multis, quæ in hanc rem congeri a Nobis possenr, illud primum delibabimus ex responso Innocentii III. tunc Quadragesimæ abstinentia solvi posse integram Civitatem, vel Diœcesim, cum reipsa non suppetunt ea, sine quibus præceptum Quadragesimæ observari nequit. Itaque si revera in aliquo loco neque oleum, neque pisces comparari possint, tunc Incolis ejusdem loci permitti fas est, ut lacte, & ovis utantur: Si hæc autem revera deficiant, tunc Carnis, salubris tamen, edendæ facultas concedetur, interposita semper jejunii servandi conditione.

„ Insula Sancti Dominici in America Meridionali in temporalibus paret Charissimo in Christo filio nostro Ludovico Gallarum Regi Christianissimo, nec ei ullus præest Episcopus. Præfectus Patrum Societatis Jesu anno 1742. a Nobis quæsivit, an ex concessione sibi facta a Sede Apostolica dispensandi super esu carnium, ovorum, & lacticiniorum tempore jejuniorum, & Quadragesimæ, dici posset, sibi etiam datam fuisse facultatem dispensandi nedum particulares personas, sed etiam multitudinem hominum, & omnes sui districtus Incolas, quando coram Deo id expedire judicasset: habitoque responso, facultatem ei fuisse concessam dispensationem indulgendi particularibus hominibus, non autem multitudini hominum, & omnibus Incolis sui districtus, pro concessione exoravit. Pro causa exposuit veneficam piscium qualitatem, exiguum piscatorum numerum, qui longe ab Insula piscantes, pisces deferebant aut fœtentes, aut corruptos ob nimios calores, paupertatem earum gentium, quæ oleum emere non poterant pro cibis Quadragesimalibus necessarium, deficientiam denique oleorum, & legu-

„ minum, quæ in ea regione facile corrumpuntur, „ aut a verminibus consumuntur. Re subinde mature discussa coram Nobis in Congregatione Generali S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis „ *die 12. Aprilis Anno 1742.* habita ratione regionis nimis remotæ, a qua quolibet anno impossibilis erat ad Sedem Apostolicam recursus; indulgentes necessitati Fidelium degentium in Insulis Ditionis Gallicæ in America, facultatem concessimus Præfectis Missionum illarum partium, ut in casu veræ, & ineluctabilis necessitatis, & tantum de anno in annum, præfataque vera necessitate durante, & non aliter, nec alio modo, uti possent, & valerent cum fidelibus Populis ipsorum regimini commissis dispensare super usu ovorum, & lacticiniorum, & etiam carnium tempore Quadragesimali, indicta simul cum hujusmodi dispensatione observantia jejunii per unicam comestionem; oneratąque prædictorum Præfectorum conscientia, si adamussim juxta præscriptum concessa facultate usi non fuissent.

„ Sed jam ad experientiam deveniamus. Quindecim ab hinc annis per totam fere Europam morbus invaluit, qui pectoris inflammationem inferebat, ita tamen, ut ex una Civitate in aliam, & ex una Provincia in aliam hæc funesta lues promanaret. Id contigit annis 1730. 1733. 1740. Licet autem morbus ejusmodi, qui universos hominum ordines, atque ætates corripiebat, lentam solum in pectore inflammationem excitaret, tamen senibus matura jam ætate debilitatis extremam afferebat perniciem: nam ex ipso febres acutissimæ, ac mortales sequebantur. Idem morbus in periculum trahebat juniores etiam, qui paululum infirmo pectore laborarent. Postremo multorum pectora adeo labefactavit, ut gravissima deinde mala provenerint.

„ Alios quoque morbos hujus generis, pectoris inflammationem magno cum periculo afferentes, ægros in discrimen vitæ adduxisse Medici Scriptores luculenter testantur. Itaque, si Medicinæ Professores acciti, monitique graviter, ut nihil a veritate alienum respondeant, unanimi consensu fateantur (uti nobis ipsis accidit, cum adhuc Bononiæ versaremur) morbum esse talis naturæ, qualem superius commemoravimus, itaut nulla ætas libera, & incolumis esse queat; & affirment illis ipsis, qui inter Cives salvi, & integri numerantur, eandem perniciem imminere; id præterea conferre plurimum ad ejusmodi luem depellendam, aut evitandam, si tum ægrotantes, tum sani a piscibus, & oleo, & quandoque pariter a lacte, & ovis abstineant, si, inquam, res ita se habeat, tum procul dubio causa sufficiens judicanda est, quæ experientiæ innititur, & quæ semper probata, & in posterum probanda videtur, ut nempe Populus, seu Civitas integra a carnibus abstinendi præcepto non teneatur.

Neque ulla difficultas removere vos debet a consulendis Medicis, qui præstantiores habeantur. „ Cavendum pariter, ut quidquid revera senserint, scripto testari non prætermittant; quæ conditio si desit in posterum, nulla unquam facultas Civitati, aut Diœcesi carnibus, aut lacticiniis vescendi tempore Quadragesimæ tribuetur; quippe id necessarium omnino videtur. Accedit etiam, quod Medici facilitate quadam incredibili peculiares quidem Cives a Quadragesimæ præcepto liberos, & immunes decernere soleant; (de qua re gravissime monendi a vobis sunt, ne suas animas indulgendo nimis aggravent) Cum vero pro universis Civibus idem statuendum proponitur, tum se difficiles, anxios, ac solicitos præstare Nos ipsi experti sumus. Postremo si velint percurrere ea, quæ in Italia, & extra ipsam præclarissimi Auctores Medici Typis evulgarunt, facile deprehendent, abstinentiam, ciborumque parsimoniam ab illis magnopere commendari, discrimen inter morbos constitui, & certis rationibus ostendi, in curandis quibusdam morbis nequaquam requiri, ut jusculum, & carnes loco piscium, olei, & herbarum substituantur; in aliis vero juvare plurimum, si sublatis carnibus, cum indicitur jejunium, oleo, vel lacte ægrotantes utantur: Demum advertent, quam diligenter, accurateque scribant de pectoris incommodis, cum in omnibus generatim excitantur, ne corripiantur eodem morbo, qui adhuc incolumes a communi lue superfunt.

„ Hæc vobis indicanda putavimus. Reliquum est, ut Vos hortemur, ne tam facile suscipiatis negotium petendæ facultatis utendi carnibus, & lacticinis tempore Quadragesimæ pro universa Civitate, vel Diœcesi. Quippe abrumpenda tandem est consuetudo, ob quam jam per tot annos in quibusdam locis hæ facultates tribui consueverunt. Illud etiam experientia Vobis compertum erit, delicatis quoque, ac mollibus abstinentiam Quadragesimæ nullam inferre perniciem; neque plures ob hanc causam inter ægrotos, vel mortuos recenseri. Hanc rationem, & institutum Nos ipsi secuti sumus Romæ, ac Bononiæ (cujus Sedem adhuc retinemus), cum nuper Quadragesimæ tempus ageretur. Si vos id quoque præstabitis, neque facile a Nobis pro universa Civitate, vel Diœcesi facultatem solvendi Quadragesimæ abstinentiam postulabitis, vel (si necessarium id arbitremini) non aliter, quam servatis præmissis conditionibus Dispensationis instantia ad Nos deferretur, non solum ii fructus provenient, quos jam indicavimus, sed etiam repulsæ pudorem evitabitis, Nosque pariter ea molestia vindicabitis, quam ferimus, dum votis vestris minime obsecundamus. Postremo vos omnes peramanter amplectimur, & Apostolicam Benedictionem Vobis, Populisque vestris impertimur. Datum ex Arce Castri Gandulphi die 10. Junii 1745. Pontificatus nostri Anno quinto.

XLVII.

DE USURIS,

Aliisque injustis Quæstibus

Ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & Ordinarios in Italia.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater,

Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ Vix pervenit ad aures nostras, ob novam controversiam (nempe, an quidam contractus validus judicari debeat) nonnullas per Italiam disseminari sententias, quæ sanæ doctrinæ haud consentaneæ viderentur; cum statim nostri Apostolici muneris partem esse duximus, opportunum afferre remedium, ne malum ejusmodi, temporis diuturnitate, ac silentio, vires magis acquireret; aditumque ipsi intercludere, ne latius serperet, & incolumes adhuc Italiæ Civitates labefactaret.

„ Qua-

„ Quapropter eam rationem, consiliumque suscepimus, quo Sedes Apostolica semper uti consuevit: Quippe rem totam explicavimus nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui Sacræ Theologiæ scientia, & Canonicæ Disciplinæ studio, ac peritia plurimum commendantur. Accivimus etiam plures Regulares in utraque facultate præstantes, quorum aliquos ex Monachis, alios ex Ordine Mendicantium, alios demum ex Clericis Regularibus selegimus; Præsulem quoque Juris utriusque laurea præditum, & in Foro diu versatum adhibuimus. Diem quartam indiximus Julii, qui nuper præteriit, ut coram Nobis illi omnes convenirent, quibus naturam totius negotii declaravimus; quod illis antea cognitum, perspectumque deprehendimus.

„ Post hæc præcepimus, ut omni partium studio, omnique cupiditate soluti, rem totam accurate perpenderent, suasque opiniones scripto exararent; non tamen expetivimus ab ipsis, ut judicium ferrent de contractu, qui controversiæ causam initio præbuerat, cum plura documenta non suppeterent, quæ necessario ad id requirebantur; sed ut certam de usuris doctrinam constituerent, cui non mediocre detrimentum inferre videbantur ea, quæ nuper in vulgus spargi cœperunt: Jussa fecerunt universi; nam suas sententias palam declararunt in duabus Congregationibus, quarum prima coram Nobis habita est die 18. Julii, altera vero die prima Augusti, qui menses nuper elapsi sunt; ac demum easdem sententias Congregationis Secretario scriptas tradiderunt.

„ Porro hæc unanimi consensu probaverunt.

„ I. Peccati genus illud, quod usura vocatur, quodque in contractu mutui propriam suam sedem, & locum habet, in eo est repositum, quod quis ex ipsomet mutuo, quod suapte natura tantundem dumtaxat reddi postulat, quantum receptum est, plus sibi reddi velit, quam est receptum; ideoque ultra sortem, lucrum aliquod, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat. Omne propterea hujusmodi lucrum, quod sortem superet, illicitum, & usurarium est.

„ II. Neque vero ad istam labem purgandam, ullum arcessiri subsidium poterit, vel ex eo, quod id lucrum non excedens, & nimium, sed moderatum; non magnum, sed exiguum sit; vel ex eo, quod is, a quo id lucrum solius causa mutui deposcitur, non pauper, sed dives existat; nec datam sibi mutuo summam relicturus otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas, vel novis coemendis prædiis, vel quæstuosis agitandis negotiis, utilissime sit impensurus. Contra mutui siquidem legem, quæ necessario in dati, atque redditi æqualitate versatur, agere ille convincitur, quisquis, eadem æqualitate semel posita, plus aliquid a quolibet, vi mutui ipsius, cui per æquale jam satis est factum, exigere adhuc non veretur: proindeque si acceperit, restituendo erit obnoxius ex ejus obligatione Justitiæ, quam commutativam appellant, & cujus est, in humanis contractibus æqualitatem cujusque propriam & sancte servare, & non servatam exacte reparare.

„ III. Per hæc autem nequaquam negatur, posse quandoque una cum mutui contractu quosdam alios, ut ajunt, titulos, eosdemque ipsimet universim naturæ mutui minime innatos, & intrinsecos, forte concurrere, ex quibus justa omnino, legitimaque causa consurgat quiddam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite exigendi. Neque item negatur, posse multoties pecuniam ab unoquoque suam, per alios diversæ prorsus naturæ a mutui natura contractus, recte collocari, & impendi, sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad licitam mercaturam, & negotiationem exercendam, honestaque inde lucra percipienda.

„ IV. Quemadmodum vero in tot ejusmodi diversis contractuum generibus, si sua cujusque non servatur æqualitas, quidquid plus justo recipitur, si minus ad usuram, (eo quod omne mutuum tam apertum, quam palliatum absit), at certe ad aliam veram injustitiam, restituendi onus pariter afferentem, spectare compertum est. Ita si rite omnia peragantur, & ad Justitiæ libram exigantur, dubitandum non est, quin multiplex in iisdem contractibus licitus modus, & ratio suppetat humana commercia, & fructuosam ipsam negotiationem ad publicum commodum conservandi, ac frequentandi. Absit enim a Christianorum animis, ut per usuras, aut similes alienas injurias florere posse lucrosa commercia existiment; cum contra ex ipso Oraculo Divino discamus, quod *Justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum*.

„ V. Sed illud diligenter animadvertendum est, falso sibi quemquam, & nonnisi temere persuasurum, reperiri semper, ac præsto ubique esse, vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel secluso etiam mutuo, contractus alios justos, quorum vel titulorum, vel contractuum præsidio, quotiescumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties semper liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram, salvamque, recipere. Ita si quis senserit, non modo Divinis Documentis, & Catholicæ Ecclesiæ de Usura Judicio, se ipsi etiam humano communi sensui, ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo, simplici, ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso præsertim Christo Domino edocente -- *Volenti mutuari a te ne averteris* --, & quod similiter multis in circumstantiis, præter unum mutuum, alteri nulli vero, justoque contractui locus esse possit. Quisquis igitur suæ conscientiæ consultum velit, inquirat prius diligenter, oportet, vere ne cum mutuo justus alius titulus; vere ne justus alter a mutuo contractus occurrat, quorum beneficio, quod quærit lucrum, omnis labis expers, & immune reddatur.

„ His verbis complectuntur, & explicant Sententias suas Cardinales, ac Theologi, & Viri Canonum peritissimi, quorum consilium in hoc gravissimo negotio postulavimus; Nos quoque privatum studium nostrum conferre in eamdem causam non prætermisimus, antequam Congregationes haberentur, & quo tempore habebantur, & ipsis etiam peractis; Nam præstantium Virorum suffragia, quæ modo commemoravimus, diligentissime percurrimus. Cum hæc adprobamus, & confirmamus quæcumque in Sententiis superius expositis continentur; Cum Scriptores plane omnes, Theologiæ, & Canonum professores, plura Sacrarum Literarum testimonia, Pontificum Decessorum nostrorum Decreta, Conciliorum, & Patrum auctoritis, ad easdem Sententias comprobandas pene conspirare videantur. Insuper apertissime cognovimus Auctores, quibus contrariæ Sententiæ referri debent; Et eos pariter, qui illas fovent, ac tuentur, aut illis ansam, seu occasionem præbere viden,

„ videntur; Neque ignoramus, quanta sapientia, „ & gravitate defensionem veritatis susceperint „ Theologi finitimi illis Regionibus ubi controver- „ siæ ejusmodi principium habuerunt. Quare has „ literas Encyclicas dedimus universis Italiæ Ar- „ chiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis, ut hæc Ti- „ bi, Venerabilis Frater, & cæteris omnibus inno- „ tescerent; & quoties Synodus celebrare, ad Popu- „ lum verba facere, eumque Sacris Doctrinis in- „ struere contigerit, nihil omnino alienum profera- „ tur ab iis Sententiis, quas superius recensuimus. „ Admonemus etiam vehementer omnem solicitudi- „ nem impendere, ne quis in vestris Diœcesibus „ audeat Literis, aut Sermonibus contrarium doce- „ re; Si quis autem parere detrectaverit, illum ob- „ noxium, & subjectum declaramus pœnis per Sa- „ cros Canones in eos propositis, qui Mandata A- „ postolica contempserint, ac violaverint.

„ De contractu autem, qui novas has controver- „ sias excitavit, nihil in præsentia statuimus; Ni- „ hil etiam decernimus modo de aliis contractibus, „ pro quibus Theologi, & Canonum Interpretes in „ diversas abeunt Sententias; Attamen pietatis ve- „ stræ studium, ac Religionem inflammandam exi- „ stimamus, ut hæc, quæ subjicimus, executioni „ demandetis.

„ Primum gravissimis verbis Populis vestris osten- „ dite, usuræ labem, ac vitium a Divinis Literis „ vehementer improbari; Illud quidem varias for- „ mas, atque species induere, ut Fideles Christi „ sanguine restitutos in libertatem, & gratiam, rur- „ sus in extremam ruinam præcipites impellat; „ Quocirca si pecuniam suam collocare velint, di- „ ligenter caveant, ne cupiditate omnium malo- „ rum fonte rapiantur, sed potius ab illis, qui do- „ ctrinæ ac virtutis gloria supra cæteros efferuntur, „ consilium exposcant.

„ Secundo loco, qui viribus suis, ac sapientiæ „ ita confidunt, ut responsum ferre de iis quæstio- „ nibus non dubitent, (quæ tamen haud exiguam „ Sacræ Theologiæ, & Canonum scientiam requi- „ runt) abi extremis, quæ semper vitiosa sunt, „ longe se abstineant: Etenim aliqui tanta severita- „ te de iis rebus judicant, ut quamlibet utilitatem „ ex pecunia desumptam accusent, tanquam illici- „ tam, & cum usura conjunctam; Contra ve- „ ro nonnulli indulgentes adeo, remissique sunt, „ ut quodcumque emolumentum ab usuræ turpitu- „ dine liberum existiment. Suis privatis opinioni- „ bus ne nimis adhæreant; Sed priusquam respon- „ sum reddant, plures Scriptores examinent, qui „ magis inter cæteros prædicantur; Deinde eas par- „ tes suscipiant, quas tum ratione, tum auctoritate „ plane confirmatas intelligent. Quod si disputatio „ insurgat, dum contractus aliquis in examen addu- „ citur, nullæ omnino contumeliæ in eos confin- „ gantur, qui contrariam Sententiam sequuntur, „ neque illam gravibus Censuris notandam afferant, „ si præsertim ratione, & præstantium Virorum te- „ stimoniis minime careat; Siquidem convicia, at- „ que injuriæ vinculum Christianæ charitatis in- „ fringunt, & gravissimam Populo offensionem, & „ scandalum præseferunt.

„ Tertio loco, qui ab omni usuræ labe se immu- „ nes, & integros præstare volunt, suamque pecu- „ niam ita alteri dare, ut fructum legitimum so- „ lummodo percipiant, admonendi sunt, ut con- „ tractum instituendum antea declarent, & condi- „ tiones inferendas explicent, & quem fructum ex „ eadem pecunia postulent: Hæc magnopere con- „ ferunt non modo ad animi solicitudinem, & scru- „ pulos evitandos, sed ad ipsum contractum in Fo- „ ro externo comprobandum: Hæc etiam aditum „ intercludunt disputationibus, quæ non semel con- „ citandæ sunt, ut clare pateat, utrum pecunia, „ quæ rite data alteri esse videtur, revera tamen „ palliatam usuram contineat.

„ Quarto loco vos hortamur, ne aditum relin- „ quatis ineptis illorum Sermonibus, qui dictitant, „ de usuris hoc tempore quæstionem institui, quæ „ solo nomine contineatur, cum pecunia, quæ qua- „ libet ratione alteri conceditur, fructus ut pluri- „ mum comparetur. Etenim quam falsum id sit, „ & a veritate alienum, plane deprehendimus, si „ perpendamus, naturam unius contractus ab alte- „ rius natura prorsus diversam, & sejunctam esse; „ Et ea pariter discrepare magnopere inter se, quæ „ a diversis inter se contractibus consequuntur. Reve- „ ra discrimen apertissimum intercedit fructum inter, „ qui jure licito ex pecunia desumitur, ideoque „ potest in utroque Foro retineri; ac fructum, qui „ ex pecunia illicite conciliatur, ideoque Fori u- „ triusque judicio restituendus decernitur. Constat „ igitur, haud inanem de usuris quæstionem hoc „ tempore proponi ob eam causam, quod ut pluri- „ mum ex pecunia, quæ alteri tribuitur, fructus „ aliquis excipiatur.

„ Hæc potissimum vobis indicanda censuimus, „ sperantes fore, ut mandetis executioni quæcum- „ que per has Literas a Nobis perscribuntur; Op- „ portunis quoque remediis consuletis, ut confidi- „ mus, si forte ob hanc novam de usuris contro- „ versiam in Diœcesi vestra turbæ concirentur, vel „ corruptelæ ad labefactandum sanæ Doctrinæ can- „ dorem, & puritatem inducantur: Postremo vo- „ bis, & Gregi curæ vestræ concredito, Apostoli- „ cam Benedictionem impertimur.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem „ die prima Novembris MDCCXLV. Pontificatus no- „ stri Anno sexto.

XLVIII.

Confirmantur Literæ jam editæ adversus Confessarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina; Et pœnæ in delinquentes statuuntur, cum præfinitione Ordinis procedendi in hujusmodi causis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

„ UBi primum de perversa quadam, & absur- „ da praxi in Sacramento Pœnitentiæ admini- „ strando apud nonnullos Confessarios in Portugal- „ liæ, & Algarbiorum Regnis introduci cœpta, non „ sine animi nostri dolore, nuntium accepimus non „ levi aliquo, incertoque rumore ad Nos perla- „ tum, sed ita gravibus, solidisque fundamentis in- „ nixum, ut prudentem omnino fidem de periculi „ cum veritate, tum magnitudine facerent, præ- „ termittere non potuimus, quin continuo datis ad „ Venerabiles Fratres eorumdem Regnorum, ac „ Ditionum Archiepiscopos, & Episcopos Apostoli- „ cis nostris Literis, remedium nascenti malo quam „ promptissime adhiberemus. Earum vero Litera- „ rum die septima mensis Julii superioris anni mil- „ lesimi septingentesimi quadragesimi quinti edita- „ rum, quas præsenti huic nostræ Constitutioni in- „ serendas existimamus, hic tenor erat.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

,, *SUprema omnium Ecclesiarum solicitudo, & Divina Jesu Christi omnium Pastorum Principis, cujus vices plane immerentes gerimus, charitas assidue urget Nos, ut pro commissa divinitus imbecillitati nostræ universi Dominici gregis cura semper advigilantes, periculis animarum, sicubi forte super impenderint, per omnes Christiani Orbis Populos, ac Nationes opportune, quantum cum Domino possumus, occurramus; atque iis præcipue Regnis, & locis peculiari quodam Apostolicæ nostræ charitatis studio, auctoritatisque providentia consulamus, in quibus cum Fides, Religio, Pietas quammaxime floreant, callidus humani generis hostis nocere Fidelibus, dum aperto bello desperat, per insidias molitur, in Angelum scilicet sese lucis transfigurans, & ementita boni specie incautis illudens; quæ ex arte non minora sæpe animarum detrimenta, quam ex agressione manifesta, esse proventura nequissimus veterator confidit. In harum autem fraudum numero computamus, quod in florentissimis Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, & Ditionibus, quibus Vos Antistites summa cum Sacerdotalis virtutis vestræ commendatione præsidetis, & quibus pro singulari erga Catholicam Ecclesiam, atque Apostolicam hanc Sanctam Sedem observantia merita debentur laudes, nuper evenisse non sine ingenti animi nostri dolore cognovimus. Pervenit enim haud ita pridem ad aures nostras, nonnullos istarum partium Confessarios falsa zeli imagine seduci se passos, sed a zelo secundum scientiam longe aberrantes, perversam quandam, & perniciosam praxim in audiendis Christifidelium Confessionibus, & in saluberrimo Pœnitentiæ Sacramento administrando invehere, atque introducere cœpisse; ut videlicet, si forte in pœnitentes incidissent socium criminis habentes, ab iisdem pœnitentibus socii hujusmodi, seu complicis nomen passim exquirerent; atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conarentur; sed, quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis Sacramentalis negatione, prorsus adigerent, atque compellerent; immo etiam complicis ejusdem nedum nomen, sed habitationis insuper locum, sibi exigerent designari. Quam illi quidem intolerandam imprudentiam tum procurandæ complicis correctionis, aliorumque bonorum colligendorum specioso prætextu colorare, tum emendicatis quibusdam Doctorum opinionibus defendere non dubitarent; cum revera opiniones hujusmodi vel falsas, & erroneas sequendo, vel veras, & sanas male applicando, perniciem tam sui, quam pœnitentium animabus consciscerent; ac sese præterea plurium gravium damnorum, quæ inde facile consecutura fore prævidere debuerant, reos coram Deo æterno Judice constituerent. Et vero jam secuta fuisse multa ejusmodi damna, infelici experientiæ compertum est. Nec fieri potuit quin ea de causa, & oblocutiones, & scandala, & non Ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius Ministerii odium, & animorum ingens conturbatio in Populo fideli exorta sint. Tristia Nos hæc nuntiæ cum accepimus, simul audivimus, contra exitialem hujusmodi abusum protinus justa indignatione pro munere suo commotos fuisse dilectos Filios nostros S. R. E. Cardinalem Nunum a Cunha in iisdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Generalem Inquisitorem, & Thomam de Almeyda Patriarcham Lisbonensem; atque utrumque solicite gliscenti malo compescendo, atque etiam eradicando adlaborasse; Nos autem ne in tam gravi animarum discrimine ulla ex parte Apostolico nostro ministerio deesse videamur, neve mentem hac super re nostram apud Vos obscuram, & ambiguam esse sinamus, notum Vobis esse volumus, memoratam superius praxim pœnitus reprobandam esse, eamdemque a Nobis per præsentes nostras in forma Brevis Literas reprobari, atque damnari, tamquam scandalosam, & perniciosam, ac tam famæ proximorum, quam ipsi etiam Sacramento, injuriosam, tendentemque ad Sacrosancti sigilli Sacramentalis violationem, atque ab ejusdem Pœnitentiæ Sacramenti tantopere proficuo, & necessario usu Fideles abalienantem. Ea propter, Venerabiles Fratres, quamquam de pastorali vestra vigilantia nihil est, quod dubitemus: Supremi tamen Officii quoque nostri esse censemus, alacritatem ipsam vestram hac mentis nostræ aperta significatione, & Apostolicis insuper hortationibus nostris intentius acuere, & excitare, ut pro se, suisque vestrum opportunioribus, quascumque prudentia suggesserit, initis rationibus, & efficacioribus quibusque juris remediis, quoad opus fuerit, contra delinquentes Ministros adhibitis, noxiam hujusmodi novitatem strenue infrigatis, ac pene nascentem opprimatis, neque patiamini traditis curæ vestræ ovibus ibi offendiculum parari, ubi salus a Christo posita est, ab eoque Divinæ misericordiæ fonte illas avelli, ac deterreri, ad quem ab eodem Redemptore Nostro ad abluendas, dealbandasque in sanguine suo animas amantissime invitantur. Interea, dum a zelo vestro, ac prudentia luculentiora Nobis certo pollicemur vestræ pietatis, & observantiæ argumenta, Apostolicam Benedictionem cum uberrima cælestium Charismatum copia conjunctam, Vobis, Venerabiles Fratres, ex animo impertimur. Volumus autem, ut præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die VII. mensis Julii MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno quinto.*

Cajetanus Amatus.

,, HAs porro Nos Literas in forma Brevis tunc datas iterum præsentibus nostris confirmamus, & roboramus, easque ab omnibus, & singulis fideliter, exacteque observari injungimus, atque præcipimus.

,, Statuentes insuper, ac decernentes, ut quicumque cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis, & ordinis, etiam speciali, & individua ad effectum, ut hisce nostris præsentibus comprehendantur, mentione, & expressione digni, ausus in posterum fuerit docere licitam esse hujusmodi praxim, prout ea in relato nostro Brevi exponitur, ac reprobatur; vel scribere, aut loqui præsumpserit in ejusdem damnatæ praxis defensionem; vel ea, quæ in dicto Brevi contra eandem praxim decreta sunt, impugnare, aut in alienos sensus temere detorquere, seu interpretari; incidat ipso facto in excommunicationem, a qua non possit, præterquam in articulo mortis, ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, vel auctoritate suffulto, nisi a Nobis, vel a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

,, Et quia non modo cavendum est, ut, quæ sunt a Nobis in præinsertis Literis decreta,

,, ab

„ ab omni impugnatione ; contradictione, pravaque interpretationa salva sint, & immunia; verum atiam ne quis in Sacramenti Pœnitentiæ administrationa ab aorum omnimoda observantia unquam recedat; idcirco omnibus, & singulis Confessariis utriusque Clari tam Sæcularis, quam Regularis, quantumvis axempti, & quacumque speciali, & axpressa mentione alias fortasse nominandi, graviter, & districte, Divini interminationa judicii, atque in virtuta Sanctæ Obedientiæ, prohibemus, ne, conformiter ad prædictam reprobatam praxim, pœnitentes, qui peccatum, seu crimen aliquod, cujus socium, aut socios habuerint, ipsis in Tribunali Pœnitentiæ confiteantur, interrogare præsumant de nomine socii, seu complicis, loco habitationis, val aliis hujusmodi adjunctis, siva circumstantiis, expressiorem, magisqua individuam ejusdem complicis manifestationem concernentibus; aidem pœnitenti, si manifestare ramuarit, Sacramentalem Absolutionam denegando: alioquin novarint sesa, ultra peccati lethalis incursum, supensioni ab officio audiendarum confessionum, ahisque etiam gravioribus pęnis fora subjiciendos.

„ Præterea quoniam contra damnatum hujusmodi exitialem abusum, ne cum animarum pernicie radices agat, necassa ducimus modum, ac formam etiam in foro externo procedendi, & ultrices adversus reos pœnas imponendi, statnera, atqua ordinare; omnesqne super hoc eaorituras, vel atiam jam exortas dissensiones componere, & pœnitus ampuiara; volumus, decernimus, ac declaramus, quod docentes, ut supra, licitam asse praxim a Nobis jam reprobatam, vel in ejusdem praxis defensionem scribentes, aut loquentes, vel ejusdem reprobationem in memorato nostro Brevi contentam impugnantes, aut perverse interpretantes, in Officio Sanctæ Inquisitionis prædictorum Regnorum, atque Ditionum favere puniantur, & contra eos, & eorum quemlibet in aodem Officio procedatur, non minus ac contra illos ibidem procedi solet, qui assarunt, tradunt, tuentur opiniones scandalosas, perniciosas, & uti tales a Sede Apostolica rejectas, & condemnatas.

„ Similiter in eodem Officio procedandum arit, & procedi volumus, ac statuimus contra Confessarios quoque, ut supra, delinquentes, ac da nomine complicis pœnitentam interrogantes, eidemqua pęnitenti, nisi illud sibi manifestet, absolutionem denegantes; Dummodo tamen hujusmodi interrogandi, ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit, ac convestitus, quæ sic agentem Consassarium de adhæsione ad prædictam reprobatam praxim, tamquam ad licitam, vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant.

„ Itaque contra prædictos omnes, & singulos delinquantes tam Sæculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediata subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cujuscumque dignitatis, ac præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, & quorum specialis, & nominatim mentio facianda sit, prædictorum Regnorum, ac Ditionum Inquisitores, potestate a Nobis tradita, & quatenus opus sit, præsentium tenore de novo concessa, prout in causis Fidei, juxta Sactorum Canonum formam, nec non Sancti Officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta, diligentar inquirant, & procadant, & quos in aliquo ex ejusmodi excessibus culpabiles repererint, eos, pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis ab officio confessiones audiendi, vel atiam ab executione Ordinum, privationis Beneficiorum, Dignitatum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ, ac passivæ, si Regulares fuerint, aliasqua pęnas decernant; omnas etiam, vel aarum tantum aliquas, in perpetuum, vel ad tempus infligendo.

„ Quicumque vero alium quemlibet aliquo ax supradictis modis deliquisse cognoverint, eum, intra terminum dierum, in Edictis Sancti Officii ajusmodi Inquisitionis præfigi solitum, eidem Sancto Officio denunciare teneantur: alioquin pęnas non denunciantibus per eadem Edicta infligi consuetas incurrant. Veruntamen ab hujusmodi onere denunciandi justis de causis eximi volumus, & eximimus personam ipsam pęnitantem dumtaxat in causa propria, idest in casu, quod suum peccatum confitens a Confessario adigatur ad sibi manifestandum noman complicis in eodem peccato; tunc anim pęnitentem hujusmodi ab obligatione eumdam Confessarium danunciandi liberamus. Sed quando aliunde, quam ax propria, ut dictum ast, Confessione, noverit confessarium aliquo ax superius enumeratis, & Sancto Officio denunciandis modis deliquissa, tunc aum & ipsa denunciare ex ista aliunde habita notitia teneatur.

„ Quod si Confessarii de complicis nomine perperam interrogantis; absolutionamque, ni sibi detegatur, denegantis actum contingat ejusmodi essa, ut, quamvis imprudens, & malus, simplex tamen quidam, & nudus actus fuerit, idast iis circumstantiis dastitutus, quæ de prava credulitaia, vel de mala adhæsione ad praxim in sæpedicto nostro Brevi reprobatam, tamquam ad licitam, eumdem Confessarium suspectum reddant, tunc istiusmodi delictum, neque denunciationis oneri, neque Sancti Officii prædicti cognitioni subjectum erit; sed de illo cognoscere, atque in delinquentem Confessarium, per suspensionem ab audiandis Confessionibus, vel alias canonicas, & legitimas pęnas pro delicti modo animadvartere, ad locorum Ordinarios in sua cujusque Diœcesi omnino spectabit.

„ His igitur circa Ordinem, formam, modum, qua contra ajusmodi dalinquentes procedendi, ut præfertur, constitutis, ac suis unicuiqua Judici Ecclesiastico juribus assignatis, & distributis, hanc Nos deinceps regulam ab omnibus observari, ac custodiri volumus, & mandamus, si quando talia delicta depræhendi contigerit, quæ tamen haud unquam posthac eventura in Domino confidimus, accedente insuper præclara inclitæ Lusitanæ Nationis Univarsæ erga Sedem Apostolicam observantia, & obediantia, nec non eximia tum istius Sanctæ Inquisitionis Officii, tum cujusque loci Ordinariorum nunquam defutura vigilantia. Quaptopter quæcumque aliter, quam præsentibus nostris decrevimus, & constituimus, sive in Edictis præfati Officii Inquisitionis, sive in quibuslibet quorumvis Ordinariorum mandatis, aut Pastoralibus Literis, vel Decratis ante hac statuta prodiarint, ea Nos, quoniam post Apostolicam hanc a Nobis propositam agendi, seu judicandi normam minus necessaria fore censamus, desinera jam, & cessare, ac, veluti nunquam emanassent, omnem obligandi vim amittere; motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, statuimus, atque sancimus.

„ Decernentes easdem præinsertas, nec non præsentes nostras Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ea eo quod quicumqua cujusvis

,, jusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, seu alias speciali, & individua mentione, & expressione digni, in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes; illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causae, propter quas tum praeinsertae, tum praesentes emanaverint, sufficienter adductae, verificatae, & justificatae fuerint, aut ex alia qualibet etiam privilegiata causa, colore, praetextu, & capite de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed ipsas praesentes, easdemque praefatas in forma Brevis Literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis praemissis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, exacte, & inviolabiliter observari.

,, Sicque, & non aliter in praemissis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & contra haereticam pravitatem Generales Inquisitores, Legatos quoque de Latere, & Apostolicae Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque auctoritate, potestate, & praeeminentia fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

,, Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in Universalibus, sive Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, sive specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Edictis quoque praedicti Inquisitionis Officii, & quorumcumque Ordinariorum, etiam Episcoporum, & Metropolitanorum Mandatis, Literis Pastoralibus, sive Decretis, necnon ejusdem Officii, & quarumcumque Ecclesiarum etiam Episcopalium, & Metropolitanarum, & quorumcumque Ordinum, Congregationum, Religionum, & Institutorum etiam Societatis Jesu, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stilis, usibus, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Inquisitionis Officio, illiusque Inquisitoribus, Commissariis, aliisque Officialibus, tum etiam Ecclesiis, eorumque Praelatis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, Societatibus, illorumque Superioribus, & personis quibuslibet, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam efficacissimis, & insolitis derogationibus, clausulis, atque Decretis, etiam motu, & Apostolicae potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Regia, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica potestate fulgentium instantiam, vel alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis.

,, Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores praedictos pro sufficienter, & de verbo ad verbum expressis, & insertis, formasque hujusmodi pro plene, & exacte observatis habentes, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

,, Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique habeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

,, Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc nostrarum condemnationis, reprobationis, confirmationis, sanctionis, prohibitionis, ordinationis, abrogationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

,, Datum in Arce Gandulphi Albanensis Dioecesis Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, quarto nonas Junii, Pontificatus nostri anno sexto.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa de Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XLIX.

De retinenda Crucifixi Salvatoris Imagine palam, & visibiliter exposita super Altaribus, ad quae Missarum Sacrificia peraguntur.

Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis Ditionis Ecclesiasticae.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

,, Accepimus praestantium virorum testimoniis jampridem in quibusdam Pontificiae Ditionis Civitatibus inductam esse consuetudinem, quae licet pietatem, ac religionem praeseferat, Ecclesiae tamen institutis, ac disciplinae plurimum adversatur. Idem Nos ipsi deprehendimus in aliquibus Ecclesiis hujus nostrae Romanae Urbis, & aliis pariter, quae Episcopis Suburbicariis subjiciuntur. Quapropter muneri nostro deesse magnopere videremur, nisi de hac re moneremur illi, qui pro spirituali hujus Civitatis Regimine Ministri a Nobis constituti sunt, & alii, qui Suburbicarios Episcopatus, vel alterius Civitatis in Ditione Pontificia Sedem obtinentes curam gerunt Animarum.

,, In Altaribus, quae per Ecclesias erecta sunt, & in quibus Sacrum fieri consuevit, praeter majorem Tabulam, quae vel depictam, vel incisam exhibet imaginem Sancti, in cujus nomen, & memoriam Altare consecratum est, adjungi coepit alia minor Tabula, in qua vel coloribus exprimitur, vel aere, ligno, aut marmore inciditur Effigies alterius Sancti, ita ut Crux auferatur, quae juxta Rubricas inter Candelabra collocari debet: Cum vero neminem lateat, rem divinam confici non posse, nisi Crux Imagine Sanctissimi Crucifixi super Altari constituatur, hinc minori Tabulae superadditur exiguus adeo Crucifixus, ut neque Presbyteri celebrantis oculis facile occurrat, neque ab ullo alio distingui ferme possit, nisi hic diligenter

genter perscrutetur, utrum super Altari revera Crucifixi Imago proposita fuerit.

„ Equidem non improbamus, quod idem Altare in plurium Sanctorum nomen, ac memoriam dedicetur, quodve in majori Tabula, aut unus tantum, aut plures etiam Sancti pinganrur, vel denique, quod alia minor Tabula collocetur inferior, aut alio quocumque modo, ubi unus, vel plures Sancti Fidelium venerationi proponantur. Illud permittere nullatenus possumus, quod Missæ Sacrificium in his Altaribus celebretur, quæ carent Imagine Crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante Presbyterum celebrantem, vel ita tenuis, & exigua sit, ut ipsius Sacerdotis, & Populi assistentis oculos pene effugiat: Id enim alienum est a legibus, & institutis Ecclesiæ, quæ in Rubricis, aliisque Ecclesiasticis Sanctionibus continentur: Id etiam maxime contrarium est Sacræ antiquitati, & Ecclesiarum, etiam Orientalium, consuetudini; ita ut certissimum sit violari leges Ecclesiæ, si exigua solum Imago Crucifixi præfigatur minori Tabulæ, vel statuæ Sancti, qui superadditur, ut illum Fideles venerentur.

„ In Rubricis Missalis *tit. de præparatione Altaris, & ornamentorum ejusdem*, hæc leguntur: *Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum candelis accensis hinc, & inde in utroque ejus latere*. In Romano Pontificali *tit. de consecratione electi in Episcopum*; Cum sermo est de Altari, ubi consecrandus Episcopus Sacrum operatur usque ad Offertorium, quo peracto Missæ Sacrificium prosequitur in alio Altari, ubi Episcopus consecrans rem Divinam facit; in eo inquam Pontificali hæc habentur; *In Capella vero minore pro Electo, quæ a majore debet esse distincta, addatur Altare cum Cruce, & duobus Candelabris*. Cæremoniale autem Episcoporum postquam *lib. 1. cap. 12.* commemoravit Candelabra, & Candelas, hæc addit: *In quorum medio collocabitur Crux ex eodem metallo, & opere, prælta ita ut pes Crucis æquet altitudinem vicinorum Candelabrorum, & Crux ipsa tota Candelabris supereminead cum Imagine Sanctissimi Crucifixi versa ad anteriorem Altaris faciem*.

„ Nos ipsi verba fecimus de hoc veteri ritu collocandæ Crucis in Altari, cum Sacrum peragitur, in nostris Commentariis *De Sacrificio Missæ*, quæ Italico sermone a Nobis confecta fuerunt *par. 4. sect. 1. num. 17. ac seqq.* Plura deinde addidimus *sect. 1. §. 18. & 19.* cum ipsa latine reddita lucem iterum publicam adspexerunt. His etiam adjungimus ob vetustatem præsertim hujusce Ritus, tantam venerationem, cultumque semper exhibitum fuisse Cruci, quæ in medio Altari collocatur, cum Missæ Sacrificium conficitur, ut Novatores ipsi magis infensi, illam de medio auferre pertimuerint, cum suam Cœnam instituerunt; hæc testatur Gretlerus *in suo tractatu de Cruce cap. 13. tom. 1.* ejus editionis, quæ postremo typis vulgata fuit.

„ Si verò disciplinam Orientalium inspiciamus, Græcis in more positum est, ut ad Portam Regiam Sanctuarii utroque latere Imagines Christi Domini, ac Beatæ Virginis, & super Altari Crucem una cum Lib. Sanctorum Evangeliorum constituant: In Liturgia vero Cophto-Arabica, quæ desumpta ex manuscriptis Codicibus Vaticanis impressa fuit anno 1736. in Collegio Urbano de Propaganda Fide, *pag. 33.* indicitur Sacerdoti celebranti ut benedictionem cum Cruce Populo impertiat, eam deinde osculetur, ac Diacono tradat, qui ipsam super Altari collocat; Postremo Ritus Syriacus Maronitarum eadem prorsus decernit, quæ in Rubricis Romani Missalis præscribi superius indicavimus. Nam Patriarcha Stephanus *lib. 2. tract. 2. sect. 4* ita scriptum reliquit: *Mos iste in omnibus Ecclesiis inolevit, ut super Altaris gradum salutiferæ Crucis vexillum collocetur*. In Synodo etiam Nationali, quæ coacta fuit anno 1736. in Monte Libano, quam Literis Apostolicis Nos ipsi confirmavimus, *par. 2. cap. 13. de Sacrosancto Missæ Sacrificio Can. 8.* ita sancitum est. *Super Altare collocetur Crux in medio, & candelabra saltem duo cum candelis accensis hinc, & inde in utroque ejus latere*.

„ Scriptores, qui Sacros Ritus explicarunt, nonnullas disputationes instituunt; ac primo utrum satis sit nudam Crucem in Altari statuere, an Imago Crucifixi addenda simul videatur. Equidem Rubricæ Missalis solam Crucem commemorant. Cum tamen Cæremoniale Episcoporum Crucem una, & Crucifixum nominet, idque communi Ecclesiæ consuetudini consentaneum sit, hanc ideo Sententiam probandam nemo sapiens dubitabit. Ita sentiunt Gavantus, & Claudius la Croix, qui *lib. 6. part. 2. de Sacrificio Missæ num. 318.* fatetur, ob veterem communemque usum, sine Imagine Crucifixi, quæ pendeat e Cruce, rem Divinam fieri non posse, nisi necessitas intervenerit; Et profecto initio Ecclesiæ, cum Fideles concitare ad furorem Gentiles magnopere timerent, si Christum Crucifixum publice adorandum proponerent; Crucem tamen pluribus modis exornatam palam exponebant, atque incisum, vel depictum Cruci apponebant Agnum, qui Typus amantissimi Salvatoris semper habitus est, ut eo saltem modo Crucifixi Imaginem exhiberent; Id conspicitur adhuc in nonnullis hujus Civitatis Ecclesiis, & Testimonio etiam Magri comprobatur *in ejus Hierolexico, in vocabulo Crux*.

„ Secundo loco inquiritur, utrum Crucifixus pendens a Cruce debeat in Altari constitui, etiamsi Salvator noster Crucifixus in majori Tabula Altaris depictus, aut cælatus appareat. Gavantus id quidem probat; alii vero necessarium id minime arbitrantur, dummodo tamen Crucifixus in majori Tabula Altaris depictus, vel cælatus primum locum obtineat præ cæteris omnibus, quæ in eadem Tabula exprimuntur. Ita censent Pasqualigus *de Sacrificio Missæ quæst. 716.* Quartus *ad Rubricas Missalis part. 1. tit. 20. dub. 10.* & Giribaldus *de Sacramentis in tract. 5. de Sacrificio Missæ cap. 9. dub. 2. n. 20.* Huic pariter sententiæ se conformavit Congregatio Sacrorum Rituum, uti constat ex responsione, quam ipsa promulgavit anno 1663., & quam Meratus recenset *tom. 1. par. 1. tit. 20. de præparatione Altaris n. 6.* & in Indicem Decretorum *eodem tom. par. 2. n. 400.*

„ Tertio loco quæritur utrum Crucifixus in Altari collocari debeat, cum Sacrificium Missæ in eo conficitur Altari, ubi positum est Tabernaculum, in quo Pyxis cum Sacris Particulis continetur; cum præsertim eidem Tabernaculo parva Crux cum Imagine Salvatoris Crucifixi semper præfigatur. Equidem in Cæremoniali Episcoporum hæc habentur. *Non incongruum, sed maxime decens est, ut in Altari ubi Sanctissimum Sacramentum est, Missæ non celebrentur, quod antiquitus observatum esse credimus*: In veteri Cæremoniali, cum Clemens VIII. Pontificatum gereret, ita legebatur, *quod antiquitus observatum esse vidimus*. Attamen id prorsus difficile nonnullis videtur, ob eam caussam, quod ut ipsi argumentantur, cum unicum Altare in veteribus Templis extrui soleret, aut Divina Eucharistia in eis conservata non fuisset, aut nullum Missæ Sacrificium in eis esset institutum.

„ tum. Aliter vero sentiunt ii, quibus cognitum, „ perspectumque est, eum morem suisse antiquitus, „ ut Sacra Eucharistia in Ecclesiæ Sacrario servaretur, vel in decenti Armario, quod parieti configebatur, uti nunc etiam perspicimus in Basilica „ Sanctæ Crucis in Jerusalem: Idem perpendit Mabillon *in Museo Italico tom.* 1. *pag.* 89. *ac tom.* „ 2. *pag.* 139. Ad quod in præsenti ingerit difficultatem, nec ullum ab examine propositæ controversiæ liberum facit, illud est, quod juxta vigentem disciplinam, Sacra Eucharistia conservatur in Tabernaculo, quod est positum super uno „ ex Altaribus Ecclesiæ, & quod in eo passim Missa celebratur; cum, sedulo perpenso Cæremonialis textu, deprehensum sit, eum prædictæ celebrationi absolute non obstare; uti Christianus Lupus expendit *tom.* 11. recentioris editionis in dissertatione *de Sacris Processionibus pag.* 356. Hanc „ itaque controversiam quum alias nos ipsi expenderemus in supracitatis commentariis *de Sacrificio* „ *Missæ part.* 4. *sect.* 1. *n.* 18. illorum Sententiam „ probavimus, qui existimant Crucifixum inter Candelabra statui debere, neque parvam Crucem, „ quæ Tabernaculo præfigitur, satis esse, ne Rubrica violetur, quemadmodum inferius explicabimus. Idemque censuit Congregatio Sacrorum Rituum anno 1663. uti perspicitur ex Indice Decretorum, quem Meratus exhibuit, *pars.* 2. *tom.* 1. „ *num.* 400. ubi hæc leguntur verba. *Crux parva* „ *cum Imagine Crucifixi posita super Tabernaculum,* „ *in quo asservatur inclusum Sanctissimum Sacramentum in Altari; Non est sufficiens in Missa, sed* „ *poni debet alia Crux in medio candelabrorum.*

„ Quarto loco disputatur, utrum Crucifixus inter „ Candelabra collocandus videatur, cum Sacrum „ peragitur in eo Altari, ubi Divina Eucharistia „ non includitur Tabernaculo, sed publicæ Fidelium venerationi exponitur. Id necessarium esse putavit Sacrorum Rituum Congregatio die „ 14. Maji anno 1707. Hoc enim petitum fuerat. „ *An super Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum expositum est, Crux de more collocari debeat.* „ Sic autem responsum est. *Nunquam omittendam* „ *Crucis cum Imagine Crucifixi appositâ collocationem.* Porro quum nos ipsi tunc in minoribus „ constituti Coadjutorem Promotoris Fidei gerentes, ipsius loco eidem Congregationi præsentes „ adfuerimus, adhuc memoria retinemus, in illa „ sententia ferenda varia fuisse, ac discrepantia suffragia, cautumque deinde fuisse, ne ipsa sententia in lucem ederetur. Itaque res iterum deducta „ est in examen initio Pontificatus nostri die 2. Septembris anno 1741. in eadem Congregatione Sacrorum Rituum, quæ postquam omnia diligenter, „ accurateque perpendit, decrevit, ut quælibet Ecclesia morem, & institutum, quod antea servaverat, in posterum quoque retineret. Et quidem pro „ Cruce ab Altari removenda, dum Missa in eo „ celebratur, & super eo publicæ venerationi Eucharistia exposita est, parum urget, quod nonnulli asserunt, indecens esse, ut Christi Imago in eo „ loco sit, in quo Christus ipse sub specie panis realiter præsens est, & ab omnibus sub eadem specie „ panis videtur: id quippe prorsus contigit, quoties „ Sacerdos in quolibet Altari rem divinam faciens, „ materiam Eucharistiæ consecravit; Nec enim Ecclesia unquam decernendum putavit, ut, peracta „ Consecratione, Crux ab Altari removeatur. Quemadmodum nec afferentibus Crucem necessario esse „ debere in Altari, in quo expositum est Sacramentum publicæ venerationi, si in eo Missa celebretur, quidquam prodesse potest, quod in publica „ Eucharistiæ expositione significetur triumphus, & „ gloria Salvatoris, in Missæ autem Sacrificio ejusdem mors repræsentetur; Cum Ecclesia, tam in „ actione Missæ, in qua Eucharistia consecratur, „ quam in conclusione precum, quæ coram eadem „ jam consecrata, & Fidelium venerationi palam „ exposita recitantur, una, eademque Collecta æque „ utatur, quam S. Thomas Aquinas confecit, nimirum: *Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue, quæsumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui Sacra* „ *Mysteria venerari, ut redemptionis tuæ,* (hoc est „ passionis, ac mortis) *fructum in nobis jugiter sentiamus.* Quæ cum ita se habeant, Rituumque Interpretes, & Scriptores, ob ea, quæ mox relata „ sunt, in varias abierint sententias, satis commendari non possunt ea, quæ prudenter, sapienterque Decreta fuerunt a prædicta Sacrorum Rituum Congregatione, nempe, ut quælibet Ecclesia, vel Diœcesis suam retineat consuetudinem; „ ita ut nihil immutetur in ea Diœcesi, ubi Crux „ in Altari constitui soleat, dum Missa celebratur, „ etiamsi Sacra Eucharistia publice prostet: neque „ nova disciplina excitetur in ea Diœcesi, ubi contraria hujusce rei consuetudo jampridem invaluerit.

„ Hæc omnia diligenter exposuimus, non quidem, ut hac de re plenum, justumque tractatum „ adornaremus, sed ut ex eis cognitum esset, atque „ perspectum, quam alienum sit a Sacris Ritibus id „ quod plures temere, & inconsulto peregerunt, „ nempe ut Sacrum facerent ab Altaria, in quibus Crux haud promineat inter Candelabra, „ sed exiguus tantum Crucifixus præfigatur Tabulæ „ alicujus Sancti, qui vel depictus, aut celatus majori Tabulæ Altaris adjungi consuevit.

„ Si etenim, juxta Rubricas Missalis, Crux inter „ Candelabra statuenda est; si, juxta cæremoniale Episcoporum Crux ipsa cum Imagine Crucifixi Candelabris supereminere debet; si, juxta sensum Congregationis Sacrorum Rituum, non satis esse judicatur exiguus Crucifixus Tabernaculo infixus, „ cum Missa celebratur ad Altare, ubi Pyxis cum „ Sacris Particulis in Tabernaculo includitur; si in „ præsenti non agitur de Altari, in cujus Tabula „ Imago Salvatoris Crucifixi primo loco Fidelibus „ exhibeatur; nec minus de Altari, in quo Sacra „ Eucharistia publice adoranda proposita sit; nemo „ est qui non videat, praxima de qua agitur, recenter inductam, proprioque marte a privatis personis usurpatam, ex supradictis dicendam esse omnino improbatam; eoque magis, cum ex exiguo „ Crucifixo, qui præfigitur Tabulæ ejus Sancti, qui „ Altari superadditur, ea profecto utilitas non consequitur, quam proponit Ecclesia, dum Crucem „ inter Candelabra collocandam decernit. De hac „ re Præclarissimus Vir Cardinalis Bona ita scriptum reliquit: *Rerum Lyturgicarum lib.* 1. „ *cap.* 25. *n.* 8. = *Ab aspectu siquidem Crucis Sacerdoti celebranti Passio Christi in memoriam revocatur, cujus Passionis viva Imago, & realis repræsentatio hoc Sacrificium est, mortem cruentam Salvatoris Nostri incruente exprimens, tanquam idem* „ *Sacrificium, quod in Cruce oblatum est, quamvis* „ *diverso modo offeratur* = His postremis verbis indicatur Orthodoxa Doctrina, quam Tridentina „ Synodus declaravit. *Sess.* 22. *de Sacrif. Missæ c.* 2.

„ Itaque Vos omnes, Venerabiles Fratres, ad „ quos hæc Apostolica scripta dirigimus, curam „ magnopere impendite, ne vestras in Diœceses irrepat consuetudo, quam superius explicavimus; quod si jam ipsa invaluerit, humanitatem „ prius,

,, prius, ac deinde severitatem, si opus fuerit, adhibentes illam penitus convellite. De Sacrificio ,, Missæ res agitur, ideoque nemo vestrum ignorat, ,, a Tridentino Concilio eam tributam auctoritatem Episcopis, & Ordinariis locorum, ut etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati corrigere valeant ,, pravas consuetudines, quæ ritui Missæ celebrandæ adversantur; Ita clare desumitur ex *sess.* 22. ,, in Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*. Neque vos latet, nullum esse privilegium, aut immunitatem, quæ delinquentibus ,, in hac re suffragari possit, ut vestra ab auctoritate, pœnisque per Vos irrogatis vindicentur. Idem ,, sæpius confirmavit Sacra Congregatio Tridentini ,, Concilii; Interpres, Decreto inhærens ejusdem Synodi, quod paulo ante memoravimus: Id *Fagnanus* testatur ad *Cap. Grave numer.* 46. *de Officio Ordinarii* = his verbis = *Et generaliter hoc Decretum* (de quo superius dictum est) *censuit Sacra Congregatio comprehendere etiam Regulares, quantumvis exemptos, eosque ea omnia, quæ ab ordinariis locorum circa observanda & evitanda in Missarum celebratione statuta fuerint, omnino servare teneri, ad idque etiam pœnis & censuris Ecclesiasticis ab iisdem Ordinariis cogi, & compelli posse* = Nos quidem his litteris eamdem Auctoritatem, qua jam præditi estis, iterum vobis confirmamus. Illud monendum superest, eam Nobis ,, mentem haud esse, ut Imagines Sanctorum, quæ ,, majori Tabulæ Altaris superadditæ sunt, de medio auferatis, cum fortasse desuturi non essent ,, invidi, qui ut pietati vestræ maculam inurerent, ,, in vulgus disseminarent, Vos nulla duci Religione in eum Sanctum, cujus Imaginem Fidelium ,, venerationi subducitis: Illud Vobis præcipimus, ,, ut nullo modo patiamini rem divinam fieri ad hujusmodi Altaria, nisi Crucifixus inter Candelabra ,, ita promineat, ut Sacerdos celebrans, ac Populus ,, Sacrificio assistens eumdem Crucifixum facile & ,, commode intueri possint; quod evenire nequit, ,, si exigua solum crux minori Tabulæ defixa Fidelibus exhibeatur. Si ejusmodi corruptela in Diœcesim non valde propagata est, facile exstingui ,, poterit, si privatim Regulares, aut sæculares Ecclesiarum Superiores de hac re moneantur: sin autem late per Diœcesim invaluerit, tunc a vobis ,, edictum necessario promulgandum erit, quod his ,, nostris Literis conformetur. Plura scribere vobis ,, prætermittimus, quos prudentiæ ac Doctrinæ laude satis præstantes existimamus. Auctoritatem nostram, ut rem perficiatis, quoties opus fuerit, ,, vobis petentibus nunquam defuturam pro certo habeatis. Interim Fraternitatibus vestris, & Populis curæ vestræ commendatis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ,, die XVI. Julii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri ,, Anno sexto.

L.

CONSTITUTIO

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

De Episcopi Residentia.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

,, AD universæ Christianæ Reipublicæ statum, ad ,, Ecclesiasticarum legum custodiam, & fidelium populorum salutem, tam magni refert singulos Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis præpositos, in ,, ipsis Ecclesiis, vel Diœcesibus sibi creditis assidue ,, residere, ut difficile sit aliud ullum reperire Ecclesiasticæ disciplinæ caput, quod aut Conciliaribus Canonibus, atque decretis, aut Apostolicæ ,, Sedis Constitutionibus, & Sanctionibus tam sæpe, ,, tamque impense inculcatum fuerit, & commendatum. Ut autem antiquiora Canonica statuta ,, prætereamus, Nobis satis erit innuere, quid hac ,, de re decreverit Sacrosancta Tridentina Synodus ,, sess. VI. cap. I. & sess. XXIII. cap. I. de Reform. ,, tum ea, quæ recol. memor. Prædecessor Noster ,, Urbanus Papa VIII. præscripsit in sua Constitutione data apud S. Petrum die 12. Decembris anni ,, 1634. quæ incipit, *Sancta Synodus*, & in qua præcedentes aliorum Romanorum Pontificum Pii IV. ,, Gregorii XIII. & Clementis VIII. Leges, & Constitutiones retulit, confirmavit, & ampliavit. ,, Neque opus est recensere omnes Encyclicas litteras, quæ ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos de implendo hujusmodi residentiæ onere identidem admonendos ab hac Apostolica Sede mitti consueverunt, ut patet ex Epistola jussu Ven. servi Dei Innocentii Papæ XI. Prædecessoris quoque Nostri scripta die 5. Februarii anni 1678. item ex alia die 24. Decembris anni ,, 1707. a felic. record. Clemente Papa XI. ad suum, ,, & Apostolicæ Sedis Nuntium Neapoli commorantem conscripta, ut illius Regni Præsules ad residendum in propriis Ecclesiis, & Diœcesibus adigerentur, necnon ex ejusdem Clementis litteris in ,, forma Brevis, datis die 25. Maji anni 1709. ad ,, Archiepiscopos, & Episcopos Poloniæ, qui obtentu turbarum, & dissensionum, quæ tunc in eo ,, Regno versabantur, suas reliquerant Ecclesias, atque Diœceses.

,, Neque porro Nos hac in re Apostolici officii ,, Nostri partes desiderari permisimus: vix enim ,, inscrutabili divinæ providentiæ consilio in hac ,, suprema Ecclesiæ universalis specula collocati fuimus, quum veterem Prædecessorum Nostrorum ,, morem in usum revocantes, ad Ven. Fratres omnium per Orbem Ecclesiarum Antistites Apostolica scripta direximus, quibus inter cetera salubria ,, monita, hoc etiam de residendo in propriis Ecclesiis peculiari istudio iis inculcare, & tam gravissima ,, damna, quæ ex eorum absentia proveniunt, quam ,, magnas utilitates, quas eorum præsentia concreditis ipsis Diœcesibus affert, ante oculos proponere non prætermisimus, ut videre est in §. 4. ,, Epistolæ Encyclicæ die 3. Decembris anni 1740. ,, a nobis conscriptæ, quæ in Tomo I. Bullarii Nostri nuper vulgati num. 1. impressa est. Qui autem hominum corda scrutatur Deus, is sane ,, novit quantum, & quam acerbo animi nostri ,, dolore nonnunquam acceperimus, Ecclesiasticas regulas ab aliquo ex Fratribus hac in parte ,, violari, & quantopere studuerimus nunc admonendo, nunc obsecrando, nunc increpando, ,, absentes quidem per litteras, præsentes vero ,, ipsa voce ad debitum Residentiæ officium revocare. Quin etiam laudabilibus Prædecessorum ,, Nostrorum vestigiis inhærentes, in Nostra, & ,, Cancellariæ Apostolicæ Regula, qua Beneficia in ,, octo anni mensibus vacatura nostræ dispositioni, ,, & collationi reservavimus, simul etiam iisdem ,, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis residentibus gratiam alternativæ mensium, certis modo, ,, & forma ab iis acceptandam, liberter obtulimus; ,, nimirum, ut quamdiu ipsi apud Ecclesias, aut

,, Diœ-

„ Diœceses suas vere, & personaliter residerent, de „ Beneficiis hujusmodi Ecclesiasticis, quæ extra Romanam curiam in Februarii, aliisque alternis anni mensibus vacare contingeret, dummodo alias „ dispositioni Apostolicæ reservata vel affecta non essent, libere disponere valerent, facultatem tempore Pontificatus Nostri duraturam concessimus, „ quo scilicet iidem Episcopi, & majores Ecclesiarum Præsules ampliorem potestatem in Beneficiis „ prædictis conferendis sic obtinentes, ac etiam Apostolicæ Nostræ liberalitatis gratificatione illecti, „ ad personalem residentiam prædictam libentius ob-„ eundam adducerentur.

„ Quoniam vero & certæ quædam causæ adesse possunt, & hujusmodi occasiones incidere, propter „ quas, prævio Romani Pontificis assensu, & approbatione, liceat Episcopo a propria Ecclesia, & „ Diœcesi per aliquod definitum tempus abesse, ea „ vero absentia, quæ ad modicum tempus protrahitur, neminem desertæ residentiæ reum constituit; „ ideo & in Conciliis, & in Apostolicis Constitutionibus ad præcavendos abusus tam circa hujusmodi causarum, & occasionum relevantiam, quam „ circa tolerabilia temporum spatia, providæ statutæ leges, & regulæ reperiuntur. Equidem justæ, „ ac legitimæ absentiæ causæ a præfata Tridentina „ Synodo citat. cap. 1. sess. 23. non aliæ agnitæ fuerunt, quam Christiana caritas, urgens necessitas, „ debita obedientia, & evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas. Verum his etiam causis deficientibus, quum eadem Sacrosancta Synodus perpendisset ex veterum Canonum sententia, minime abesse videri eos, qui aliquantisper absunt, & statim „ sunt reversuri; omnibus Ecclesiarum Antistitibus „ indixit, ut sibi licitum non putarent singulis annis ultra duos, aut tres ad summum menses, sive „ continuos, sive interruptos extra proprias Diœceses commorari; eosque simul admonuit, ne per illius temporis spatium, Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, „ Pentecostes item, & Corporis Christi diebus ab „ Ecclesiis suis Cathedralibus abessent, nisi forte „ Episcopalia munia in aliis Diœcesum suarum locis „ eos detinerent; eamque præterea rationem ab iis „ haberi voluit, ut absque ullo Gregis detrimento „ concessa uterentur libertate, & ut id æqua ex causa fiat: quibus verbis animi levitas, oblectationum cupiditas, aliæque futiles causæ penitus excluduntur.

„ Præfatus autem Urbanus Prædecessor ad peculiares occurrentes casus descendens Episcopis in Curia promotis unum concessit mensem (quem postea declaratum fuit, a die ipsorum promotionis „ in Concistorio computandum esse) quo mense elapso, singuli ad proprias Ecclesias se conferre deberent. Sed quum in Concilio Romano, habito a „ felic. recordat. Benedicto Papa XIII. Prædecessore „ pariter Nostro, Episcopi exposuissent, tam exigui „ temporis spatio non posse a recens promotis sua in „ Urbe negotia expediri; idem Benedictus facultatem concessit S. R. E. Cardinali suo, & Romani „ Pontificis pro tempore in Urbe, ejusque Districtu „ Vicario, ut præfatum unius mensis terminum, „ juxta casuum contingentiam, & causa cognita, „ ad alios quadraginta dies, & non ultra prorogare „ posset.

„ Præterea Episcopis ad sacra Apostolorum limina „ statutis temporibus visitanda personaliter accedentibus supradictus Urbanus Prædecessor indulsit, ut „ qui Ecclesiis citra Montes, & citra Mare positis „ præsiderent, per quatuor; qui vero ultramarinis, „ & ultramontanis Ecclesiis præessent, per septem „ menses continuos a residentia in suis respective fe-„ dibus facienda, hujusmodi visitationis gratia, excusarentur.

„ Cum vero idem Urbanus declarasset, se per ea, „ quæ in suis præfatis litteris constituerat, minime „ sublatam voluisse dictam trium mensium licentiam „ a Concilio indultam; hinc plures ortæ quæstiones, & varia condita sunt Decreta ab eodem Urbano, ejusque Successoribus approbata; cujusmodi „ sunt, non licere trimestrem absentiam prædictam „ conjungere sive cum eo tempore, quo permittitur „ Episcopis post suam promotionem in urbe commorari, sive cum eo, quod ad peragendam sacrorum „ liminum visitationem eisdem concessum fuit: neque fas esse absentiæ tempora ita disponere, ut „ tres postremi menses unius anni continuentur cum „ tribus prioribus mensibus anni subsequentis. Sicut „ etiam vetitum est prædictos menses conjungere cum „ eo anni tempore, quo propter aeris insalubritatem „ alicui Episcopo permittitur extra Diœcesim degere; ne scilicet continuatis absentiæ temporibus „ vernos simul, & æstivos menses, sive æstivos una „ cum autumnalibus extra Diœcesim duci contingat. „ Denique, ne quis indulgentia Sacri Concilii per „ fraudem abuti posset, declaratum fuit, prædictam „ trium mensium vacationem intra cujusque anni „ limites coerceri, ut qui uno anno usus ea non „ fuerit, non ideo sequenti anno diutius ab Ecclesia „ sua abesse valeat.

„ Et quoniam Tridentina Synodus sub legibus de „ residentia hujusmodi ipsos etiam S. R. E. Cardinales nominatim comprehendit; præfatus Urbanus „ Prædecessor, advertens nonnumquam evenire, quod „ aliquis ex Cardinalibus alicui Patriarchali, seu „ Metropolitanæ, aut Episcopali Ecclesiæ præpositus, unum simul ex Episcopatibus suburbicariis „ obtineret, constituit, ut hujusmodi Cardinales in „ primodictis Ecclesiis, non autem apud Episcopatus „ suburbicarios residere tenerentur.

„ Denique tam in prædicto Concilio, quam in citata Urbani Constitutione, contra transgressores „ hujusmodi legum, quæ ad residentiam pertinent, „ gravissimæ pœnæ statutæ fuerunt; quarum executionem idem Urbanus primo quidem demandavit „ Auditori causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ; verum biennio post, totam hujus materiæ cognitionem delegavit Congregationi particulari a se deputatæ, quam compositam esse voluit ex tunc, „ & pro tempore existentibus Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, necnon ejusdem Pontificis „ Datario, & Secretario Status, ac Secretario Brevium, duobus item Secretariis Congregationum, „ negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, ac interpretationi & executioni Decretorum prædicti Concilii Tridentini respective præpositarum. Et quidem prædicto Cardinali Vicario „ facultatem tribuit, ut justis ex causis, & cum „ consilio prædictorum Prælatorum concedere posset „ Episcopis licentiam abessendi a propriis Ecclesiis, „ & Diœcesibus spatio dumtaxat dierum quadraginta, ut in ipsis Urbani litteris datis die 1. Januarii „ 1636. distinctius præscribitur.

„ Hujus Congregationis Caput, seu Præfectus, ex „ quo eadem instituta est, semper fuit præfatus Cardinalis Vicarius pro tempore existens; quemadmodum ejusdem Secretarii munus is semper gessit, „ qui Congregationi Concilii Tridentini fuit a Secretis: unde etiam Nos ipsi, dum in minoribus „ constituti Officio Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum „ fungeremur, par quoque munus Secretarii alterius „ Congregationis super residentia Episcoporum simul „ sustinuimus. Quæ sane Congregatio, ut ex illius „ secretariæ regestis apparet, tam ipsius Urbani Præ-

„ decesso-

,, decessoris temporibus, quam aliis subsequentibus,
,, non semel singulis annis aduoari consuevit; id,
,, quod a san. mem. Prædecessore pariter Nostro Cle-
,, mente Papa XI. in usum revocatum fuit, & iden-
,, tidem peractum, Nobismetipsis præfatum Secreta-
,, rii munus obeuntibus, confectisque a Nobis, &
,, impressis foliis, ea prorsus methodo, quæ pro cau-
,, sis ad Congregationem Concilii pertinentibus ob-
,, servatur.

,, Ut autem Episcopi a suis Ecclesiis, vel Diœce-
,, sibus licite abesse possint, quum præter causam
,, Canonicam expressa quoque licentia Romani Pon-
,, tificis, ut supra diximus, sit necessaria, excepto
,, casu prædictæ trimestris absentiæ a Concilio per-
,, missæ, pro qua nulla peculiaris requiritur licen-
,, tia, quum idem Concilium Episcoporum abscedén-
,, tium conscientiæ relinquat, de æquitate causæ ju-
,, dicium facere; hoc est, quod quæcumque hujus
,, generis licentia olim indulgeretur, per speciale
,, Chirographum manu Pontificis signatum expedie-
,, batur. Postmodum vero inductus fuit mos descri-
,, bendi omnes hujusmodi licentias in unico folio,
,, quod Pontifici subscribendum deferebatur: quem
,, sane morem, a prædecessoribus Secretariis inve-
,, ctum, nos quoque servavimus.

,, Cum autem post absentiam duodecim annorum,
,, quorum duos apud Anconitanam, & decem apud
,, Bononiensem Ecclesias Regimini Nostro successive
,, commissas assidue residendo transegimus, in Ur-
,, bem reversi, & ad Apostolicam Sedem, quamvis
,, immerentes, evecti fuerimus, Congregationis præ-
,, fatæ sessiones, materia forsan deficiente, non am-
,, plius frequentari comperimus; neque porro Chi-
,, rographa, aut folia signanda Nobis oblata fuerunt;
,, sed facta Nobis oretenus a Prælato dictarum Con-
,, gregationum super executione, & interpretatione
,, Concilii, & super Residentia Episcoporum Secre-
,, tario, tam petitionum Episcoporum, qui vacatio-
,, nem a residentia postulabant, quam causarum,
,, quibus hujusmodi petitiones innitebantur, relatio-
,, ne, Nostroque desuper accepto responso, opportu-
,, na singulis decreta præscribi, eaque a Cardinali
,, Vicario Nostro, tamquam sæpedictæ Congregatio-
,, nis super Residentia Episcoporum Præfecto, signari
,, consueverunt. Verum quum nos hanc agendi ra-
,, tionem pro rei gravitate nimis compendiariam ju-
,, dicaverimus, visum est Nobis motu proprio, &
,, ex certa scientia non solum pro debita, ut ajunt,
,, actus solemnitate, sed etiam pro ipsius rei substan-
,, tia, & pro maturiori examine causarum, quæ ad
,, hujusmodi licentias obtinendas afferuntur, infra-
,, scriptas leges, & ordinationes inviolabiliter impo-
,, sterum observandas, Apostolica auctoritate, teno-
,, re præsentium, edicere, & constituere.

,, Primum itaque relata superius Sacrosanctæ Tri-
,, dentinæ Synodi Decreta sess. VI. cap. I. & sess.
,, XXIII. cap. I. de Reform. laudatasque Romano-
,, rum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Pii IV.
,, Gregorii XIII. Clementis VIII. & Urbani pariter
,, VIII. Constitutiones, & Ordinationes, necnon o-
,, mnes, & singulas, quas supra innuimus, resolu-
,, tiones Apostolicæ Sedis auctoritate editas, inno-
,, vantes, & tam Decretorum, quam Constitutio-
,, num, ordinationum, & resolutionum hujusmodi
,, tenores etiam veriores pro satis hic expressis, ac
,, etiam de verbo ad verbum insertis habentes, &
,, haberi volentes, illaque, & illas, quatenus opus
,, sit, iterum plenissime approbantes, & confirman-
,, tes omnia, & singula in ipsis contenta, & ab iis
,, ad quos spectat, & pro tempore imposterum spe-
,, ctabit, attendi, & in omnibus, quæ Nostris hisce
,, litteris non adversentur, exactissime impleri, &
,, observari volumus, statuimus, & in virtute san-
,, ctæ obedientiæ mandamus, atque præcipimus, non
,, obstantibus quibuscumque privilegiis, aut contra-
,, riis, etiam quantumvis inveteratis, usibus, & con-
,, suetudinibus, quæ potius abusus, & corruptelæ di-
,, ci debent; quibus, si forte adesse, aut allegari
,, contingat, motu, ac scientia simili, ac de prædi-
,, ctæ Apostolicæ auctoritatis Nostræ plenitudine, de-
,, rogamus, & derogatum esse volumus, & decerni-
,, mus.

,, Secundo loco, & consequenter ad præmissa ad-
,, versus prædictarum legum, & Constitutionum trans-
,, gressores, omnes, & singulas pœnas in eisdem De-
,, cretis, & Constitutionibus latas, & comminatas,
,, auctoritate quoque Nostra confirmamus, & inno-
,, vamus; amissionis scilicet quartæ partis fructuum
,, unius anni, ipso facto ab iis incurrendæ, qui le-
,, gitimo impedimento, seu justis, & rationabilibus
,, causis cessantibus, & absque expressa, ut præfer-
,, tur, Apostolicæ Sedis licentia, sex mensibus con-
,, tinuis extra suam Diœcesim morando absuerint;
,, & amissionis alterius quartæ partis fructuum eo-
,, dem modo incurrendæ, ubi hujusmodi absentia ad
,, alios sex menses protrahatur; ut in prædicto Con-
,, cilio Tridentino sess. 6. cap. 1. de Reform. statu-
,, tum fuit; incursus quoque in peccati mortalis rea-
,, tum, & obligationis restituendi fructus in absentia
,, perceptos, nulla etiam prævia declaratione, eos-
,, que erogandi in Ecclesiarum fabricas, seu in sub-
,, ventionem pauperum ipsius loci, quacumque con-
,, ventione, seu compositione pro hujusmodi fructi-
,, bus male perceptis prohibita; ut in eodem Conci-
,, lio sess. XXIII. cap. 1. præscribitur. Similiter im-
,, positam a prædicto Pio IV. Prædecessore pœnam
,, amissionis facultatum testandi, & disponendi, si
,, quæ transgressoribus hujusmodi competere digno-
,, scantur; necnon inhabilitatis ad majores dignita-
,, tes, & Ecclesias obtinendas, quam præfatus quo-
,, que Prædecessor Clemens VIII. indixit, per omnia
,, confirmamus, & innovamus. Quibus omnibus hoc
,, etiam superaddimus, ut iidem transgressores omni-
,, bus, & singulis indultis, & privilegiis, quæ for-
,, san ipsis, tamquam Pontificio Solio assistentibus,
,, concessa fuerint, ipso facto privati esse censeantur.
,, Decernentes sub transgressorum nomine compre-
,, hendi non solum eos, qui præter tres menses a
,, Concilio toleratos absque legitima causa, & ex-
,, pressa Romani Pontificis licentia extra proprias
,, Diœceses commorantur; sed eos etiam, qui hujus-
,, modi licentiam falsis, simulatisque causis dolose
,, extorquere non dubitaverint; vel ea semel rite,
,, recteque obtenta præscriptos in eadem limites, ac
,, præfinitum tempus prætergressi fuerint. Quod si
,, nihilominus aliqui non minus Canonica statuta,
,, quam propositas hujusmodi pœnas contemnentes in
,, sua contumacia confirmati perseverare præsumpse-
,, rint; volumus adversus istos ad ulteriora cum ef-
,, fectu procedi, juxta mentem ejusdem Concilii Tri-
,, dentini, quod in citato cap. 1. sess. VI. Romanum
,, Pontificem pro tempore existentem hortatur, ut
,, suæ supremæ Sedis auctoritate in hujusmodi trans-
,, gressores ad severiorem Sacrorum Canonum nor-
,, mam animadvertat, atque etiam Ecclesiis ipsis de
,, utilioribus Pastoribus provideat, sicut in Domino
,, noverit salubriter expedire.

,, Tertio loco volumus, & mandamus, ut prædi-
,, ctæ Congregationis super residentia Episcoporum
,, ab Urbano Papa VIII. institutæ exercitium atque
,, sessiones resumantur, confirmantes ipsius præfe-
,, cturæ munus dilecto Filio Nostro Joanni Antonio
,, Tituli Sancti Martini in montibus Presbytero S.
,, R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, moderno
,, nostro in Urbe ejusque districtu in spiritualibus
,, Vicario, ejusque in officio Vicariatus hujusmodi
,, suc-

„ successoribus; sicut etiam officium Secretarii ejusdem Congregationis dilecto Filio Magistro Joseph Alexandro Furietto, ejusque successoribus Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Secretariis: eosdemque statuentes in hujusmodi Congregatione nunc, & deinceps pro tempore locum habere, & suffragium ferre, quicumque ea officia, & munera obtinent, sive obtinebunt imposterum, quæ in præcitatis Urbani Prædecessoris litteris designantur. Præterea cum minime expediat hujusmodi Congregationem Promotore Fiscali carere, nos eum, qui in Tribunali prædicti Cardinalis Vicarii Urbis officium gerit Promotoris Fiscalis, ejusque in officio successores pro tempore ad idem munus obeundum deputamus in præfata Congregatione, cui ipsum, seu ipsos cum consultivo suffragio volumus interesse. At vero perpendentes, quod si Congregatio isthæc toties habenda foret, quoties ab aliquo Episcopo licentiam abscedendi a Diœcesi peti contingeret, eadem aut propter frequentiam nimis onerosa evaderet, aut propter negotiorum levitatem tractu temporis negligi, & parvipendi posset; volumus, atque statuimus, eamdem tunc tantum cogendam, habendamque esse, cum aut a Nobis, sive a Successoribus Nostris Romanis Pontificibus, alicujus negotii cognitio ipsi remissa, & delegata fuerit; aut hujusmodi etiam remissione cessante, quoties de pœnis superius constitutis adversus aliquem transgressorem reipsa decernendis infligendisque deliberandum fuerit: siquidem hujusmodi pœnarum modus, prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, ab eadem Congregatione statuendus erit; ut facta per ipsius Secretarium Nobis, seu Successoribus Nostris relatione, approbataque Congregationis resolutione, ad hujusmodi pœnarum executionem procedatur; aut denique, cum aliquis Episcopus instantiam proponat abessendi a propria Diœcesi ratione alicujus muneris, sive officii, cujus ea dicatur natura esse, ut Apostolicum indultum de non residendo ad longum tempus ipsi sit concedendum: Nos etenim hujusmodi indulta nemini umquam concedi debere decernimus, nisi prævio causarum examine in eadem Congregatione peragendo, nostraque, & Successorum Nostrorum scientia, & approbatione, & mediante expeditione litterarum Apostolicarum in forma Brevis, id eoque mandamus nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis supplicum libellorum Secretario, aliisque Secretariis quarumvis Congregationum, quibus ea de re preces oblatæ fuerint, ut illas ad prædictam Congregationem super residentia Episcoporum omnino remittant: simulque prohibemus Nostro, & Successorum Nostrorum pro tempore Secretario Brevium, ne litterarum Apostolicarum super indultis hujusmodi exempla Nobis, aut Successoribus Nostris signanda ullatenus afferat, nisi authentica documenta tam de causarum examine in dicta Congregatione peracto, quam de Apostolica approbatione, & assensu consequenter examinatis, eidem fuerint exhibita.

„ Quarto loco statuimus, ut folia superius enuntiata imposterum omnino conficiantur, in quibus nimirum describantur nomina Episcoporum, quibus dantur indulta commorandi extra Diœcesim, una cum causis ab ipsis adductis, atque probatis, & spatio temporis, ad quod hujusmodi indulta conceduntur: quæ quidem folia a Romano Pontifice subscripta, in Tabulario prædictæ Congregationis, ut alias, asservari præcipimus: quod tamen intelligi volumus non de iis indultis, quæ per Apostolicas litteras in forma Brevis expedienda esse in paragrapho superiore præscripsimus, sed de alterius generis indultis, de quibus infra dicendum erit, quæque post Pontificium assensum a Secretario requisitum, & obtentum, expediri debebunt per decreta a prædicto Cardinali Vicario Urbis tamquam præfatæ Congregationis præfecto subscripta. Decet enim has quoque licentias non sine Pontificia subscriptione prodire; idque obtinebitur accedente signatura Pontificis super prædictis foliis, in quibus singulorum indultorum tenores, & causæ a Secretario describptæ erunt, quemadmodum elapsis temporibus, ac etiam a Nobis ipsis, dum hujusmodi Secretarii munere fungeremur, servatum fuisse narravimus.

„ Quinto loco, quoniam experiendo cognovimus, quod ad obtinenda indulta commorandi extra Diœcesim, infrascriptæ plerumque causæ ab Episcopis afferri solent; nimirum, aut necessitas assistendi personaliter alicui liti, seu controversiæ, in qua Ecclesiæ, aut Cleri sui, vel etiam propriæ familiæ res agatur, quæque in Romana Curia introducta sit, vel alia in Urbe, in qua resideant majora Tribunalia, quorum ea de re judicium esse debeat; aut corporalis ægritudo, qua correptus fuerit Episcopus, dum extra Diœcesim, Conciliaribus mensibus utens, morabatur, ita ut ad eamdem Diœcesim reverti nequeat; aut adversa valetudo in ipsa Diœcesi contracta, ad quam depellendam medici putent necessarium fore, Episcopo aerem, & solum aliquantisper mutare; aut denique malignitas aeris in Diœcesi vigens, quam aliquibus anni mensibus devitare oporteat: & quoniam nec ulla ex præmissis causis, absque expressa Romani Pontificis approbatione, quemquam ab onere residendi eximere potest; & nisi certis expressis circumstantiis, iisque verificatis, difficile est ad hujusmodi approbationem rite, recteque procedere; necessarium nobis visum est infrascriptas Regulas statuere, quas in singulis respective casibus ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari mandamus, atque præcipimus.

„ Si quis igitur in posterum licentiam petierit abscedendi a Diœcesi sibi concredita, ut judiciali controversiæ, quæ alibi vertitur, per se ipsum intersit, exprimere debebit in precibus tum locum, sive Urbem, in qua hujusmodi lis agitatur, tum etiam, an ea pertineat ad ipsam Oratoris Ecclesiam, seu Clerum, vel potius ad ipsius Familiam. Et quidem si ad Familiam pertineat absque eo quod Secretarius Congregationis Pontificem, aut Cardinalem Præfectum adeat, rescribendum ab ipso erit, ut Orator ad effectum de quo in precibus, utatur mensibus a Concilio indultis. Quod si eis jam usus fuerit, ulterior ipsi licentia non concedatur. Si vero de ejus Ecclesiæ vel Cleri rebus agatur, exponi debebunt tum status litis, tum causæ, propter quas necessaria creditur in loco judicii Oratoris præsentia; tum etiam declarandum, an mensibus Conciliaribus usus fuerit. Et quidem si nondum illis usus sit, rescribendum erit, ut eos in hujusmodi causam impendat. Si vero id amplius Episcopo integrum non sit, (qua in re nec dolus, nec fraus intercesserit) & alioquin ipsius instantia justa videatur, tantum illi temporis, & non amplius, ad commorandum extra Diœcesim tribuatur, quantum judicatum fuerit necessarium esse, ad causæ Defensores, Advocatos, & Judices de omnibus, quæ ad rem pertinent, sufficienter instruendos. Si enim licentia abessendi a Diœcesi usque ad finalem exitum causæ extendi deberet, nemo non videt, quam diuturna plerumque foret in hisce casibus Episcoporum absentia, & quam facile evenire posset, ut pleræque Diœceses complurium annorum spatio suorum Pastorum præsentia carerent.

„ Qui vero licentiam abessendi petierint ratione infirmitatis extra Diœcesim contractæ, dum vacatione a Concilio indulta utebantur, afferentes ea de causa regressum ad propriam Diœcesim sibi prohiberi; „ expo-

„ exponere debebunt contractæ infirmitatis qualitatem, & super ea testimonium medici juramento firmatum exhibere. Atque ubi petita licentia ipsis indulgeatur, ea semper ad certum ac definitum tempus concedi debebit, adjecta quoque clausula, si tamdiu infirmitas duraverit.

„ Ab iis autem, qui hujusmodi licentiam postulaverint, eo quod aeris mutatione opus sibi esse dicant ad convalescendum ex morbis, quos in suis Ecclesiis residendo contraxerunt, exprimendum erit in precibus, quo morbi genere, & quam graviter laborent, ac proferendum testimonium medici, qui jurejurando testetur, utile ac necessarium Oratori esse, ut in aliam Regionem, atque aerem per aliquod tempus se transferat. Nec illud silentio prætereundum, an scilicet Orator, antequam morbo corriperetur, trimestri licentia a Concilio permissa usus fuerit. Si enim id nondum fecerit, & tempus a Concilio indultum sufficiens ipsi non reputetur, poterit ei concedi ut per quatuor menses, in quibus tamen Conciliares menses comprehendantur, a Residentia absens permaneat. At si prædictos Conciliares menses, remoto omni dolo, & fraude, jam extra Diœcesim transegerit; tantum temporis ipsi indulgeatur, quantum ad confirmandam ipsius valetudinem vere necessarium esse prudenter judicabitur.

„ Qui tandem licentiam commorandi extra Diœcesim postulabit propter malignitatem aeris, quem in sua Diœcesi aliquo anni tempore insalubrem esse affirmat; is videat etiam atque etiam quid agat. Et quidem pro veritate exponat, quibus anni mensibus perniciosus sit Regionis aer; item an eadem cæli temperies totam comprehendat Diœcesim, ita ut nullus intra ejus tractum locus existat, in quo suspectum illud tempus absque salutis detrimento transigere valeat, postremo an Conciliaribus mensibus usus fuerit. Etenim si nondum eos sibi sumpserit, non ægre obtinebit Indultum abessendi per quatuor menses (quatenus periculum ab aere tamdiu durare censeatur) in quibus tamen tres illi a Concilio permissi numerandi erunt. Si autem hujusmodi Concilii indulgentia jam usus fuerit, frustra novum indultum prædicta de causa ab Apostolica Sede postulabit; sibique imputare debebit, quod cum sciret certo anni tempore in sua Diœcesi aerem insalubrem fore, concessos vacationis menses in tempus illud non reservaverit. In omnibus autem absentiæ indultis, quæ ratione aeris insalubris in posterum concedentur, hanc clausulam adjici volumus: *Dummodo intra Diœcesim aliquis locus non adsit, in quo aer salubris sit, & in quo Episcopus commorari possit*.

„ Sane prædictus Urbanus Prædecessor non prætermisit eorum Antistitum causam considerare, qui Provincialibus Conciliis, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici intervenire solent, personaliter interesse, sive in aliis muneribus, aut Reipublicæ officiis, quæ ipsorum Episcopatibus, Ecclesiisque adjuncta sunt, ad certum tempus extra Diœcesim occupari solent, ac debent; & his quidem in præcitata Constitutione licentiam abessendi concessit pro eo definito tempore quo ejusmodi Concilia, Congregationes, & Assembleæ peragentur, exercitiumque muneris seu officii publici eorum Ecclesiis adjuncti actu duraverit; dummodo, iis finitis, recto tramite ad Ecclesias sibi commissas sese conferrent. Cujus concessionis æquitatem Nos quoque agnoscentes, eamdem approbamus, & confirmamus. Sed cum idem Urbanus nihil statuerit de Episcopis, qui a residentiæ suæ loco discedunt pro processuum in causis Beatificationum, aut Canonizationum compilatione Apostolica auctoritate ipsis delegata, necesse est aliquid a Nobis pro his etiam casibus opportune constitui.

„ Expediuntur a Congregatione Sacrorum Rituum litteræ, quas vocant remissoriales, & compulsoriales, quibus committitur, ut supradicti processus auctoritate Apostolica conficiantur: eæque diriguntur tribus Episcopis, aut superioribus Prælatis cum clausula, ut duo ad minus procedant. Cumque in hujusmodi Episcoporum numero semper includatur Ordinarius loci, in quo processus construitur, fere contingit, e tribus, ad quos litteræ sunt directæ, unum dumtaxat a residentia avocari. Ubi itaque aliquis Episcopus Titularis Ecclesiæ in partibus infidelium constitutæ haberi possit, volumus eum in præfatis litteris pro uno ex tribus Episcopis comprehendi. Quod si tres omnino Antistites in propriis Ecclesiis residentes ad hujusmodi effectum delegari oporteat, statuimus, atque præcipimus, ut litteræ a prædicta Congregatione dirigantur Episcopis, qui viciniores sunt Diœcesi, in qua Apostolicus processus conficiendus erit. Quoniam vero non de re agitur, quæ duabus tribusve hebdomadibus perfici queat, sed quæ plurium sæpe mensium, aut etiam annorum operam requirit; volumus, ut Episcopi, qui ejusmodi delegationem acceptaverint, necessariam licentiam abscedendi a Diœcesi, causam absentiæ exprimendo, petere, & impetrare non omittant, sub pœnis adversus eos constitutis, qui absque causa extra Diœcesim commorantur. In hujusmodi autem licentiis concedendis statuimus, ut Conciliares menses semper comprehendantur, & præter eos, triginta dumtaxat dies, si opus fuerit, adjiciantur; nam & ad plura peragenda quadrimestre spatium sufficiens est; & si adhuc facienda supersint, quatuor alii menses sequenti anno iis idem opus insumi poterunt.

„ Hæc sunt, quæ salubriter in Domino statuenda judicavimus, quæque pro regula, & norma in posterum haberi volumus, ut a Venerab. Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, gravissimum, quod ipsis incumbit, residentiæ officium exacte impleatur. Itaque dilecto Filio moderno prælato Congregationis super eadem residentia Secretario, ejusque successoribus in perpetuum injungimus, & in virtute sanctæ Obedientiæ, sub pœnis contra inobedientes mandatis Apostolicis in re gravi, præcipimus, atque jubemus, ut supplices libellos pro parte quorumcumque Antistitum sibi oblatos, in quibus ea, quæ supra adnotavimus, expressa non fuerint, quibusque necessaria authentica documenta, superius pariter indicata, non fint adjuncta, nullo modo recipiant, multoque minus ad Pontificem referant. In Decretis autem, quæ post Pontificium assensum ab ipsis Secretariis in consueta audientia reportatum, a Cardinali ejusdem Congregationis Præfecto subscribenda erunt, suprascriptas clausulas respective apponere non prætermittant; illud etiam expresse cavendo, ut quæ conceduntur indulta, a die Datæ ipsorum Decretorum decurrere intelligantur.

„ Denique Ven. Fratres, Patriarchas, Primates, Metropolitanos, & Episcopos universos monemus, ut non solum ipsi statutas de residentia leges adamussim observent, sed semper memores sint Decreti a Sacra Tridentina Synodo editi sess. vi. c. 1. de reform. quo jubentur singuli pro virili parte in aliorum agendi rationem respective vigilare, & non residentes Romano Pontifici intra certum tempus denuntiare. Nostris quoque, & Apostolicæ Sedis Nuntiis hoc idem demandamus, & injungimus, ubi intra ipsorum Nuntiaturæ districtum aliquis Episcopus, seu superior Prælatus existat,

,, stat, qui Canon. leges in hac parte violare dignoscatur.
,, Et quia Nobis relatum est nullibi frequentius ,, prædictas leges ab Episcopis violari, quam in proximo Neapolitano Regno (neque vero id mirum ,, in tanto eorumdem numero) volumus, atque statuimus, ut in indultis absentiæ, quæ pro Episcopis prædicti Regni in posterum expediri contingat, ,, ad ceteras clausulas superius præscriptas, hæc etiam addatur, ut obtenta licentia exhiberi debeat ,, Apostolico Nuntio Neapoli commoranti, alioqnin ,, nullius roboris, vel momenti habeatur. Nos siquidem prædicto Nuntio earumdem præsentium tenore committimus, ut hujusmodi licentias in acta ,, sui Tribunalis referri faciat, itemque de causis, ,, propter quas concessæ fuerunt, inquirat, ac ,, tempus in iis præfinitum observet, ad hoc scilicet, ut per eum resciri possit, si quid obreptum, ,, aut subreptum fuerit in precibus; & ipsum latere ,, nequeat, si quis præscriptos sibi limites transgrediatur, sive absque necessario Apostolicæ Sedis indulto, extra tempora a Concilio permissa, longe ,, ab Ecclesia, & Diœcesi sua commoretur. Pro iis ,, autem, qui, ut Nobis pariter relatum fuit, Diœceses suas deserunt, & non quidem in Urbem Regni Principem, ubi Apostolicus Nuntius moram ,, trahit, sed in alias se conferunt ejusdem Regni Civitates, quin ipse Nuntius quidquam de ,, illis audiat; injuogimus Nuntio, ut per Officiales ,, suos, atque Ministros, quos io omnibus Diœcesibus retinet, curet se certiorem fieri de Episcopis ,, quicumque a propriis Diœcesibus recedunt: ut & ,, ii, qui obtentis licentiis abutuntur, & multo magis ii, qui proprio marte se gerere præsumunt ,, (dum vel absque prævia licentia, præter tempus ,, a Concilio indultum, a suis Diœcesibus absunt, ,, vel si ob aliquem inopinatum eventum ab ipsis discedere compulsi fuerint, hujusmodi licentiam statim ac ad destinatum locum pervenerint petere, & ,, impetrare non curant) severiori Sacrorum Canonum, ,, & Apostolicarum sanctionum censuræ subjiciantur.

,, Ceterum intendimus sub præsentium litterarum ,, nostrarum ordinatione, & dispositione etiam ipsos ,, Ven. Fratres nostros S. R. E. Cardinales, qui Patriarchalibus, Primatialibus, Archiepiscopalibus, ,, Episcopalibus Ecclesiis prædictis ex concessione, & ,, dispensatione Apostolica nunc præsunt, & in futurum præerunt, comprehendi, & comprehensos esse, & fore.

,, Præsentes quoque litteras, omniaque, & singula ,, in eis contenta de subreptionis, obreptionis, aut ,, cujuscumque nullitatis, vel invaliditatis vitio, intentionisque Nostræ, aut quocumque alio defectu ,, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, & habere prætendentes, & præsertim ejusdem S. R. E. Cardinales præmissis non ,, consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, solemnitatesque, & alia servanda, & adimplenda nullatenus servata, & adimpleta fuerint, ac quocumque ,, alio colore, prætextu, occasione, & causa etiam ,, necessario exprimenda a quoquam notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad ,, terminos juris reduci, vel adversus illa apertionis ,, oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodvis ,, juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari nullo ,, umquam tempore posse; sed semper, perpetuoque ,, valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque ,, plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ,, ac per omnes, & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, perinde ac si in Consistorio Nostro secreto, ,, de eorumdem Fratrum Nostrorum consilio, & ,, unanimi assensu emanassent. Sicque, & non aliter ,, in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque ,, Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam causarum ,, Palatii Apostolici Auditores, necnon prædictæ S. ,, R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios prædictamque Congregationem super residentia deputatam, ,, & quoscumque alios, quavis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, ,, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, interpretandi, & definiendi facultate, judicari, & definiri debere; & quidquid ,, secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, ,, & inane decernimus.

,, Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in universalibus, Generalibus, ,, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, vel ,, edendis, necnon, quatenus opus sit, de non tollendo iure quæsito, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, statutis qnoque etiam juratis, & consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemorabilibus, dictarum respective Ecclesiarum; necnon licentiis, privilegiis, & indultis, etiam Apostolicis, eisdem Ecclesiis, earumque Præsulibus quomodolibet hactenus concessis, omnibusque, & singulis aliis, quæ prædictus ,, Urbanus suarum litterarum firmitati, & executioni ,, voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumq;

,, Ut autem eædem præsentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis illorum ignorantiam prætendere possit; volumus, quod eædem præsentes per aliquem, seu aliquos ,, ex Cursoribus Nostris ad valvas Basilicæ Principis ,, Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie ,, Campi Floræ de Urbe publicentur, & earum copiæ ,, ibidem affigantur, & affixæ relinquantur; quæ sic ,, publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, arctent, & afficiant, non secus ac si eorum ,, cuique personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent; ,, quodque earumdem præsentium transumptis etiam ,, impressis manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in Judicio, & ,, extra illud ubique locorum, quæ adhiberetur ipsis ,, præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

,, Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc ,, Nostrarum Ordinationum, Confirmationum, Derogationum, Præceptorum, Statutorum, & Decretorum infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, ,, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, ,, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1746. 3. Nonas Septembris Pontificatus Nostri anno septimo.

J. Datarius

D. Cardinalis Passioneus.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.
I. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, Indictione nona, die vero 20. Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. BENEDICTI, Divina Providentia Papæ XIV. anno septimo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Nicolaum Cappelli Apostolicum Curs.

Antonius Besani Mag. Curs.

L I.

Litteræ jam editæ adversus Confessarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina, coofiemaotue, & ampliantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

AD eradicandum pravum zizaoii semen, quod ab adveesario generis humani io Agro Dominico sparsum, pee Lusitaniæ peimum Regiooes pullulare compertum fuerat; ubi oimirum apud nonnullos Confessaeios, in administrando Sacramento Pœnitentiæ, pervetsa quædam, & absurda praxis, Ecclesiasticis Regulis contraria, eidenique Sacramento injuriosa, & ad avertendos Fideles ab ipsius salutifero usu quam maxime tendens, introduci cœperat; pro imposito Nobis vigilaodi debito, Apostolicas in forma Brevis Literas direximus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Poetugalliæ, & Algarbiorum Regna, atque Ditiones Constitutis, quas deinde pee alias Nostras sub plumbo expeditas Literas, nuper, quaeto nimirum nonas elapsi mensis Juoii, confirmavimus, & innovavimus, adjectis nonnullis Ordinationibus, & Declarationibus, quas ad meritas pœnas tam delinquentibus, quam contrarium tenentibus, sive docentibus, ireogandas, & ad eectum adversus eos procedendi ordinem in prædictis Regnis, & Ditionibus servandum, opportuoe expedire in Domino judicavimus.

Earum autem Literarum, quas ad hujusmodi erroris, & abusus eepeobationem primum edidimus, hic tenor erat.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Featres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SUprema omnium Eeclesiarum solicitudo, & Divina Jesu Christi omnium Pastorum Principis, cujus vices plane immerentes gerimus, charitas assidue urget Nos, ut pro commissa divinitus imbecillitati nostræ universi Dominici gregis cura semper advigilantes, periculis animarum, sicubi forte super impenderint, per omnes Christiani Orbis Populos, ac Nationes oppoitune, quantum cum Domino possumus, occurramus; atque iis præcipue Regnis, & locis peculiari quodam Apostolicæ nostra charitatis studio, auctoritatisque providentia consulamus, in quibus cum Fides, Religio, Pietas quammaxime floreant, callidus oumani generis bostis nocere Fidelibus, dum aperto bello desperat, per insidias molitur, in Angelum scilicet sese lucis transfigurans, & ementita boni specie incautis illudens; quæ ex arte non minora sæpe animarum detrimenta, quam ex agressione manifesta, esse proventura nequissimus veterator confidit. In harum autem fraudum numero computamus, quod in florentissimis Portugalliæ, & Algarbiorum Reguis, & Ditionibus, quibus Vos Antistites summa cum Sacerdotalis virtutis vestræ commendatione præsidetis, & quibus pro singulari erga Catholicam Ecclesiam, atque Apostolicam hanc Sanctam Sedem observantia meritæ debentur laudes, nuper evenisse non sine ingenti animi nostri dolore cognovimus. Pervenit enim haud ita pridem ad aures nostras, nonnullos istarum partium Confessarios falsa zeli imagine seduci se passos, sed a zelo secundum scientiam longe aberrantes, perversam quaudam, & perniciosam praxim in audiendis Christifidelium Confessionibus, & in saluberrimo Pœnitentiæ Sacramento administrando invehere, atque introducere cœpisse; ut videlicet, si forte in pœnitentes incidissent socium criminis habentes, ab iisdem pœnitentibus socii hujusmodi, seu complicis nomen passim exquirerent; atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conarentur; sed, quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis Sacramentalis negatione, prorsus adigerent, atque compellerent; immo etiam complicis ejusdem uedum nomen, sed habitationis insuper locum, sibi exigerent designari. Quam illi quidem intolerandam imprudentiam tum procurauda complicis correctionis, aliorumque bonorum colligendorum specioso prætextu colorare, tum emendicatis quibusdam Doctorum opinionibus defendere non dubitarent; cum revera opiniones hujusmodi vel falsas, & erroneas sequendo, vel veras, & sanas male applicando, perniciem tam sui, quam pœnitentium animabus consciscereut; ac sese præterea plurium gravium damnorum, quæ inde facile consecutura fore prævidere debuerant, reos coram Deo æterno Judice constituerent. Et vero jam secuta fuisse multa ejusmodi damna, infelici experientia compertum est. Nec fieri potuit quin ea de causa, & oblocutiones, & scandala, & non Ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius Ministerii odium, & animorum ingens conturbatio in Populo fideli exorta sint. Tristia Nos hæc nuntia cum accepimus, simul audivimus, contra exitialem hujusmodi abusum protinus justa indignatione pro munere suo commotos fuisse dilectos Filios nostros S. R. E. Cardinales Nunum a Cunha in iisdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Generalem Inquisitorem, & Thomam de Almeyda Patriarcham Lisbonensem; atque utrumque solicite gliscenti malo compescendo, atque etiam eradicando adlaborasse; Nos autem ne in tam gravi animarum discrimine ulla ex parte Apostolico nostro ministerio deesse videamur, neve mentem hac super re nostram apud Vos obscuram, & ambiguam esse sinamus, Notum Vobis esse volumus, memoratam superius praxim pœnitus reprobandam esse, eamdemque a Nobis per præsentes nostras in forma Brevis Literas reprobari, atque damnari, tamquam scandalosam, & perniciosam, ac tam famæ proximorum, quam ipsi etiam Sacramento, injuriosam, tendentemque ad Sacrosancti sigilli Sacramentalis violationem, atque ab ejusdem Pœnitentiæ Sacramenti tantopere proficuo, & necessario usu Fideles abalienautem. Ea propter, Venerabiles Fratres, quamquam de pastorali vestræ vigilantia nihil est, quod dubitemus: Supremi tamen Officii quoque nostri esse censemus, alacritatem ipsam vestram hac mentis nostræ aperta significatione, & Apostolicis insuper hortationibus nostris intentius acuere, & excitare, ut pro se, suisque vestrum opportunioribus, quascumque prudentia suggesserit, initis rationibus, & efficacioribus quibusque juris remediis, quoad opus fuerit, contra delinquentes Ministros adhibitis, noxiam hujusmodi novitatem strenue insectemini, ac pene nascentem opprimatis, neque patiamini traditis curæ vestræ ovibus ibi offendiculum parari, ubi salus a Christo posita est, ab eoque Divinæ misericordiæ fonte illas averti, ac deterreri, ad quem ab eodem Redemptore Nostro ad abluendas, dealbandasque in sanguine suo animas amantissime invitantur. Interea, dum a zelo vestro, ac prudentia luculentiora Nobis certo pollicemur vestræ pietatis, & observantiæ argumenta, Apostolicam Benedictionem cum ubertima cælestium Charismatum copia conjunctam, Vobis, Venerabiles Fratres, ex animo impertimur. Volumus autem, ut præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ

,, *in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem* ,, *prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus* ,, *adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ,* ,, *vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam* ,, *Majorem, sub Annulo Piscatoris die VII. mensis* ,, *Julii MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno quinto.*

Cajetanus Amatus.

,, QUoniam vero nullam Pastoralis vigilantiæ cautelam superfluam esse ducimus, ubi de Fidelium animarum pernicie, deque subvertenda sanæ ,, doctrinæ integritate, & recta Sacramentorum administratione, periculum subesse dubitetur; neque ,, vero ignoramus, alibi quoque auditas esse pœnitentium querelas de importunis nonnullorum Confessariorum perquisitionibus, pro investigandis complicum nominibus, aliisque notitiis, juxta praxim ,, in præinsertis Nostris Apostolicis Literis relatam, ,, atque damnatam; erroneas vero quorumdam Doctorum hac de re opiniones, vel pravas aliorum ,, recte opinantium interpretationes, & applicationes, in eisdem Literis enunciatas, aliquibus arridere; nec satis eliminatas reputari per ipsas præmissas Literas, quas utpote ad Lusitaniæ Regnorum, atque Ditionum opportunitatem accomodatas, & pro iisdem solummodo emanatas, generalis definitionis, & legis vim, auctoritatemque habere, ab aliquibus temere negatum fuit. Ideo nos, ,, motu proprio, atque ex certa scientia, hujus nostræ generalis sanctionis tenore, ac de Apostolicæ ,, potestatis nostræ plenitudine, easdem præinsertas ,, Literas iterum confirmantes, & roborantes, decernimus, & declaramus, memoratam praxim in se ,, ipsa, & ubique Locorum, ac temporum, Apostolica auctoritate reprobatam, atque damnatam esse, & censeri debere; nec ulli licitum esse contra ,, Doctrinam in præfato Nostro Brevi contentam docere, scribere, aut loqui, eamque impugnare, aut ,, perverse interpretari, vel ipsi actu consraire; sub ,, pœnis adversus tuentes, afferentes, aut tradentes ,, opiniones scandalosas, perniciosas, uti tales a Sede Apostolica rejectas, & condemnatas, & respective adversus contrafacientes Mandatis Apostolicis, & Ecclesiasticis sanctionibus statutis, atque ,, præscriptis.

Decernentes easdem præinsertas, necnon præsentes ,, Nostras Apostolicas Literas, nullo ex capite, colore, aut prætextu, de subreptionis, obreptionis, ,, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut ,, alio quolibet defectu notari, impugnari, aut in ,, controversiam vocari posse, sed semper firmas, ,, validas, & efficaces existere, & perpetuo fore, ,, atque omnes ubique Terrarum cujusvis status, gradus, ordinis, præminentiæ, & dignitatis, tam sæculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & ,, Congregationum Regulares, quorumcumque privilegio munitos, aliosque etiam speciali mentione ,, dignos, afficere, & arctare, ac suos ubique plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ,, ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, seu pro ,, tempore spectabit, exacte, & inviolabiliter observari debere.

,, Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ,, Ordinarios, & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & contra hæreticam pravitatem Generales ,, Inquisitores, Legatos quoque de Latere, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosque quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & ,, definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

,, Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in Universalibus, sive Provincialibus, aut Synodalibus ,, Conciliis editis generalibus, sive specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis cuicumque ,, Personæ, sive Ordini, Instituto, Societati, & Congregationi, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ,, & cum quibuslibet clausulis, atque decretis, etiam motu, & Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, in contrarium forsan concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, ,, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ,, ad hoc servanda foret, tenores prædictos pro sufficienter, & de verbo ad verbum expressis, & insertis, formasque hujusmodi pro plene, & exacte observatis habentes, ad præmissorum effectum, hac ,, vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

,, Ut autem eædem præsentes, & in eis contenta ,, quæcumque, ad omnium notitiam deducantur, ,, & ne aliquis illorum ignorantiam prætendere possit; volumus easdem per aliquem, seu aliquos ex ,, Cursoribus nostris ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie ,, Campi Floræ, aliisque consuetis Urbis locis publicari, earumque copias ibidem affigi, & affixas relinqui, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & ,, singulos, quos concernunt, arctent, & afficiant, ,, non secus ac si eorum unicuique personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent; quodque earumdem ,, præsentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ,, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in ,, judicio, & extra illud, ubique locorum, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ,, ostensæ.

,, Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc ,, nostrarum confirmationis, reprobationis, condemnationis, prohibitionis, sanctionis, & voluntatis infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si ,, quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & ,, Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ,, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, quarto Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno septimo.

J. Datarius.

Pro D. Card. Passionei.
Jo: Florius substitutus.

Visa de Curia J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

,, *Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo* ,, *septingentesimo quadragesimo sexto, Indictione nona, die vero quinta Octobris, Pontificatus autem* ,, *Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D.* ,, *Benedicti Divina Providentia Papæ XIV. Anno septimo, supradicta Constitutio affixa, & publicata* ,, *fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis* ,, *Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque* ,, *Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi* ,, *Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis* ,, *per me Nicolaum Cappeli Apost. Curs.*

Antonius Besani Mag. Curs.

LII.

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

CONSTITUTIO

De Regularibus ab Episcopo Diœcesano ordinandis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

„ IMpositi Nobis licet immerentibus Apostolici Ministerii ratio postulat, ut ad tuendum Ecclesiæ disciplinæ vigorem, non modo novas interdum leges provide constituamus, verum etiam veteres a Prædecessoribus Nostris sapienter statutas, siquidem fallacium rationum præsidio debitis fraudentur effectibus, novis, & inviolabilibus sanctionibus communiamus; si vero earum claritas pravis, & captiosis interpretationibus involvi, & obumbrari dignoscatur, easdem perspicuis, apertisque declarationibus in propria luce collocemus.

„ Sane quæ olim de ordinationibus Regularium controversia viguit, an scilicet Regulares a quocumque Catholico Antistite indistincte ordinari possent, an vero id juris privative pertineret ab Episcopum illius Diœcesis, intra quam sita est Religiosa domus, quam Regularis ad Ordines promovendus inhabitat, providis Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, & declarationibus jamdudum sublata fuit. In qua quidem controversia Episcopi locorum ordinarii jura sua fundantes in generalibus Canonum statutis, & in ipsis exemptionum privilegiis, quæ Regularibus indulta sunt, ajebant, ipsorum ordinationes, utpote Diœcesanis Episcopis expresse reservatas, neque spectare posse ad Ordinarios eorum originis, quam Regulares a se abdicant, dum sæculo nuntium remittunt, neque porro ad Ordinarios Beneficii, quoniam ipsi ad titulum Beneficii non promoventur; proinde unice spectare ad Episcopos Ordinarios eorum domicilii, nimirum illius Diœcesis, ac loci, in quo ipsi ordinandi commorantur. Contra vero Regulares Apostolicis privilegiis innixi, quæ certis Ordinibus recentius elargita, ac deinceps per viam communicationis ad omnes extensa fuerant, licitum sibi esse contendebant Sacros Ordines a quocumque Catholico Antistite, juxta eorum privilegiorum tenorem pro arbitrio suscipere.

„ Verum cum felicis recordationis Prædecessor Noster Gregorius Papa XIII. per suam Apostolicam Constitutionem, quæ incipit, *In tanta rerum*, datam apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1573. Kalendis Martii, justis, gravibusque de causis, alteram Constitutionem sui, Nostrique pariter Prædecessoris S. Pii Papæ V. cujus initium est, *Etsi Mendicantium*, ad juris communis, & Sacri Concilii Tridentini terminos reduxisset; eodem quoque anno in causa Monachorum Ordinis Carthusiani Decretum edidit, quo ipsos ab Episcopis Diœcesum, in quibus eorum Monasteria respective sita sunt, vel nonnisi de istorum licentia ab aliis quibusque Episcopis ordinandos esse declaravit, quemadmodum legitur in *Lib. I.* Decretorum Congregationis Concilii *pagin. 75. a terg. dub. un. An Nostri Ordinandi obligentur habere expressam licentiam Ordinarii, in cujus Diœcesi sunt, pro Ordinibus conferendis ab Episcopo alterius Diœcesis: Sanctissimus Dominus Noster, etiam ex sententia Sacræ Congregationis Concilii, declaravit, obligari.*

„ Contigit autem sub illius Successore Sixto V. eamdem quæstionem retractari, instante universo Ordine Fratrum Prædicatorum. Qua de re idem Prædecessor post maturum causæ totius examen in præfata Congregatione Concilii habitum, constituit, licere Superioribus Regularibus litteras dimissoriales concedere suis respective subditis, ad Ordines suscipiendos; sed eas tamen Diœcesano dumtaxat Episcopo directas, nec alteri umquam, nisi cum forte is a Diœcesi absfuerit, aut, quatenus in Diœcesi extiterit, Clericorum tamen ordinationem non sit habiturus. Ita relatum habetur *Lib. IV.* prædictorum Decretorum *pag. 108. Sanctissimus Dominus Noster Sixtus V. ex sententia Congregationis respondit, Regulares posse concedere dimissorias ad Episcopum Diœcesanum, eoque absente, vel etiam præsente, & ordinationem non tenente, ad quemcumque; dummodo ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam.*

„ Demum a sanctæ memoriæ Prædecessore quoque Nostro Clemente Papa VIII. ad hujusmodi controversias perpetuo extinguendas sequens Decretum editum fuit: *De mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis Divina Providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cetero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit, Superiores Regulares posse suo subdito eidem Regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras demissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis positus fuerit; & si Diœcesanus absfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum; dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam. & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel absfuturus, vel nullas esset habiturus ordinationes. Verum, cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimenda esse. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac aliis arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant. In quorum fidem &c.*

Datum Romæ die 15. Mensis Martii 1596.

„ Hoc emanato Pontificio Decreto, eoque tam claris verbis concepto, jure sperandum videbatur hujus generis lites non amplius auditum iri. Sed contra accidit, dum ex una parte nonnulli Episcopi ultra Montes constituti contendere cœperunt, necessarias esse Regularibus dimissorias etiam ordinariorum eorum originis, quo possent ab Episcopis aliorum locorum ad Sacros Ordines promoveri: ex altera Regulares, obtendentes in præfato Clementis VIII. Decreto derogatum non fuisse Apostolicis privilegiis, quæ eorum Ordinibus, sive directe, sive per communicationem indulta fuerunt, ut scilicet a quocumque Catholico Antistite ordinari possent, hujusmodi Decreti vim, & observantiam declinari se posse putarunt.

„ Verum, quod attinet ad Episcopos, ipsa Congreg. Concilii die 28. Februarii anni 1654. ut notatum reperitur *Lib. XIX.* ipsius Decretorum *pag. 316.* ita rescripsi: *Regulares volentes se promoveri ad Ordines, non teneri ostendere dimissoriae Ordinariorum originis pro-*

„ *ptia*

„ priæ originis, sed sufficere, ut observent formam præ- „ scriptam in Decreto san. mem. Clementis VIII. Quod „ etiam amplissime confirmatum fuit in alio Decreto „ edito die 17. Martii anni 1674. Decretorum Lib. „ XXVIII. pag. 261. & sequentibus.

„ Quod vero spectat ad Regulares; cum eorum præ- „ sumptum jus una cum rationibus ab ipsis plenissime „ deductis in quadam Congregatione particulari non- „ nullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a „ felicis recordationis Prædecessore Nostro Innocen- „ tio Papa XIII. deputata, cui Nos in minoribus „ tunc existentes Nostram qualemcumque operam pro „ demandato Nobis Secretarii munere contulimus, di- „ ligenter expensum, & examinatum fuisset; cum- „ que ad hujusmodi quæstionem definiendam id po- „ tissimum visum esset in jure statuendum, an ad „ effectum eximendi Regulares a præfati Decreti Cle- „ mentini observantia sufficeret, quod privilegia susci- „ piendi Ordines a quocumque, ipsis concessa fuis- „ sent post Concilium Tridentinum, a quo hujusmo- „ di antiqua privilegia abrogata fuisse satis constat; „ an vero oporteret eadem concessa fuisse post ipsum „ Clementis Prædecessoris Decretum; ac præterea an „ hujusmodi privilegia æque suffragentur iis, ad quos „ per viam communicationis extensa dicerentur, ac „ iis, quibus directe, & expresse indulta fuerunt: „ idem Innocentius Prædecessor audito præfatæ Con- „ gregationis particularis consilio, decrevit, satis esse „ ad supradictum effectum, quod hujusmodi privile- „ gia post Concilium Tridentinum concessa fuerint, „ quamvis præfato Clementino Decreto posteriora „ non sint; dummodo tamen directe concessa fuisse „ constet, non vero in communicatione privilegio- „ rum de uno in alium Ordinem derivata asserantur, „ quemadmodum ipse Innocentius in suis Apostoli- „ cis litteris, incipientibus, *Apostolici Ministerii*, die „ 30. Maji anni 1723. datis, ac deinde confirmatis a „ Sanctæ memoriæ Prædecessore pariter Nostro Bene- „ dicto Papa XIII. per alias similes litteras datas die „ 23. Septembris anni 1724. quarum initium est *In* „ *supremo*, aperte declaravit, his verbis: *Quoties er-* „ *go Regulares ad Ordines erunt promovendi, servetur* „ *omnino Decretum Congregationis Cardinalium Conci-* „ *lii Tridentini Interpretum a piæ memoriæ Clemente* „ *VIII. Prædecessore etiam Nostro confirmatum die* 15. „ *Martii* 1596. *quo sancitur ad Episcopum Diœcesanum* „ *litteras dimissorias pro eorumdem Ordinum susceptio-* „ *ne a suis Superioribus esse dirigendas, præterquam* „ *in casu, quo Diœcesanus a Diœcesi abesset, vel or-* „ *dinationes non esset habiturus; quo etiam casu in* „ *litteris dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis* „ *expressa fieri debeat mentio vel de prædicta Episcopi* „ *Diœcesani absentia, vel de illa alia causa, videlicet,* „ *quod ordinationes non sit habiturus; exceptis tamen* „ *quoad prædicta Regularibus illis, quibus per speciale* „ *privilegium a Sede Apostolica post Concilium Triden-* „ *tinum fuerit concessum, ut a quolibet Antistite Ordi-* „ *nes suscipere possint, super quo indulto nihil per præ-* „ *sentes innovare intendimus.*

„ Porro si aliqui vigilias, laboresque suos, non tam in „ extricandis inutilibus quæstionibus, vel forte in rebus „ profanis, & ab Ecclesiastica professione alienis addi- „ scendis consumerent, quam in studio sacrarum Le- „ gum, quibus Ecclesiastica disciplina continetur, „ utiliter collocarent; ac nisi aliquibus arbitrium pro „ lege, præjudicata opinio pro ratione, atque in le- „ gum etiam clarissimarum interpretatione suus cui- „ que sensus pro auctoritate esset; nec olim Nobis „ in nostro Bononiensi Archiepiscopatu residenti- „ bus contigisset, ut Regularis ex ea Urbe recente „ digressus, suique Superioris dimissorias ad Episco- „ pum finitimum deferens, tametsi nullo pacto do- „ cere posset, Nos Clericorum ordinationem non ha- „ bituros, Sacrum Presbyteratus Ordinem susciperet, „ nullaque interdicta mora Bononiam ad primum Sa- „ crificium non sine pompa offerendum reverteretur; „ quam tamen intolerandam audaciam Nos ad Canoni- „ carum Sanctionum rigorem exigere, atque etiam, „ servata Pastorali mansuetudine, vindicare non præ- „ termisimus, ut videre est in monito Pastorali a „ Nobis tunc edito, *inter impress. monit.* 111. *Lib.* „ *II.* Neque rursus ex quo ad universalis Ecclesiæ re- „ gimen, Deo sic disponente, assumpti fuimus, plu- „ rium Episcoporum Fratrum Nostrorum querelæ ad „ Apostolatum Nostrum delatæ fuissent, qui nimirum „ non sine magno animi nostri dolore apud Nos ex- „ postulare non desinunt, a pluribus sæpe Regulari- „ bus in eorum Diœcesibus respective commoranti- „ bus similia perpetrari in spretum Ecclesiasticarum „ legum, atque pœnalium Sanctionum, quibus ipso „ facto astringuntur (si quidem in authographo supra „ relati Clementini Decreti distincte legitur *incur-* „ *rant*, non autem, quod falso non nemo asseruit, „ *incurrent*) dum scilicet, Superiores Regulares, qui „ subditis suis non ad præscriptum ejusdem Decreti „ dimissorias litteras concedunt, suorum officiorum „ ac dignitatum, & vocis activæ, atque passivæ amis- „ sione mulctantur; Ordinati vero suspensionis pœ- „ nam, atque etiam si in suscepto Ordine ministra- „ verint, irregularitatem incurrunt: ac denique An- „ tistites, qui ipsis manus imponunt, non facile effu- „ giunt Canonicas pœnas adversus eos propositas, qui „ alienos subditos absque sufficientibus dimissoriis or- „ dinare præsumunt. Qui etiam plerumque culpa non „ vacant in eo, quod cum ex usu rerum intelligere „ possint, complures Regulares non alia de causa, „ proprio domicilio relicto, iter arripere, quam ut „ se subducant examini Episcopi Diœcesani, cujus hac „ in re jurisdictionem, aut nimium rigorem perhor- „ rescunt, aliumque inveniant, qui vel nullo, vel „ admodum levi præmisso examine, Ordines ipsis im- „ pertiatur; quoties hujusmodi facilitate erga illos „ utuntur, toties adversus consultissima Tridentinæ „ synodi Decreta delinquunt: ea siquidem *sess.* XXIII. „ *cap.* XII *de Reformatione*, sic statuit: *Regulares quo-* „ *que, nec in minori ætate, neque sine diligenti Epi-* „ *scopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque* „ *quoad hoc penitus exclusis.*

„ Nos autem consueta Sedis Apostolicæ clementia „ uti volentes libenter abstinemus a designandis, aut „ nominandis hoc loco Regularibus, de quorum ex- „ cessibus in hoc rerum genere graves Episcoporum „ querimoniæ ad Nos delatæ fuerunt. Quæcumque „ etiam hac in re inordinate ad hunc diem admissa „ sunt, a districtioris judicii inquisitione liberamus; „ quinimmo omnes, & singulos in hoc delinquentes, „ sive Superiores Regulares, sive Regulares ad Or- „ dines promotos, sive Antistites, qui eos ordinave- „ rint a quibuscumque sententiis, censuris & pœnis „ Ecclesiasticis, quas hac de causa respective antehac „ incurrerint, quibusque innodati forsan existunt, au- „ ctoritatis Nostræ plenitudine, ac de Apostolica „ benignitate tenore præsentium a solvimus, & ab- „ solutos esse, & censeri decernimus, & cum iisdem „ super quacumque irregularitate per eos forsan, cau- „ sa, & occasione præmissis, quomodolibet contracta, „ ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, „ eorumque exercitium, atque ad omnia, & singula „ eorum respective Religionum munera, pari aucto- „ ritatis plenitudine dispensamus. De cetero tamen „ infrascriptas Leges in posterum omnino observandas, „ motu proprio, & ex certa scientia Nostra, ac ma- „ tura deliberatione præmissa, edicimus, atque statui- „ mus.

„ Quæcumque nimirum hac in re a præfatis Præ- „ decessoribus Nostris Gregorio XIII. Sixto V. Clemen-

te VIII. & Innocentio XIII. in supracitatis ipsorum Litteris, seu Decretis, statuta, mandata, definita, atque sancita fuerunt, ea omnia & singula motu, scientia, & potestatis plenitudine præfatis earumdem præsentium serie confirmamus, roboramus, & innovamus; atque ab omnibus, ad quos spectat, seu quandocumque in futurum spectabit, inviolabiliter observari præcipimus, & jubemus. Transgressores quoque omnibus pœnis in præmissis contentis, aliisque per Apostolicas Constitutiones, & per Sacros Canones latis, atque statutis cum effectu subjacere, easque ipso facto, & absque aliqua declaratione incurrere decernimus; Superiores nimirum Regulares eas omnes, quas, ut præfertur, supradictus Clemens VIII. Prædecessor constituit, & sanxit; Regulares autem, qui contra illius Decreti præscriptum promoti fuerint, & Antistites eos promoventes, Canonicas pœnas, atque censuras, quæ adversus Sacram Ordinationem suscipientes ab Episcopo, qui proprius ad hunc effectum dici, & haberi nequit, necnon adversus Episcopos, alienos subditos indebite ordinantes, in jure Canonico, & in Constitutionibus Apostolicis statutæ habentur.

„ Præterea volumus, atque decernimus, ut Superiorum Regularium dimissoriæ, quæ ideo ad alium Antistitem directæ fuerint, propterea quod Episcopus Diœcesanus extra Diœcesim commoretur, vel ordinationem non sit habiturus, nullius sint roboris & momenti, nisi illis juncta fuerit authentica attestatio Vicarii Generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii ejusdem Episcopi Diœcesani, ex qua constet, vel ipsum a Diœcesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per Ecclesiasticas leges ad hunc effectum statuto. Hoc enim expresse declarari opus est ad excludendam nonnullorum arrogantiam, qui cum privilegio gaudeant suscipiendi Ordines extra tempora existimarunt Episcopos ipsorum voluntati adeo addictos esse debere, ut si, quandocumque ipsis placuisset ad Ordines promoveri, non statim ipsoque die ab ipsis designato voti compotes fierent, jam dici posset, Ordinationem ab Episcopo non haberi, proindeque alius Episcopus pro suscipiendis Ordinibus adeundus esset. Quod si aliquis Antistes Regularem virum, in sua Diœcesi proprium domicilium non habentem, solis ipsius Superioris dimissorialibus litteris contentus sine adjuncta præfata attestatione in forma probante, ad Ordines promovere præsumpserit, decernimus & declaramus hunc ipso facto incurrere in pœnas Canonicas adversus eos constitutas, qui alienum subditum legitimis dimissoriis destitutum ordinaverint.

„ Quemadmodum vero eorum Ordinum Regularium privilegia firma, & rata esse volumus, quibus ab Apostolica Sede reperitur indultum, ut eorum alumni a quolibet Catholico Antistite ipsius Sedis gratiam, & communionem habente ordinari valeant, dummodo hujusmodi privilegia post Tridentinum Concilium, & ipsis nominatim, atque directe, non autem per communicationem concessa fuerint; ita porro omnia similia privilegia, quæ aliis Ordinibus ante præfatum Concilium Tridentinum, ab ipsa etiam Apostolica Sede, & sub quibuscumque tenoribus, & formis, indulta sint, vel etiam post ipsum Concilium non ipsis directe concessa, sed per communicationem ad eos extensa esse dicantur, iisdem auctoritate, & tenore, nulla, & irrita, omnique vigore, ac robore, ad effectum, de quo agitur, penitus destituta, & vacua esse volumus, & statuimus. Decernentes hujusmodi privilegia nequaquam post Concilium Tridentinum indulta censeri, nisi vel post ipsius Concilii confirmationem reipsa fuerint concessa, vel quatenus antea concessa, & posterius confirmata esse asserantur, hujusmodi confirmationes *in forma specifica*, cum litterali veteris indulti insertione, ejusque expressa innovatione, factæ dignoscantur; ac declarantes, alterius generis confirmationes, quæ *in forma communi* nuncupantur, nemini ad præmissum effectum ullo pacto suffragari. Quod vero spectat ad eorumdem privilegiorum usum, & exercitium, monendi sunt ii, quibus eadem, juxta præmissa, pleno jure competere dignoscantur, ut sine justa causa, nec extra debitas circumstantias prolibito ipsis utantur; minime vero ad ostentandam dumtaxat ipsorum privilegiorum singularitatem; quemadmodum aliquibus in more positum esse novimus, qui pridie illius diei, quo ab Episcopo Diœcesano Clericorum Ordinationes publice habendæ sunt, ad alterius Episcopi Diœcesim consulto migrant, moxque suscepto ibidem Ordinationis munere, ad pristinum domicilium redeunt; idque se facere ajunt, ut jurium suorum indemnitati consulant, quasi vero Apostolica privilegia nonnisi cum aperto Episcopi Diœcesani contemptu suam vim, & robur habitura forent.

„ Denique tam Ven. Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, quam dilectos Filios omnium Regularium Ordinum Professores, quam maxime possumus Apostolicæ voluntatis studio, per misericordiam Dei Nostri, & per caritatem Sancti Spiritus hortamur in Domino, & obtestamur, ut tam in hoc negotio, quam in ceteris omnibus, solliciti sint unitatem spiritus, & sinceræ dilectionis concordiam servare. Meminerint Regulares, quo loco Spiritus Sanctus posuerit Episcopos regere Ecclesiam Dei; quod ipsis a Sacrosancta Oecumenica Lateranensi Synodo sub Leone X. habita inculcatum fuit per hæc verba: *Eosdem insuper Fratres in virtute sanctæ obedientiæ monemus, ut eosdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita & nostra, & Apostolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & congruenti observantia venerentur.* Neque obliviscantur Episcopi, Regulares Viros ipsis datos esse adjutores in Dominicæ vineæ cultura: subdit enim eadem Sancta Synodus: *Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per viscera Dei Nostri requirimus, ut Fratres ipsos affectu benevolo prosequentes caritative tractent, ac benigne foveant &c. & tamquam in agro Dominico cooperatores, eorumque laborum participes prompta benignitate recipiant.* Demum & Episcopi, & Regulares simul animum advertant ad id, quod ibidem subjicitur; *Una est Regularium, & Sæcularium, Prælatorum, & Subditorum, exemptorum & non exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur; eorumque omnium unus Dominus, una Fides; & propterea decet eos, qui ejusdem sunt corporis, unius etiam esse voluntatis.*

„ Hæc profecto Christianæ veritatis, & caritatis documenta cum utrimque servata fuerint, omnibus in rebus, adeoque in hac etiam Ordinationum materia, importunæ partium querelæ penitus conticescent. Neque enim Regulares conqueri poterunt, quod, recusantibus Episcopis sacram Ordinationem administrare, præterquam in temporibus ab Ecclesia statutis, eorum privilegia de Ordinibus extra tempora suscipiendis effectu vacua remaneant; Episcopi enim alios etiam opportunos dies ordinandis Regularibus facile invenient. Episcoporum autem cessabunt querelæ, quod Superiores Regulares, ad eludendam Decreti Clementini observantiam, advenientibus Ordinationum temporibus, subditos suos domicilio moveant, eosdemque statim post susceptos Ordines, falsis de causis ad pristinum Monaste-

„ rium

„ rium reverti jubeant: siquidem Regulares hujusmodi agendi rationem, quam, & alias in foro externo graviter vindicatam fuisse, & in posterum districte coercendam fore noverint, tum a probi Viri honestate, & fide alienam, tum etiam debitæ erga Sacros Ecclesiarum Antistites observantiæ contrariam esse, ipsi per se facile cognoscent.

„ Præsentes vero Nostras litteras, & in eis statuta quæcumque etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, sive alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas eædem præsentes emanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quamtumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, ac substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, & de Apostolicæ potestatis plenitudine simili concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari.

„ Sicque, & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, ac potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

„ Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, exemptionibus & indultis, etiam in corpore juris clausis, aut litteris Apostolicis, quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus etiam militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, aliisve quibuslibet specifica, & individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam clausulis, & Decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus, in genere, vel in specie, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exactissime servatis, & specificatis, respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum plenissime, & amplissime, motu pari derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

„ Volumus insuper, & eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eædem præsentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætendere valeat, ipsas præsentes, seu earum transumpta, ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, & affixas, omnes, & singulos quos concernunt, seu concernent in futurum perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

„ Utque earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis alicujus Notarii publici manu subscriptis, ac Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tum in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, decreti, declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1747. 3. Kalend. Martii Pontificatus Nostri anno septimo.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI 1747. Indictione 10. die vero 4. Martii Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. BENEDICTI, Divina Providentia Papæ XIV. anno septimo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Jo. Baptistam Angelini Apostol. Curs.

Joseph Renzoni Mag. Curs.

LIII.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS

ET D. N. D. BENEDICTI

Divina Providentia

PAPÆ XIV.

CONSTITUTIO

Qua ampliatur Episcopis facultas impertiendi Benedictionem cum Indulgentia Plenaria Fidelibus in mortis articulo constitutis, etiam per alios tam in Civitatibus, quam in Diœcesibus ab ipsis subdelegatos.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

„ Pia Mater Catholica Ecclesia de æterna Filiorum suorum salute in primis solicita, quum hanc intelligat ab extremo ipsorum mortis articulo potissimum pendere, nunquam prætermisit omnibus eos subsidiis pro hujusmodi temporis necessitate opportunis juvare atque instruere, tam iis nimirum, quibus opus esset ad æterna præcavenda supplicia, quam quæ apta & salubria forent ad evitandas pœnas temporibus definitas, quas in altera vita humanis plerumque spiritibus, etiam dimisso mortalis culpæ, æternæque pœnæ reatu, in Purgatorio igne luendas manere non ignorat. Quamobrem, licet ex veteri simul & recenti Ecclesiæ disciplina, graviorum quorundam criminum absolutio Romano dumtaxat Pontifici in universo Christiano Orbe, aliorum autem singulis Ecclesiarum Præsulibus in eorum Diœcesibus, reservata fuerit; attamen adveniente unicuique Fidelium supremo migrationis die, omnes hujusmodi absolutionum reservationes cessare, & cuilibet Sacerdoti liberam & plenam facultatem esse quemcumque pœnitentem a quibuscumque peccatis & criminibus, nec non Ecclesiasticis sententiis atque censuris absolvendi, provide declaratum fuit. Præterea quam in Ecclesia immensus & inæstimabilis existat Thesaurus spiritualis, ex infinitis constans satisfactionibus Passionis & mortis Domini Nostri JESU CHRISTI, ac præterea ex meritis, & satisfactionibus gloriosæ Virginis Genitricis Dei MARIÆ, omniumque Sanctorum & Electorum, cujus Thesauri dispensationem Salvator Noster Beato Petro Apostolorum Principi ejusque in perpetuum Successoribus tradidit; hoc semper summo studio curarunt Prædecessores Nostri Romani Pontifices, ut illius divitias in moribundos Fideles large diffunderent, & maxima omnium amplitudine, quæ Indulgentia Plenaria nuncupatur, cujusque impertiendæ jus in Apostolica Sede unice residet, ipsis potissimum applicarent; quam quidem in rem Episcopis per Ecclesias constitutis vices suas cum opportunis facultatibus delegarunt; ne ullus in Orbe Terrarum angulus esset, ubi Catholicæ Religionis professoribus hujusmodi adjumenti copia deesset, pro extremo illo momento, quo ipsorum salutis caussa in discrimen adducitur.

„ Hactenus hujusmodi facultas Episcopis concedi consuevit, Pontificis nomine & authoritate, per privatas Epistolas ipsius Secretarii Brevium secretorum, qui exposita Pontifici petitione pro parte cujusque Episcopi, & pro spirituali utilitate ipsius Subditorum ad se delata, rescribere solebat, petitam facultatem ab ipso Pontifice eidem indulgeri *ad Triennium proximum*; hac tamen lege, ut ipse ea uteretur, nimirum Benedictionem impertiret, & Indulgentiam Plenariam ægrotis in mortis articulo constitutis largiretur *per seipsum immediate*, vel, quatenus Episcopum suffraganeum haberet, *per Dominum Suffraganeum* suum; nec, nisi necessitate cogente, & quidem nocturno tempore, alium Sacerdotem in singulis peculiaribus casibus subdelegare posset: *Ubi vero præcisa necessitas exegerit, ac insimul noctis tempore dumtaxat, idem permittit, ut alicui Sacerdoti pro, per Dominationem vestram qualibet vice eligendo &c. communicate valeant*; Quo vero ad Moniales, Ordinarii earum Confessarii opera in eum finem uteretur.

„ Hanc porro facultatem, prout in hujusmodi Litteris concedebatur, Ecclesiarum Pastores jamdudum judicarunt angustis nimium limitibus circumscriptam; non solum ob breve Triennii spatium ipsi præfinitum; verum etiam, quia propter relatas leges circa illius usum præscriptas, ab hujusmodi Indulgentiæ Plenariæ beneficio excludi videbant plerosque fideles sibi subjectos, præsertim vero eos, quos extra ipsorum Residentiæ locum, & in remotis Diœcesum regionibus infirmari contingeret; nec defuerunt instantiæ Vicariorum Capitularium, & Vicariorum Apostolicorum, sicut etiam Prælatorum inferiorum Territorium separatum habentium, cum activa in Clerum & Populum jurisdictione, qui eandem facultatem Episcopis concedi solitam, sibi quoque tribui postularunt; quibus de rebus actum fuit die 22. Novembris 1710. in Congregatione S. R. E. Cardinalium Indulgentiis & Sacris Reliquiis præposita, cujus Consultoris officium in minoribus tunc constituti obtinebamus; sed nihil tunc temporis est innovatum, resque in priori statu relicta fuit.

„ Cum vero deinceps alterum quoque munus Secretarii Congregationis Decretorum Concilii Tridentini Interpretis Nobis in minoribus pariter degentibus demandatum fuisset; instante Episcopo Mazariæ tunc existente, duo Dubia eidem Congregationi definienda proposuimus, unum videlicet, an stante dispositione præmissarum Epistolarum Secretarii Brevium, ut scilicet Episcopus pro impertienda Monialibus Benedictione, & Indulgentia Plenaria eisdem in articulo mortis applicanda, earum Confessarii opera uteretur, licitum sit Episcopo Monasterii Clausura ingredi, ut hujusmodi pium opus per se ipsum adimpleat; alterum vero, quatenus id Episcopo permittatur, an, & a quibus comitatus Monasterium ingredi debeat; super quibus, perpenso Folio a Nobis pro hujusmodi quæstionum elucidatione de more exarato die 10. Maji anni 1737. responsum fuit, ad primum; Licere Episcopo, quoties voluerit, ad impertiendam Benedictionem Moniali in mortis articulo constitutæ Monasterium intrare: Ad secundum Episcopo ad hunc effectum intra Monasterii septa se conferenti comites esse debere Confessarium ordinarium ipsius Monasterii, aliumque Sacerdotem ipsius Episcopi arbitrio eligendum. Rescripto autem additum fuit: *Et ad Dominum Secretarium cum Eminentissimo Secretario Brevium*: quibus nimirum verbis Nobis demandatum fuit, ut cum bonæ memoriæ Cardinali Oliverio nuncupato, tunc Brevium secretorum Pra-

„ de-

,, decessoris Nostri Benedicti Papæ XIII. Secretario, ,, ageremus pro ampliatione facultatum in memoratia Epistolis contentarum, quarum formulam a nobis in Folio tunc eidem Congregationi, ut præfertur, exhibito, integre insertam, ipsa Congregatio paulo arctioribus conclusam limitibus judicavit.

,, Neque porro omisimus injunctum Nobis onus agendi cum præfato Cardinali Brevium Secretario quam primum implere; verum quum paulo post ab eodem Benedicto Prædecessore in Collegium S. R. E. Cardinalium cooptati, ad regendam Episcopalem Anconitanam Ecclesiam Nos contulerimus, ex qua biennio post ad Metropolitanam Bononiensem translati fuimus, non licuit Nobis negotium istud ad optatum finem perducere. Interim vero, quum non minus pro Anconitano, quam pro Bononiensi Populo hujusmodi facultatem Indulgentiæ Plenariæ moribundis Fidelibus impertiendæ ab Apostolica Sede, ut par erat, expetitam, juxta consuetam formam, ac superius enunciatis limitibus circumscriptam obtinuissemus; ipso statim usu, & propria experientia, in eas incidimus difficultates, quæ & anno 1710. ut præfertur, in Congregatione Sacris Reliquiis & Indulgentiis præposita, a Nobis tamquam Consultore propositæ fuerant; quæque deinceps anno 1727. alteri Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum a Nobis etiam, pro Secretarii munere, expositæ; caussam dederunt memoratæ consultationi cum Secretario Brevium introducendæ. Etenim tum in Anconitanæ, tum vero in amplioris Bononiensis Ecclesiæ regimine, animadvertimus, ob interdictam Nobis hujusmodi facultatis subdelegationem, omnes plerumque Diœcesis habitatores hoc tanto spirituali beneficio summis suis temporibus orbatos manere; & quidem cum irreparabili damno deficientibus per Diœcesim Collegiis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, quibus a felicis recordationis Prædecessore Nostro Alexandro Papa VII. per Litteras die 25. Januarii 1656. datas, & perpetuo valituras, indultum fuit, ut Christi fidelibus in mortis articulo constitutis Benedictionem cum Indulgentia Plenaria impertiri valeant; nec aliis extantibus Cœnobiis Regularium, quibus, pro Confratribus piarum quarundam Societatum ab eorum Ordinibus institutarum, similia Indulta & Privilegia ab Apostolica Sede concessa fuerunt. Quod vero spectat ad Incolas ipsius Civitatis, si quidem hæc, ut Bononia est, frequenti Populo sit referta, quum facultas substituendi non aliter in præfata Epistola tribuatur, quam in casu præcisæ necessitatis cum nocturno tempore conjuncto, cum magno animi Nostri dolore experti fumus Paternæ hujusmodi charitatis actus erga dilectos in Christo Filios Nostros, non ea assiduitate, qua cupiebamus, per Nos ipsos præstari posse. Nam præterquam quod necesse habebimus nonnullis per annum mensibus a Civitate abesse, ut, juxta præscriptum Sacræ Tridentinæ Synodi, si non totam, saltem aliquam illius ampiæ Diœcesis partem singulis annis coram invisendo, corrigendo, docendo, & Sacramentum Confirmationis visitatis plebibus ministrando lustraremus; jam in ipsa Civitate degentes, nullam fere diurni temporis horam vel a Divinis rebus, vel a Pastoralis officii occupationibus vacuam habebamus; dum pro occurrentium negotiorum expeditione, nunc adeuntium postulationibus, nunc Ministrorum relationibus, nunc Congregationum consultationibus operam dare oportebat; recurrentibus autem Ordinationum temporibus, vel ,, venientibus Ecclesiarum Parochialium vacationibus, aut cessantibus Confessariorum facultatibus, quas, ad nova de ipsis experimenta identidem capienda, nonnisi temporibus definitas iisdem concedere consuevimus, Examina atque Concursus fieri nobis haberi non permittebamus. Et sane, si quis Episcopalis vitæ conditiones, ut vere se habent, considerare velit, facile agnoscet, majorum Civitatum Episcopos fere redactos esse ad hujusmodi Benedictionis, & Indulgentiæ beneficium aliquibus dumtaxat Personis, vel genere, vel aliis qualitatibus conspicuis, & quidem instantibus, & postulantibus, exhibendum; pauperibus autem & humilioribus, ob præclusam sibi, extra necessitati & noctis tempora, subdelegandi facultatem, vix unquam succurrere posse.

,, Quod si satis momenti, & authoritatis haberet sententia a nonnemine proposita, Plenariam scilicet Indulgentiam in mortis articulo concedendam non esse, nisi his quorum eximia in Ecclesiam merita extitissent; ea nimirum de caussa, quod quum pro hujusmodi Indulgentiæ consecutione vel nullum omnino opus injungi, vel nonnisi morientis statui, & viribus accommodatum imponi possit, præterita dumtaxat in Ecclesiam merita, cum extrema præsenti necessitate conjuncta, locum supplere possit aliorum operum, quæ ceteroquin ad Plenariam Indulgentiam adipiscendam præscribi solent; nihil profecto esset, cur aliquid nunc a nobis innovando statueretur. Verum Prædecessorum Nostrorum hæc agendi ratio relatæ opinioni contraria dignoscitur. Ut enim multas prætereamus concessiones Indulgentiæ Plenariæ morientibus fidelibus indistincte applicandæ, quænam porro, & quam magna in Ecclesiam promerita fuisse dicemus eorum, qui quatuor ab hinc sæculis, pestifera lue per Angliam grassante, ex hac vita decedebant? quibus tamen omnibus, dummodo Sacramentaliter confessi, & sacra Communione refecti fuissent, Prædecessores Nostri Clemens Papa VI. & Gregorius Papa XI. Benedictionem cum Indulgentia Plenaria per Legatos suos impertiri non recusarunt. Sed & ipsa Congregatio Indulgentiis & Sacris reliquiis præposita jam usque ab anno 1675. die 22. Aprilis, re diligenter perpensa, censuit, Indulgentiæ plenariæ largitionem in eos etiam, qui singularibus in Ecclesiam meritis nequaquam excellerent, recte, & utiliter conferri atque diffundi.

,, Quapropter Apostolicæ charitatis Nostræ viscera dilatantes, & tam veteribus, quam recentioribus Ecclesiasticæ benignitatis exemplis inhærentes; siquidem extat illustre monumentum tertii Ecclesiæ sæculi in Epistola Sancti Cypriani, quæ in novis Editionibus impressa est *n.* 12. qua scilicet, in eorum gratiam, qui Libellos Martyrum obtinuerant, & in mortis periculo versabantur; quum ipse æstivis ardoribus præpediretur, quo minus, ut optaverat, ad eos reconciliandos sese conferre posset; permitti ut id, vice sua, a quocumque Presbytero, aut etiam Diacono, præstari queat; Novissimis vero temporibus, ex secunda Mediolanensi Provinciali Synodo constat, a felicis recordationis Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII. omnibus Episcopis illius Provinciæ concessum fuisse, non solum ut ipsi Benedictionem cum Indulgentia Plenaria moribundis Fidelibus impertiri; sed etiam ut aliis hujusmodi facultatem libere subdelegare possent. His igitur, aliisque exemplis, necnon rationibus superius relatis permoti, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione novas in hac materia regulas præfinire, quodque olim, ut præmisimus, de alterius sententia deliberandum

,, Nos

„ Nobis fuerat; nunc demum de concessa Nobis Apostolicæ potestatis plenitudine absolvere, ac perficere constituimus.

„ Itaque primum volumus atque decernimus, ut quæ facultates impertiendi Benedictionem cum Indulgentia Plenaria Fidelibus in mortis articulo constitutis, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis nunc existentibus a Nobis, vel a Prædecessoribus Nostris ad hunc diem concessæ reperiuntur, licet illæ in consuetis Epistolis Secretarii Brevium ad Triennium dumtaxat, vel alias ad definitum tempus indultæ fuerint, nihilominus præsentis Nostræ Constitutionis vigore eo usque in suo robore maneant, quoad iidem Antistites earum Ecclesiarum atque Diœcesum regimen obtinebunt, quarum favore & intuitu easdem facultates a Nobis & ab Apostolica Sede impetrarunt. Nos enim eas ad omne tempus hujusmodi, motu proprio, & authoritate præfata, atque earumdem præsentium Litterarum serie, extendimus, & prorogamus.

„ Utque præterea unusquisque ex Antistitibus præfatis, unum, aut plures pios Sacerdotes sive Sæculares, sive Regulares, prout necessarium fore judicabunt, eorum Civitatibus subdelegare valeant, qui dum ipsi Antistites aliquo legitimo impedimento continebuntur, quamvis hujusmodi impedimentum diurno tempore occurrat, eorum vice, Benedictionem hujusmodi cum Indulgentiæ Plenariæ applicatione Christi fidelibus in præfato articulo constitutis impertiantur; aliosque similiter per Diœcesim Sæculares, aut Regulares Sacerdotes quotquot pro numero animarum in Diœcesibus existentibus necessarios judicaverint, ad prædictum effectum deputare, & subdelegare possint; nec non eosdem a se deputatos, & subdelegatos removere, aliosque in eorum locum pro suo libito & prudentia subrogare valeant; iisdem motu, potestate, & tenore, concedimus & indulgemus.

„ Si vero aliquem ex Antistitibus nunc per Ecclesias constitutis, & præfata facultate gaudentibus, ad aliarum Ecclesiarum regimen Apostolica authoritate transferri contingat; sive aliquis eorum sit, quorum favore consuetæ Litteræ Secretarii Brevium ad hunc diem expeditæ non fuerint; ac denique quum novi Episcopi Catholicis Gregibus in posterum præficientur; volumus atque statuimus, ut singulis eorum hujusmodi facultatem a Nobis, sive a Romano pro tempore Pontifice postulantibus, Apostolicæ Litteræ in forma Brevis gratis per omnia expediantur, quibus prædicta facultas ipsis concedatur, non ad Triennium, sed ad omne tempus, quo adeptum semel Ecclesiæ regimen obtinebunt; adjecta etiam facultate subdelegandi tam pro Civitate, quam pro Diœcesi, non quidem in casu dumtaxat impedimenti cum nocturno tempore conjuncti, sed in omnibus & per omnia ad normam eorum, quæ pro Episcopis nunc existentibus, & Indulto hujusmodi actu gaudentibus, supra statuimus.

„ Insuper pro Prælatis inferioribus Territorium separatum habentibus cum vera qualitate Nullius, & activa in Clerum & Populum jurisdictione; quamvis Prædecessores Nostri hanc de præterito consuetudinem non habuerint; nihilominus de Apostolica liberalitate, ac simili motu & tenore concedimus & indulgemus, ut, si ab ipsis hujusmodi facultas petita fuerit, similes Litteræ in forma Brevis in posterum singulis eorum expediantur juxta eamdem formam, mutatis mutandis, quam pro Episcopis constituimus; ne excepta quidem facultate subdelegandi, ut supra; dummodo ipsi Prælati hunc gratiam postulantes, Apostolicis Litteris Nostris Anno Incarnationis Dominicæ 1740. nono kal. Dec. datis, quarum initium est: *Quod sancta*, impressis in Bullario Nostro *Tom. I. num. 7.* obtemperaverint; nimirum sacra Apostolorum Limina præscriptis temporibus visitaverint, & relationem status Ecclesiarum sibi subjectarum Apostolicæ Sedi exhibuerint; vel, quatenus Prælationis honorem de novo accipiant, debitum juramentum in memorata Constitutione præscriptum antea præstiterint.

„ Dum autem hujusmodi facultatem Episcopis eam actu obtinentibus prorogavimus, & ampliavimus, ut præfertur; ceteris vero tam Episcopis, quam Prælatis inferioribus in posterum eam petentibus, supradicta forma & amplitudine concedendam fore decrevimus; sequitur, ut hujusmodi Indulta nequaquam morte concedentis expirent; quum jurisdictio delegata in iis, quæ non justitiam, sed gratiam concernunt, etiam post obitum delegantis manere debeat. Quoniam vero iisdem Episcopis, & Prælatis permittimus, ut hujusmodi facultatem, pro Incolarum Civitatum, Locorum, atque Diœcesum opportunitate & necessitate, uni vel pluribus Sacerdotibus in posterum subdelegare valeant; statuimus atque decernimus hujusmodi subdelegationes, per subdelegantis cessum, aut decessum similiter non expirare; sed potestatem ipsis tributam perseverare usque ad superventum novi Præsulis, cujus arbitrio relinquimus, eosdem in hujusmodi officio confirmare, vel ab eo removere. Atque ita quicumque Antistes memoratam facultatem a Romano Pontifice semel obtinuerint, eo decedente, opus non habent pro illius confirmatione ad Apostolicæ Cathedræ Successorem recurrere. Sicque etiam cedente, vel decedente Episcopo, seu Prælato, a quo eadem facultas in sua Diœcesi, aut Territorio subdelegata fuerat, nova concessione opus non erit pro temporaneo Vicariorum Capitularium, aut Apostolicorum, regimine; quum Subdelegatorum auctoritas semper manere debeat, quamdiu vel Episcopus ipse, aut Prælatus, vel illius Successor eandem ipsis non ademerit.

„ Hac agitur ratione animarum saluti consulentes, quantum Nobis in Domino licuit, piam consuetudinem applicandi Plenariam Pontificiam Indulgentiam Ecclesiæ Filiis in mortis articulo constitutis, ampliare, & faciliorem reddere curavimus. Permissaque Venerabilibus Fratribus, ac Dilectis Filiis, Ecclesiarum Episcopis, & Præsulibus, facultate alios Sacerdotes ad hunc effectum, tam in Civitatibus, quam in Diœcesibus subdelegandi, non parum levaminis eorum anxietatibus, & sollicitudinibus per Nos allatum esse putamus. Verumtamen ipsis declaratum volumus, non id propositum Nobis fuisse, ut eos prorsus eximeremus ab hoc paternæ charitatis officio, per se ipsos adeundi miseros ægrotos Plenariæ absolutionis in extremo articulo adipiscendæ cupidos; sed ut eorum pietatem opportune juvaremus, ne, dum ipsi aliis Pastoralibus curis detinentur, dolere debeant, commissos sibi Fideles hoc tanto spirituali beneficio destitutos ex hac vita migrare. Qui vero pium hujusmodi opus per semetipsos exercere gaudent (quod sane omnes, quoties legitime impediti non fuerint, facturos esse confidimus), meminerint, non id dumtaxat erga nobiliores, & potentes hujus sæculi, sed erga pauperes quoque, & abjectæ sortis homines præstandum esse. Qua de re utiliter legi poterit Prædecessoris nostri Sancti Gregorii Magni Homilia XXVIII. in Evangelia ad *Cap. IV.* Joannis = *Erat quidem Regulus cujus Filius infirmabatur Capharnaum* =, in qua mirabilem, atque cæle- „ stem

Item observat amantissimi Redemptoris Nostri JESU CHRISTI agendi rationem, qui ad invisendum ægrotantem Reguli filium invitatus ire abnuit, ad Centurionis Servum nec invitatus iturum se pro fitetu : = *Quid est quod Regulus rogat, ut ad ejus filium veniat, & tamen venire recusat; ad Servum vero Centurionis non invitatur, & tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem præsentiam non dignatur adesse; Centurionis Servo non dedignatur occurrere.*

,, Ut autem Indulgentiæ fructus a Fidelibus in mortis articulo percipiatur, hoc sedulo agendum erit, ut Populus in Sacris Concionibus, & Cathechesibus frequenter edoceatur, quod iis, qui gratiæ Dei, quam in Baptismo acceperunt, ingrati, per actualia peccata Spiritum Sanctum contristaverunt, & Templum Dei violare non sunt veriti, quantumvis æterna supplicia in Pœnitentiæ Sacramento condonata fuerint, nihilominus temporalis, plerumque pœna Divinæ justitiæ exsolvenda superest, cujus remissio obtinenda est non solum per satisfactiones a Sacerdote Confessario in ipso Pœnitentiæ Sacramento pro mensura delicti impositas, aut per Christianam tolerantiam earum adversitatum, a quibus mortalium vita immunis esse nequit; verum etiam per Jejunia, Eleemosynas, Orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia; Alioquin verendum esset, ne saluris remedia ab Ecclesiæ benignitate Fidelibus suppeditata, paulatim in pravæ libertatis, & licentiæ fomentum traherentur; cum pluribus sibi temere blandientibus de remissione tum sempiternæ pœnæ, per Sacramentalem absolutionem, tum temporalis, per Indulgentiæ Pontificiæ applicationem, in exitu vitæ impetranda; neque cogitantibus quam incertum sit omnibus non solum qua hora, & quo mortis genere ex hac vita migrandum sibi fuerit; sed etiam an Indulgentiam, licet externo ritu sibi applicatam, cum effectu sint percepturi. Præpostera æque, ac periculosa, antiquis Ecclesiæ temporibus inoleverat consuetudo, ut non pauci ex iis, qui ad Baptismum nomina obtulerant, ad finem usque vitæ ipsius Sacramenti perceptionem prorogarent, quo scilicet interim ingenio libere indulgerent, ac demum quum e vita discessuri essent, per salutare lavacrum, ab omni culpa, & tam ab æterna, quam a temporali pœna soluti ad cœleste Regnum recta transferentur; contra quos extant gravissimæ objurgationes Sancti Gregorii Nazianzeni in Oratione XL., & Sancti Joannis Chrisostomi in Homilia I. super Acta: Sed, & Ecclesia Catholica pravam hujusmodi confidentiam improbare se declaravit, dum eos, qui in mortis periculo Baptismum susceperant, si convaluissent, a sacris Ordinibus, & ab Officiis Ecclesiasticis arcendos, ac perpetuo irregulares fore decrevit.

,, Et quoniam Sacerdotibus, qui Fideles in extremo agone laborantes pie adjuvant, vel Ecclesiæ Sacramenta ipsis ministrant, Rituale Romanum injungit, ut si Ægrotus Indulgentiam Plenariam legitima auctoritate concessam consequi valeat, eam illi in mentem reducant proponantque quid ad eam consequendam agere debeat; ex his autem, qui ad hujusmodi statum redacti sunt, alii quidem cum plena cognitione integrum loquelæ usum retinent, alii vero loquendi facultatem amiserunt, licet antea sinceræ contritionis indicia dederint, eaque adhuc ratione utentes, identidem dare non desinant; Ideo, quo certius prædicti omnes Indulgentiæ fructum consequi valeant, præfatis Sacerdotibus mandamus, ut omni ratione studeant moribundos Fideles excitare ad novos de admissis peccatis doloris actus eliciendos, conciupiendosque ferventissimæ in Deum charitatis affectus; præsertim vero ad ipsam mortem æquo, ac libenti animo de manu Domini suscipiendam. Hoc enim præcipue opus in hujusmodi articulo constitutis imponimus, & injungimus, quo se ad Plenariæ Indulgentiæ fructum consequendum præparent, atque disponant. Qua in re auctor Nobis est Doctor Augustinus, qui in *Libro XIII. de Civit. Dei Cap. VI.* postquam horridam mortis speciem, eique renitentes hominum animos descripsit, quodq; in aliis suis operibus non semel docuerat, mortem nimirum esse peccati originalis pœnam, ibi quoque asseruit, & confirmavit; hæc ad rem nostram apposite subdit = *Quidquid tamen illud est in morientibus, quod cum gravi sensu adimit sensum, pie, fideliterque tolerando, auget meritum patientiæ, non aufert vocabulum pœnæ. Ita cum ex hominis primi perpetuata propagine procul dubio sit mors pœna nascentis; tamen, si proprietate, justitiaque pendatur, fit gloria renascentis; & cum sit mors peccati retributio, aliquando impetrat, ut nihil retribuatur peccato.*

,, Pro impertienda vero Benedictione Fidelibus in mortis articulo constitutis, applicandaque ipsis plenaria Indulgentia, quum nulla certa formula olim præscripta foret sanctæ memoriæ Prædecessor Noster Benedictus Papa XIII. Anno Domini MDCCXXVI., pias quasdam Preces, & Orationes ad hunc effectum adhibendas publicari mandavit; quarum exemplo, in his quæ opportuna judicavimus, inhærentes, aliam de novo formulam, cum his, quæ in hac nostra Constitutione præscripta sunt, magis congruentem confecimus, & instituimus, quam ab omnibus in posterum usurpari præcipimus; Mandantes hoc ipsum inculcari, & injungi in Apostolicis Litteris, quæ deinceps pro concessione prædictæ facultatis Indulgentiæ Plenariæ Moribundi impertiendæ, ut præmisimus, expediendæ erunt.

,, Ac decernentes, ipsas præsentes Litteras semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus perpetuo sortiri, & obtinere, atque iis ad quos spectat, seu spectabit in futurum, plenissime suffragari: Non obstantibus Apostolicis, & in Generalibus, seu Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, seu specialibus Constitutionibus,ac quibuscumque contrariis, etiam Congregationum S. R. E. Cardinalium, Decretis, & Resolutionibus, etiam Apostolica auctoritate approbatis, roboratis, & pluries confirmatis; usibus quoque, stilibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Quibus omnibus, & singulis, ad præmissorum effectum, motu, scientia, & potestate præfatis, amplissime derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

,, Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

,, Formula igitur, quam pro impertienda Benedictione, & Plenaria Indulgentia moribundis Fidelibus applicanda, ut præfertur, in posterum adhibendam esse præscripsimus, talis est:

MODUS

A SS. D. N. BENEDICTO PAPA XIV.

Approbatus

Pro opportunitate temporis servandus, ut infra in Rubricis notatur, ad impertiendam Benedictionem in articulo mortis constitutis, ab his, qui facultatem habent a Sede Apostolica Delegatam.

„ *Benedictio in Articulo Mortis cum soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente, & integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis impertienda iisdem est, etiamsi postea linguæ, cæterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium, vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, Impœnitentibus, & qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.*

„ *Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet Infirmus, dicat:* Pax huic Domui, &c. *ac deinde Ægrotum, cubiculum, & circumstantes aspergat Aqua benedicta, dicendo Antiphonam:* Asperges, &c.

„ *Quod si Ægrotus voluerit confiteri audiat illum, & absolvat. Si Confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de bujus benedictionis efficacia, ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut morbi incommoda, ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid placuerit, & mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens fore, ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pœnarum remissionem, & vitam consecuturus æternam. Postea dicat:*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.

ANTIPHONA.

Ne reminiscaris, Domine, delicta Famuli tui (*vel* Ancillæ tuæ) neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum fac Servum tuum (*vel* Ancillam t. m, *& sic deinceps.*)
℟. Deus meus sperantem in Te.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

„ Clementissime Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius Famulum tuum N. quem tibi vera Fides, & spes christiana commendant. Visita eum in salutari tuo, & per Unigeniti Tui Passionem, & Mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, & veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui Te Judicem propitiatum inveniat, & in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus Confiteor; &c. *Sacerdos dicat* Misereatur &c. *deinde:*

„ Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat Confessionem tuam, & restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti; Et Ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam Plenariam, & remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris, &c.

„ Per sacrosancta humanæ reparationis Mysteria, remittat tibi omnipotens Deus omnes præsentis, & futuræ vitæ pœnas; Paradisi portas aperiat, & ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat Te omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

„ *Si vero Infirmus sit adeo morti proximus, ut neque Confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur.*

„ Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum confirmationis, prorogationis, ampliationis, & concessionis, mandatorum, statutorum, decretorum, ac derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, nonis Aprilis, Pontificatus Nostri Anno septimo.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

Visa de Curia J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, Indictione decima, die vero quarta Maji, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. BENEDICTI Divina Providentia PAPÆ XIV. Anno septimo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Baptistam Angelini Apost. Curs.

Franciscus Bartolotti Mag. Curs.

LIV.

CONSTITUTIO

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Qua certus ordo præscribitur pro causis super nullitate Professionis Regularis mature discutiendis, & valide definiendis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

„ SI datam hominibus fidem frangere, conventiones nesque eas, quæ ab humanis legibus robur accipiunt, abrumpere, ac violare non licet; multo magis necesse est obligatum Deo mentis propositum immutabiliter servari: Nosque præsertim, utpote sacrarum Legum custodes a Deo constitutos, oportet earum pactionum, quæ Divino, & Ecclesiastico jure indissolubiles sunt, perpetuam firmitatem, & observantiam asserere. Eam ob rem jam usque ab anno Incarnationis Dominicæ 1741. Pontificatus Nostri anno primo, Apostolicas literas dedimus, incipientes: *Dei miseratione*, in Bullario nostro deinde editas *Tom. I. n.* 33. quibus certum præscripsimus ordinem in Tribunalibus Ecclesiasticis servandum, cum in ipsis discuti, & definiri deberent causæ, in quibus de nullitate alicujus matrimonii contracti ageretur: non eo quidem consilio, ut si quid forte matrimonium cum impedimento aliquo dirimente initom fuisset, de illius nullitate judicium postulari, aut fieri prohiberemus; sed ut in hoc gravissimo judicii genere, in quo de sacro Connubiorum fœdere agitur, pleniori veritatis elucidationi consuleremus, utque Judices non sine certissima cognitione omnium, quæ ad rem maxime conducunt, hujusmodi vinculum ex tot rationibus insolubile sententiis suis, tamquam irritum ab initio, dissolverent. Cujus quidem Constitutionis utilitas, Deo favente, ad hunc diem aperte comprobatur; cum ex eo tempore neque tot causæ super prætensa matrimoniorum nullitate in Tribunalibus pendeant, nec tam frequenter, ut antea, nobis exhibeantur preces pro obtinendis dispensationibus super matrimonio rato, & non consummato; dum scilicet ante omnium oculos propositæ sunt difficultates paulo quidem majores, sed omnino justæ, quæ ex novo ordine a nobis statuto, cuilibet superandæ se offerunt, antequam optatum finem assequatur.

„ Quemadmodum itaque pro matrimoniis carnalibus a nobis provisum fuit: ita nunc & spiritualibus animarum nexibus, de Religiosis videlicet utriusque sexus Regulatium Professionibus, pari ratione statuere decrevimus: nimirum certam normam, ac methodum tradere, quam observare debeant Judices Ecclesiastici, quoties judicia super nullitate Professionum in aliquo ordine Regulari a Sede Apostolica approbato factarum, coram ipsis agitari contingat; neque id quidem ad hunc finem, ut aditus intercludatur iis, qui justis de causis hujusmodi actiones intentare velint, ac postulent Professionem a se factam ex capite nullitatis irritam declarari; sed ut ipsi Judices rerum veritatem in specie dignoscere, suasque sententias indubiis fundamentis innixas proferre valeant, ac ne umquam ex ignorantia factorum, aliquem decernant solutum vinculo, dum is forte valida solemnium Votorum Professione emissa, Religioso Ordini, cui nomen dedit, reipsa maneat astrictus. Qua ex methodo a Nobis tradenda hunc fructum simul ter obventurum speramus, ut & rariores in posterum in Tribunalibus futuræ sint causæ super prætensa Professionum nullitate: & qui deinceps hujusmodi nullitatis declarationem in foro externo obtinuerint, & consequenter a Religione decesserint, non amplius anxia, aut male tuta conscientia vivant, ac propterea ad Nos, aut ad officium Pœnitentiariæ Nostræ Apostolicæ ut non semel evenisse novimus, confugere cogantur, occultato, ut moris est, in precibus nomine, fatentes sententiam super Professionis nullitate pravis artibus extortam a se fuisse, decepto Judice, vel per mendacia in facti expositione adhibita vel per corruptos Testes, ideoque flagitantes, ut ex gratia, & dispensatione Apostolica, facultas manendi in sæculo ipsis indulgeatur.

„ Ut autem ordinate procedamus, distinguendum initio est inter Regulares illos, qui intra quinquennium a die factæ Professionis de illius nullitate actionem prumovent, & eos qui post elapsum quinquennium reclamant. Quod ad priores attinet, celebre est de illis decretum Sacræ Tridentinæ Synodi *sess.* xxv. *de Regular. cap.* xix. in hæc verba: *Quicumque Regularis prætendat se per vim & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die Professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario.* In quo sane decreto licet in littera Virorum Regularium dumtaxat mentio fiat, nihilominus etiam feminæ Religionem professæ comprehenduntur; cum ex regulis juris masculinum genus etiam femininum includat, ubi una eademque causa pro feminis æque ac pro masculis militat. Quamvis autem Decreti verba satis clara sint, variæ tamen quæstiones circa eorum sensum ac vim excitatæ fuerunt.

„ Cum etenim ibi sermo dumtaxat fit de Regulari Professo, qui suam Professionem nullam fuisse contendat: *quicumque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem* &c. nihil vero expresse statuatur de ipsa Religione, cujus aliquando intereit alicujus alumni sui Professionem irritam declarari, ut si quis exempli causa comperiatur occultum aliquod impedimentum non revelasse, de quo interrogatus fuerat, adjecta declaratione, quod, eo forsan existente, & non patefacto, ipsius admissio a Religione minime rata habenda foret; hinc dubitatum fuit, an in hujusmodi casu solus Superior Regularis sine Ordinario procedere posset, an vero etiam in hac facti specie discutienda esset causa coram Regulari Superiore simul, & Ordinario loci. Super quo Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad ipsius Concilii Tridentini Interpretationem ab Apostolica Sede deputatorum constanter decrevit, causas hujusmodi super nullitate Professionis, tam a Regulari Professo, quam a Religione intra quinquennium in Judicium deductas, & a Superiore Regulari, & ab Ordinario loci simul cognoscendas esse.

„ Cum item quinquennium, intra quod admitti tur reclamatio adversus Professionem, Sancta Synodus computandum voluerit *a die Professionis*; cumque potior, atque communis causa, quæ pro nullitate Professionis adduci solet, in metu cunfi-

„ stat,

„ ftat, metus autem per totum quinquennium, atque „ etiam ulterius, aliquando perfeveret; quæfitum „ fuit, an ubi de metu agitur, initium quinquennii defumendum fit ab ipfo die Profeffionis emiffæ, an vero a die, quo Profeffus liberam reclamandi facultatem habere cœpit. Eadem vero „ Congregatio declaravit, in utroque pariter cafu „ conceffum quinquennii tempus a die emiffæ Profeffionis effe computandum.

„ Ad idem pariter quinquennium pertinet alia agitata quæftio, an fcilicet prædicti Ordinarius, & „ Superior Regularis cognofcere poffint caufas nullitatis Profeffionis etiam poft ipfum quinquennium, ubi nempe Profeffus intra illius decurfum „ reclamaverit, fed judicium profequi deinde neglexerit, aut nequiverit. Decretum eft autem ab „ eadem Congregatione coram præfatis Judicibus a „ Concilio memoratis agendam effe caufam, etiam „ poft elapfum quinquennium, dummodo fatis conftet, eam intra præfcriptum tempus a reclamante „ ferio intentatam fuiffe.

„ De ipfis autem Judicibus pro hujufmodi caufarum cognitione a Sancta Synodo defignatis per ea „ verba, *coram Superiore fuo, & Ordinario*, complures fimiliter motæ funt quæftiones, quæ majori eorumdem verborum elucidationi caufam dederunt. Et primo quæfitum fuit, quifnam cenfendus effet Superior Regularis in cafu, & ad effectum, de quo agitur, utrum fcilicet Provinciæ „ Rector, an Generalis Ordinis moderator. Congregatio autem ejufdem Concilii Interpres definivit effe Superiorem localem; nimirum Abbatem, „ vel Guardianum, five Priorem, aut alio quocumque nomine nuncupatum Præpofitum, feu Rectorem illius Monafterii, aut Cœnobii, in quo „ reclamans Profeffionem emifit; eum nempe, qui „ hujufmodi Monafterii, aut Cœnobii regimen exercet, quo tempore caufa fuper nullitate Profeffionis in judicium deducitur. Quæfitum item fuit „ quifnam Monialium proprius Superior dicendus fit „ ad effectum judicandi una cum Ordinario de eorum Profeffionis nullitate. Refponfum fuit, quod „ fi agatur de Monialibus Ordinario loci immediate „ fubjectis, tunc, quum nullus fit earum Superior „ Regularis, folus Ordinarius judicat de Profeffione „ reclamantium intra quinquennium: fi vero Moniales Regularium regimini fubfint, tunc hujufmodi caufæ judicandæ funt ab Ordinario loci fimul, „ & a Superiore Regulari; ab eo nimirum, cui „ concreditum eft univerfum Monafterii regimen, „ non autem a Confeffario Regulari Monialium. „ Dubitatum eft etiam, utrum Superior Regularis jus fuum cedere poffit Ordinario loci, eique permittere, ut in hujufmodi caufis folus procedat, „ & judicet. Id autem prædicta Congregatio fieri „ poffe negavit; permifit tamen Superiori Regulari, ut fi judicium affumere nolit, aut non poffit, „ alium fubrogare valeat, vel Regularem, vel etiam Ecclefiafticum fæcularem juris Canonici peritum, qui una cum Ordinario Judicis partes „ exerceat. Denique quæfitum fuit, fi forte Ordinarii, & Superioris Regularis judicia inter fe „ difcrepantia extiterint, quodnam ex ipfis alteri „ prævalere debeat. At in hoc cafu refponfum fuit, „ caufam ipfam ad Apoftolicæ Sedis judicium devolutam cenferi.

„ Quum vero inter capita nullitatis Profeffionem „ Regularem irritantia, unum etiam adnumeretur, „ fi nempe aliquis Profeffionem emiferit in Cœnobio ad Novitiorum inftitutionem minime deftinato, in iis tamen locis, in quibus rec. mem. Prædeceffor Nofter Clemens Papa VIII. Decreta de „ Regularibus a fe edita vim habere mandavit; fi „ quis ex hoc capite Profeffionem a fe factam intra „ quinquennium impugnare voluerit; aut etiam fi „ Religio intra idem quinquennium poftulaverit alicujus Profeffionem ex hujufmodi capite irritam „ declarari; Decretum extat a fel. record. Urbano „ Papa VIII. altero Prædeceffore Noftro juftis, gravibufque de caufis, ac de confilio præfatæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, editum die 5. Jan. 1636. incipiens *Ad occurrendum*, „ quo ftatutum fuit hujufmodi caufas ad eamdem „ Congregationem privative pertinere. Hæc funt „ potiora in genere Decreta ex regeftis prælaudatæ „ Congregationis excerpta, quæ licet alias a prædecefforibus Noftris Romanis Pontificibus Apoftolica „ auctoritate non femel approbata fuerint, & confirmata; Nos tamen eadem præfentium litterarum tenore, atque auctoritate fimili, novo approbationis, & confirmationis noftræ robore communimus, atque ab omnibus, ad quos fpectat, „ feu refpective fpectabit in pofterum, pro regula „ haberi, ac plenariæ executioni demandari præcipimus.

„ Quibus ita conftitutis, firmataque pertinentia „ caufarum, quæ intra quinquennium a die Profeffionis emiffæ adverfus illius validitatem introducuntur; confequens eft, ut & ea indicemus, quæ „ de ordine, ac methodo in hujufmodi judiciis fervanda, a Majoribus fapienter conftituta funt, „ tum ea proferamus, quæ nos ipfi opportune addenda cenfuimus, quæque pari auctoritate, ac „ præfentium litterarum vigore perpetuis futuris „ temporibus fervari volumus, & mandamus. Jam „ de ipfa hujufmodi caufarum introductione notum „ eft Decretum ejufdem Concilii Tridentini *cit. feff.* „ *xxv. c. xix. de Regular. Ut fi quis antea habitum* „ *fponte dimiferit, nullatenus ad allegandum quamcumque caufam admittatur, fed ad Monafterium* „ *redire cogatur, & tamquam Apoftata puniatur; interim vero nullo privilegio fuæ Religionis juvetur*. Ex quo fequitur Regularem poftulantem judicium fieri de fuæ Profeffionis nullitate, ab ipfo „ judicii limine repelli, nifi conftet eum in Religionis fuæ clauftris morari, & habitum Regularem „ refumpfiffe, fi ipfum antea depofuerit.

„ De probationibus vero, licet non ignoremus, „ apud Superiores Regulares, Ordinariofque locorum „ ufu receptum fuiffe in re tanti momenti, judicia „ fua fundare in extrajudicialibus, atque atteftationibus quamtumvis juramento firmatis, quæ *ad perpetuam* dicuntur, hoc tamen de cetero ufurpari prohibemus, volentes, atque diftricte mandantes, ut ad aftruendas probationes in hujufmodi caufis neceffarias verus, & judicialis proceffus „ conficiatur, in quo, & articuli exhibeantur ex „ parte illius, qui adverfus Profeffionem agit; & „ interrogatoria dentur ab ea parte, quæ ftat pro „ ipfius Profeffionis validitate, & teftes tam fuper „ articulis, quam juxta hujufmodi interrogatoria „ examinentur; utque hac forma non fervata proceffus ipfe, & fententia dependenter ab eo prolata, infanabili nullitatis vitio corruere cenfeantur; „ falva etiam difpofitione juris communis quoad „ alia nullitatis capita, fi quæ forte in ipfa proceffus compilatione intervenerint.

„ Sub eadem pœna nullitatis decernimus, atque „ ftatuimus, ut in hoc judicio citari, aut audiri „ debeant tum Defenfores Monafterii, feu Cœnobii, „ in quo Profeffus vota Religiofa fufcepit, tum „ ipfius Profeffi confanguinei, five propinqui, five „ alii, quibus bona fua donavit, aut ceffit; uno „ verbo, omnes, quorum intereft illius Profeffionem fuftineri: in primis autem ii citentur (fi „ fuperftites fuerint) qui judicati erunt tamquam

„ aucto-

„ auctores, aut complices metus eidem incussi, ut „ Votis invitus se obstringeret. Quemadmodum vero „ in citata Constitutione Nostra, quæ incipit, *Dei* „ *miserationе*, decrevimus, ut in singulis Diœcesibus „ ab Ordinario deputari deberet aliquis probitate, „ ac doctrina commendatus, cujus officium esset in „ causis matrimonialibus in judicio stare pro validitate matrimonii, ita nunc omnibus, & singulis locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut „ personam aliquam similibus qualitatibus præditam „ in suis respective Dœcesibus eligant, cui *Defensoris* „ *Professionum* munus imponant, utque huic omnia „ demandata, injuncta, & respective applicata esse „ censeantur quæcumque nos in præcitatis litteris de „ matrimonii Defensore statuimus; Nos eadem omnia, „ præsentium tenore, ad hujusmodi Professionum Defensores expresse extendimus, & respective applicamus, & quoad illos pari modo locum habere decernimus. Id solum peculiariter pro Defensore Professionis in præsentibus statuentes, ut scilicet quidquid „ pro ipsius honorario, aut mercede, sive pro „ expensis in defensione causæ occurrentibus eidem „ præstandum esse judex prudenter arbitratus fuerit, „ id omne ab illis exolvi debeat, quibus a Professo „ renuntiata fuerunt bona in Religionis ingressu dimissa; si vero hi non existant, aut si professus nihil renuntiandum habuerit, ipsa Religio, quatenus ex illis sit, quæ temporalia bona possident, „ ad hujusmodi solutiones teneatur. Si autem nec „ adsint bona renuntiata, nec Ordo Regularis, de „ quo agitur, quidquam possideat; tunc Defensori „ Professionis satisfiat ex pecuniis mulctarum illius „ Tribunalis, in quo causa agitata fuerit, sive alterius, prout in aliis prædictis litteris Nostris de „ matrimonii Defensore statuimus.

„ Lata demum sententia a Superiore Regulari, & „ ab Ordinario loci, si ea pro validitate Professionis „ pronuntiata fuerit, neque Professus appellationem „ interponat, causam finitam esse non dubitatur. Si „ vero Professus ad Judicem secundæ instantiæ appellaverit, vel etiam ulterius eadem causa retractanda „ fuerit, in omnibus hisce Judiciis volumus similiter „ Defensorem Professionis ex Officio deputatum intervenire, eodem prorsus modo, quo in citata Constitutione decrevimus, Defensorem matrimonii, in „ secunda, & ulteriori instantia judicio semper adesse. „ Ac sicuti præterea statuimus hujusmodi Defensoris „ partes esse a Sententia Judicis primæ instantiæ pro matrimonii nullitate lata ad ulterioris instantiæ Judicem provocare, & formam prosequendi judicium „ in ulterioribus hujusmodi instantiis præscripsimus; „ ita porro volumus, ut Defensor Professionis a Sententia in prima instantia pro nullitate Professionis „ edita appellare omnino debeat; atque in secunda, „ seu ulteriori hujusmodi causarum revisione, eadem „ omnia volumus observari, quæ pro causis matrimonialibus in eadem Constitutione mandavimus.

„ Quemadmodum denique legitimas pœnas ibidem constituimus adversus eos, qui post unicam „ obtentam Sententiam pro prioris matrimonii nullitate, sive pendente appellatione, sive ea per incuriam, aut fraudem Defensoris non interposita, „ ausi fuissent novas nuptias contrahere; atque decrevimus nemini licere ad altera vota transire, „ nisi duæ saltem Sententiæ conformes pro nullitate „ prioris matrimonii emanaverint: ita si quis in Ordine „ Regulari Professus post unicam Sententiam favore „ nullitatis Professionis pronuntiatam, sive pendente, „ sive omissa culpabiliter appellatione, e Claustris „ exire, a Religione discedere, quodque magis est, „ habitum Regularem abjicere præsumpserit; volumus, atque statuimus, omnibus eum pœnis, „ atque Censuris a Sacris Canonibus, & a Consti-„ tutionibus Apostolicis contra Apostatas latis, atque „ sancitis subjacere, & obnoxium esse: decernentes „ pariter in hujusmodi causis de Professionis nullitate, liberum Professo non esse a Religione migrare, nisi duas saltem obtinuerit Sententias conformes, quibus ab eo emissa Professio nulla, & „ irrita declarata fuerit.

„ Et primæ quidem instantiæ Judices super validitate Professionum, quæ intra quinquennium „ judicialiter impugnantur, ut supra dictum est, „ Superior Regularis, simulque Ordinarius loci esse „ debent. Si vero eadem causæ in secunda, aut ulteriori instantia sint discutiendæ, statuimus, inhærentes antiquis quibusdam sæpe dictæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum „ Decretis, quæ pariter tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ut causæ hujusmodi ad eos „ Judices devolvantur, ad quos de jure aliæ omnes „ causæ Ecclesiasticæ post Sententiam Ordinarii in „ gradu appellationis respective devolvuntur; ita tamen, ut hi quoque Judices, sicuti Ordinarius in „ prima instantia una cum Superiore Regulari processit, sic & ipsi procedere, & judicare debeant una cum Superiore Regulari, non quidem illius „ Monasterii in quo reclamans professus est, sed alterius Monasterii ejusdem Ordinis in eorum Civitate, „ aut Diœcesi existentis, vel eo non extante, cum Superiore viciniotis Monasterii ejusdem pariter Ordinis, „ seu cum alia persona Ecclesiastica, cui juxta præmissa, Superior ille, ad quem pertinet, suas vices „ ad hunc effectum delegaverit. Si autem hujusmodi „ causæ in secunda, aut ulteriori instantia ad Sedem Apostolicam devolvantur & a prædicta Congregatione Concilii, sive ab altera super consultationibus Episcoporum, & Regularium, aut denique ab Auditorio Rotæ, ut respective assolet, discutiendæ fuerint; nullus erit locus ad judicandum „ Superiori Regulari, qui neque tunc ad ferendam „ Sententiam admittitur, quum ab eadem Congregatione Concilii juxta relatum superius Urbani „ Prædecessoris Decretum, examinanda fuerit, etiam intra quinquennium, validitas Professionis „ ex eo capite impugnatæ, quod facta fuisse asseratur in Monasterio, aut Cœnobio Religionis Tyronibus instituendis minime addicto.

„ Hactenus de judiciis super nullitate Professionis, „ quæ intra quinquennium a die ipsius Professionis „ emissæ introducuntur: de quibus hoc etiam declarando decernimus, ut quæcumque in Superioribus statuta sunt, ea omnia locum habere, & observari debeant etiam in Curia S. R. E. Cardinalis Nostri, & Romani Pontificis pro tempore in „ Urbe ejusque Districtu Vicarii in spiritualibus Generalis, quoties hujusmodi causas intra idem quinquennium in ipsius Tribunali Ordinario judicandas esse contingat. Jam vero videndum est de ejusdem generis causis, quæ post elapsum quinquennium hujusmodi in judicium adducuntur.

„ Porto quum Sancta Tridentina Synodus post quinque annos ab emissa Professione transactos, omnem aditum ad reclamandum Professis interclusum esse sanxisset per ea aperta verba superius relata: *Non audiatur, nisi intra quinquennium a die* „ *Professionis*; adeo inhærendum hujusmodi sanctionis „ litteræ duxerunt Majores Nostri, ut sub piæ mem. „ Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII. decretum „ fuerit, ac veluti pro regula statutum, nullius causæ introductionem super nullitate Professionis, elapso quinquennio, admittendam esse, etiamsi Professio per vim, & metum facta diceretur, atque „ probari vellet, hujusmodi vim, & metum toto „ quinquennii tempore permansisse. Verba Decreti die „ 5. Martii anni 1598. editi, quæ habentur *Decretorum*

,, *Congregationis Concilii Tomo IX. fol.* 55. hæc sunt: ,, *Gregorius XIII. ex Sententia Congregationis Concilii declaravit, eos, qui per vim, & metum se* ,, *Religionem professos prætenderent, nisi intra quinquennium reclamaverint, eo elapso, non esse audiendos,* ,, *tametsi allegarent, vim, & metum semper durasse.* ,, At vero procedentibus temporibus, non sine justis ,, gravibusque causis, ut plane persuasum habemus, ,, inductum fuit, ut admitterentur instantiæ pro *restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii.*

,, De quibus tamen judicium facere ad Apostolicam ,, Sedem semper privative pertinuit, sive ex parte ,, Professi, sive ex parte Religionis instantiæ hujusmodi ,, proponerentur, ac licet ipsa reclamatio ob impedimentum per totum quinquennium perseverans dilata ,, fuisse diceretur. Hoc enim remedium restitutionis ,, in integrum, extraordinarium in jure vocatur, cujus ,, concedendi facultas Judicibus inferioribus competere ,, nequit, non obstante quacumque contraria consuetudine etiam immemorabili, aut quolibet asserto ,, privilegio; ut patet ex compluribus in eamdem ,, Sententiam Decretis ejusdem Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, quæ recensita fuerunt ,, in Decreto edito die 24. Septembris anni 1740. in ,, causa *Sicula restitutionis in integrum*, quod a nobismetipsis die 28. ejusdem mensis, & anni approbatum, & confirmatum fuit, quodque iterum præsentium tenore approbamus, & confirmamus, reservato Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus jure concedendi Ordinariis, & Superioribus ,, localibus in quibusdam peculiaribus casibus facultatem examinandi etiam causas restitutionis in integrum, ac super ipsis pronuntiandi antequam ad ,, Sententiam ferendam super Professionis validitate, ,, aut nullitate deveniant; ut non semel ex Apostolicæ Sedis dispensatione factum fuisse non ignoramus.

,, Hujus autem judicii methodus diversa quondam ,, fuit ab ea, quæ in præsenti observatur. Antiquis ,, enim temporibus, visa probabili ratione, seu fumo, ,, ut ajunt, causarum restitutionis in integrum, ea ,, ab Apostolica Sede concedebatur, nimirum facultas ,, indulgebatur reclamantibus adversus Professionem, ,, ut licet elapsum esset quinquennium, nihilominus ,, de illius nullitate coram Judicibus competentibus ,, actionem promovere possent; pro cujus judicii instructione deinceps a Superiore Regulari, & ab ,, Ordinario loci legitimus conficiebatur processus, ,, atque Sententia super validitate, aut nullitate ,, ferebatur. Quæ sane methodus, si hoc etiam tempore in usu esset, oporteret Nos eorum præcipue, quæ ad hujusmodi judicium consequentia ,, sunt, rationem habere; ac providere, ne unius ,, tantum Scientiæ vigore Professiones Regulares ,, dissolverentur. Sed alius hodierno tempore est ,, ordo, qui in præfatis Congregationibus, seu Tribunalibus pro concedenda restitutione in integrum ,, adversus lapsum quinquennii observatur: nam ,, priusquam super eo quidquam decernatur; committitur Ordinario loci, & Superiori Regulari ut ,, processum conficiant; eoque demum transmisso, ,, proponitur dubium super concessione restitutionis ,, in integrum, idque non minus accurate, ac ,, severe examinatur, ac si dubium propositum esset ,, super ipsa validitate, aut nullitate Professionis. Si autem petita in integrum restitutio concedatur, tunc Ordinario, & Superiori locali committatur, ut Sententiam proferant super controversa Professionis validitate. Sed quamvis in ,, hujusmodi commissionibus plena ipsis relinquatur ,, facultas judicandi sive pro validitate, sive ,, pro nullitate Professionis, prout ipsis justum ,, visum fuerit; usu tamen compertum est, ,, quod, quum iidem satis noverint quam diligenti, ,, & gravi judicio apud Sedem Apostolicam discussæ ,, fuerint causæ, propter quas restitutio in integrum ,, concessa fuit, viso dumtaxat hujusmodi concessionis rescripto, nec ulteriori instituto examine, ad ferendam pro nullitate Professionis Sententiam ut plurimum sine dubitatione procedunt.

,, Accuratum hujusmodi examen causarum restitutionis in integrum apud Romanæ Curiæ Judices in ,, more positum, non modo non immutare intendimus, verum etiam approbatione nostra singulis, ad ,, quos pertinet, magnopere commendatum ab ipsis ,, in posterum observari volumus, ac jubemus; hoc ,, tamen addito, ut in commissionibus, quæ diriguntur ,, Superioribus Regularibus, & Ordinariis locorum ,, pro conficiendis processibus, iisdem sub pœna ,, nullitatis actuum injungatur, ut in omnibus procedere debeant cum interventu Defensoris Professionis; ad quem nimirum pertinebit interrogatoria dare, juxta quæ examinari debebunt testes, ,, aliaque ad officium sibi impositum pertinentia diligentissime præstare. Item volumus, ut in ipsa ,, propositione dubii super concessione restitutionis ,, in integrum, tam in præfatis Cardinalium Congregationibus Concilii Tridentini interpretationi, & ,, Episcoporum, ac Regularium consultationibus præpositis, quam in Auditorio Rotæ, aut in quacumque Congregatione peculiariter forsan deputata, sub simili nullitatis pœna, Defensor Professionis, ab eo, qui Tribunalis caput est deputatus, expensis eorum, de quibus supra, semper ,, & in omnibus actibus in judicio stare debeat; neque solum in prima hujusmodi dubii propositione, ,, sed etiam in ulterioribus, quatenus reclamans in ,, prima rejectus ad novam audientiam admittatur. ,, Denique, ut pro fruendo beneficio restitutionis in ,, integrum unica favorabilis resolutio nequaquam sufficiat, nisi ea per secundam conformem, iterato ,, causæ examine, auditeque semper Defensore Professionis confirmata fuerit; quemadmodum in altera Constitutione Nostra præsentis initio allegata, de causis super nullitate matrimonii constituimus: Nos enim præsentium tenore decernimus, ,, ac sub pœnis adversus Apostatas sanciris destricte ,, prohibemus, ne quis sub clypeo unicæ resolutionis pro concessione restitutionis in integrum obtentæ, e Religionis Claustris migrare, multoque ,, minus habitum Regularem deponere audeat, seu ,, præsumat: quum ad prædictas pœnas declinandas ,, & altera resolutio sub restitutione in integrum ,, priori consentanea, & Sententia super nullitate ,, Professionis a Superiore Regulari, & ab Ordinario ferenda expectari omnino debeant; nec nisi ,, per hujusmodi Sententiam a prædictis Judicibus, ,, prævius duabus resolutionibus pro concessione restitutionis in integrum legitime latam, judicium ,, absolutum censeri queat.

,, Quæ omnia si ita observabuntur, ut a Nobis ,, constituta sunt, utque omnibus ad quos pertinet, ,, ac pertinebit in posterum, sedulo observanda, & ,, implenda a Nobis præscribuntur, & enixe inculcantur; profecto non dubitamus, quin multo rariores in posterum futuræ sint instantiæ, & contentiones eorum, qui vel intra quinquennium a die ,, Professionis emissæ, vel etiam eo elapso, susceptum Religiosæ vitæ institutum relinquere adnitantur. Ad hoc autem certius obtinendum magnopere conferret, si a Superioribus quoque Regularium Ordinum in Novitiorum admissionibus ea observabuntur, quæ & in eorum Constitutionibus, ,, & in Decretis fel. record. Clementis Papæ VIII. ,, Prædecessoris Nostri statuta sunt, quæque omnia ,, ab ipsis plenissime observari, & impleri Nos pariter

„ ter ipsis præcipimus, ac jubemus; tum etiam si „ ipsi minus facile consensum suum præbebunt, ut „ admittantur ad Professionem Tyrones, sive qui ætatem quidem a Concilio præscriptam compleverint, at non ad eam pertingerint, quæ a Constitutionibus Ordinis statuta est; sive illi, qui licet annum novitiatus expleverint ad normam Concilii, adhuc tamen ulterius in eo manere deberent juxta præscriptum suarum peculiarium Constitutionum; multoque magis ii, qui nec per integrum annum, sed per octo, aut sex menses dumtaxat tyrocinium posuerunt: ac demum si ipsi Superiores haud se interponent, neque curabunt, ut Professi ante legitimam ætatem ad Ordines Sacros promoveantur. Quæcumque enim, sive in Sacris Canonibus, aut Pontificiis Constitutionibus, sive in peculiaribus Ordinum Statutis, circa præmissa provide constituta sunt, non parum habent momenti ad religiosam vocationem in hominum cordibus stabiliendam, & ad cohibendam versatilem animorum mobilitatem, quæ ut plurimum aut sola, aut potissima causa est, qua Professi adducuntur, ut vota, quibus obstricti sunt, irrita declarari cupiant. Neque vero Apostolica Sedes ullas umquam dispensationes in præmissis concedere consuevit, nisi prævio assensu, aut etiam accedentibus precibus Superiorum Regularium, quibus nempe æquum, & necessarium est fidem adhiberi in expositione causarum, quas urgeri afferunt pro concedendis dispensationibus, quæ petuntur. Illud autem nullo modo ferri, aut probari potest, quod tamen apud plerosque invaluisse constat, ut scilicet reclamantibus adversus Professionem sive intra quinquennium, sive post ejus decursum, Superiores ipsi contradictores sese non exhibeant, aut etiam aperte suffragentur; ex falsa nimirum opinione, quod Religiosorum virorum societate indignus censendus sit quicumque ab ea discedere exoptat; quodque ex inutili Monacho utilis fortasse Clericus Sæcularis existere possit. Numquam enim licitum est justitiam deserere aut prodere, quæ jubet omni ratione sustineri actum adeo solemnem, & natura sua irrevocabilem, in quo perficiendo, una cum Professo, ipsa quoque Religio intervenit.

„ Ad prædictum finem præterea quam maxime proderit, si & Ecclesiastici Præsules, & Judices debitas Officii sui partes explere non prætermittent. Ecclesiarum quidem Præsules, si anathemati subjectos declarabunt omnes, & singulos cujuscumque qualitatis, conditionis, & dignitatis fuerint, qui Virgines, aut Viduas, seu alias quascumque mulieres invitas, præterquam in casibus in jure expressis, coegerint ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque Religionis, vel ad emittendam Professionem; juxta Sanctionem Sacræ Tridentinæ Synodi *sess.* xxv. *c.* xviii. *de Regul.* ubi etiam pares censuræ statuuntur adversus eos, qui in hujusmodi factis consilium, auxilium, vel favorem dederint; ac si omnes similiter, quotquot ausi fuerint compellere viros ad ingrediendam Religionem, & ad vota profitenda, justis, gravibusque pœnis afficient. Judices vero, si falso ante omnia deposito præjudicio, quo nonnulli arbitrantur latissimam viam, quoad fieri potest, aperiendam esse iis, qui inde migrare cupiunt, ubi invito animo commorantur, ad exactam justitiæ lancem expendent, & numerum, & qualitatem testium, qui ad comprobandam nullitatem Professionis inducuntur, & vim majorem a minori, metum gravem a levi, debilem a constantiori sexu, interclusam a permissa reclamandi facultate discernent, aliasque omnes circumstantias sedulo animadvertent, quæ in hoc toto rerum genere ab Auctoribus considerari solent.

„ Itaque prædictis omnibus, & singulis gravissime denuntiamus, districteque præcipimus, ut in cunctis quæ ad eorum officia pertinent a justitiæ tramite, & a præscriptis sibi legibus ne minimum quidem discedant: ac meminerint omnium, quæcumque gesserint, severissimam sibi rationem tum apud Divinum Judicem, tum apud homines reddendam fore. Nos vero, si Deo placuerit valetudinem Nobis cum vita servare, non parum operæ conferre intendimus, quo planius, atque facilius de causis hujus generis ab ipsis in posterum judicari valeat. Siquidem Nobis propositum est cum consilio dilectorum virorum in Theologica, & Canonica facultate præstantium nonnullas quæstiones accurate examinare, ac dirimere, quæ variis Scriptorum opinionibus jactatæ, & varias species induentes, juxta diversas occurrentium casuum circumstantias ancipites, atque sollicitos detinere solent judicantium animos, ut Nobismetipsis in minoribus olim constitutis non semel evenisse meminimus, quum pro munere Secretarii præfatæ Congregationis Cardinalium Conc. Trid. Interpretum hujusmodi causas ad regulam juris exigendas præ manibus haberemus. Ejusmodi sunt exempli causa quæstiones: Utrum Professio, quamvis initio nulla fuerit, per subsequentes tamen actus convalidetur; quinam sint actus ex quibus hujusmodi convalidatio, seu ratificatio inducatur, & quid momenti habeat ad hunc effectum susceptio Sacrorum Ordinum *ad titulum Religiosæ paupertatis*. Præterea si quis forte ante legitimam ætatem ignorans Professionem emiserit, & in ea ignorantia per plures annos in Religione permanserit, seque valide Professum existimans, ea omnia, quæ Professorum sunt una cum sociis præstiterit, an hic deinde intelligens qua ætate vota emiserit, non obstantibus actibus veri Professi a se gestis, adhuc præfatæ ignorantiæ præsidio actionem habeat ad reclamandum adversus Professionem a se factam; an vero talis ignorantia nihil eidem suffragetur, quo minus Professionem initio nullam per subsequentes actus ratam habuisse censeatur. Item, an Professus, qui in Professionis actu impedimentum aliquod, sive defectum occultavit, de quo interrogatus fuit, addita declaratione ad formam Constitutionum, quod scilicet Religio ipsum cum hujusmodi defectu, aut impedimento forsan occultato admittere non intendebat: an, inquam, talis Professus, qui Religioni dolum struxit, ejusmodi commodum ex propria fraude desumere possit, ut validitatem suæ Professionis ex eo capite impugnare valeat. Denique, an ullam vim habere debeat in foro externo ad suadendam Judici nullitatem Professionis, quod reclamantes Professi asserere sæpe non dubitant, se in proferendis Religiosis votis, mentem servasse alienam a proposito se obligandi. Hæc omnia aliaque similia in hujusmodi judiciis frequenter occurrentia, & in utramque partem hactenus disputata, tum Nostro, tum aliorum, quos, ut supra diximus, in consilium advocaturi sumus, diligenti studio, Deo adjuvante explanare deliberavimus.

„ Interim præsentes litteras, cum omnibus, & singulis in ipsis decretis, atque statutis firmas, validas, & efficaces existere, ac perpetuo fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari volumus, & decernimus. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, prædictasque S. R. E. Cardinalium Congregat o-

„ nes generales, & particulares, aliosque ejusdem „ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, „ & S. Sedis Nuncios, aliosve quoslibet, quacumque præeminentia, auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & definiri debere, ac nullum, irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

„ Non obstantibus tam causarum forsan ad hunc diem introductarum pendentia, quas quidem causas, in quibuscumque statibus, & terminis de præsenti reperiantur, juxta superius præscripta omnino tractari, judicari, & definiri debere expresse decernimus; quam Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Decretis quoque, & resolutionibus a præfatis Cardinalium Congregationibus, sive ab Auditorio Rotæ prædicto, aut aliis quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus alias forsan, & aliter factis, conditis, & emanatis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, Privilegiis, Exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore Juris clausis, aut litteris Apostolicis, quibusvis, Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis etiam Societatis Jesu, & S. Jo. Jerosolymitani, aliisve quibuslibet specifica, & individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam Clausulis, & Decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus in genere vel in specie, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exactissime servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & ad præmissorum effectum plenissime, & amplissime motu pari derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

„ Volumus insuper, & eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eædem præsentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eisignorantiam prætendere valeat, ipsas præsentes, seu earum transumpta, ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis Innocentianæ in Monte Citatorio. & in Acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, & affigi; sicque publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

„ Utque earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud locorum „ habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, voluntatis, mandatorum, statutorum, decretorum, & declarationum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1748. quarto nonas Martii Pontificatus Nostri anno octavo.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, Indictione undecima, die vero 17. Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. BENEDICTI, Divina Providentia Papæ XIV. anno octavo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Romolatium Apostol. Curs.

Horatius Mugnaini Mag. Curs.

L V.

Ad Patres Generales Ordinum Regularium, quibus a Sancta Sede indulta est, aut indulgebitur facultas Pontificiam Benedictionem effundendi super Populum statis diebus, super modo, & ritu, quibus prædicta Benedictio danda est.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ Exemplis Prædecessorum Nostrorum adducti, nonnullis Familiis Regularium permisimus, ut Fideles, qui statis anni diebus ipsarum Ecclesias inviserent, & indictis pietatis operibus satisfacerent, Indulgentiam plenariam consequerentur, utque Monasterii Præses, vel alius Sacerdos a Patre Provinciali designandus, Populo tunc temporis congregato, Summi Pontificis nomine, Benedictionem impertiret.

„ Nullus unquam ritus ad hanc rem peragendam perscriptus fuit; quæ quidem extra Urbem solum contingit, cum Pontifex ipse Romæ Benedictionem Populo elargiatur: etenim is Ritus, qui Urbani V I I I. Prædecessoris Nostri auctoritate probatus asseritur, & qui post editos nonnullos Romanos Rituales typis impressus fuit, ad eam Benedictionem, de qua verba facimus, minime pertinet; sed illam complectitur, quæ, non pluries, non semel quolibet anno, sed aliqua urgente legitima causa Populis, & agris tribui consuevit, &

„ pro

„ pro qua certus Delegatus Apostolicus semper constituitur, qui Brevi Apostolico munitus, potestatem obtinet, non solum benedicendi Populo, sed illum quoque dissolvendi ab omni vinculo Excommunicationis, Suspensionis, Interdicti, & a cæteris Ecclesiasticis Censuris, ac pœnis, si quas forte Populus imprudens, atque ignarus contraxerit, etiamsi illæ in Bulla *in Cœna Domini* contineantur.

„ Cum hæc ita sint, tamen deprehendimus, quemdam Ritum temere, & inconsulto excogitatum esse pro supradicta prima Benedictione Pontificia invocativa, quæ, aut pluries, aut semel datur quolibet anno. Quippe simplex Sacerdos in medio Altaris collocatus, Ministris circumadstantibus, & sacris indumentis ornatis, trinam Benedictionem Populo impertit, & alia plura gerit, quæ enumerare hoc loco supervacaneum existimamus.

Equidem *Benedictio super Populum* solemnis est, eamque in quacumque Orbis terræ parte Romanus Pontifex elargiri potest, Episcopus autem in sua Diœcesi locis ipsius etiam exemptis, Archiepiscopus in sua Provincia, & locis ejus exemptis eamdem exercere valet potestatem. Id constat Decreto Clementis V. in Viennensi Concilio, quod *in Clementina Archiepiscopo*, *de Privilegiis*, recensetur. Porro Abbatibus ejusdem Benedictionis super Populum tribuendæ facultas conceditur in Ecclesiis, quæ ipsis plene subjiciuntur, modo tamen Apostolicum Privilegium ad id necessarium obtinuerint: quo sane uti nequeunt, nisi postquam Sacrum solemne, aut Vesperas in Ecclesia peregeriot; Nam Populo in via passim occurrenti benedicere ipsis non licet, nisi id clare in eodem Privilegio declaretur, uti respondit Alexander IV. *in Cap. Abbates*, *de Privilegiis*, *in sexto*.

„ Simplex ergo Sacerdos nequit Benedictionem super Populum elargiri, juxta *can. ministrare 26. quæst. 6.* Benedictionem quoque super Populum in Ecclesia fundere, Presbytero penitus non licebit: quod tamen eidem Sacerdoti modo permittitur, postquam Divinum Missæ Sacrificium absolvit. Dictum est, modo permitti: si etenim sacram antiquitatem inquiramus, neque id Presbytero licitum olim fuisse cognoscemus, uti Nos ipsi certis documentis ostendimus *in nostro Tractatu de Sacrificio Missæ sect. 1. n. 382.* qui primo Bononiæ anno 1740. typis editus fuit, ac *sect. 2. n. 301.* in eodem tractatu, qui deinde latine redditus publicam lucem iterum adspexit Patavii anno 1745. Etsi siquidem in usu semper fuerit, ut, re Divina peracta, populus ab Ecclesia Benedictione dimitteretur, quemadmodum *in Can. Missas*, *de consecratione dist.* 4. continetur; id tamen, non a Sacerdote celebrante, sed vel ab Episcopo, si præsens aderat, vel, si aberat, ab Archipresbytero ejus jussu præstabatur, quo sensu explicatur Decretalis *in Cap. Officium*, *de Officio Archipresbyteri*, ubi inter Archipresbyteralia munera recensetur *Benedictiones Presbyterales in Ecclesia dare*; prout animadvertit Gonzales *in idem Cap. Officium*, *n.* 2. idemque antea plane comprobaverat Saussay *in Panoplia Sacerdotali pag.* 558.

„ Quibus omnibus subsequens plurium sæculorum contraria prævaluit Disciplina, quæ Sacerdoti celebranti potestatem fecit Benedictionem super populum in fine Missæ effundendi ob eam potissimum causam, quam Bellotus recenset *in Ritui Laudunensis Ecclesiæ p. 3. pag. 136. n. 9.* -- *At, cum Benedictio ad Missæ perfectionem pertineat hodie, sine qua fas non est ab incepto Sacro recedere, nec jure queat populus ante Benedictionem ipsam egredi ex præcitata Agathensi Synodo, quatenus integræ Missæ non interesset quisquis præmature recederet: Sequitur, facultatem cuilibet celebranti concessam esse, privatam illam Benedictionem ad finem Missæ populo ubique locorum impertire.* Idem inter Morales scriptores commemorat Quartus *ad Rubricas Missalis pag. 386. in dubiis conscientiæ.*

„ *In Can. Ecce ego dist.* 95. hæc leguntur: *Nemo hinc Episcoporum invidia diabolicæ tentationis inflatus irascatur in Templo, si Presbyteri interdum exhortentur plebem, si in Ecclesiis prædicent, si plebibus, ut scriptum est, benedicant.* Si Glossæ fidem præstemus, illud *benedicere* declarat Benedictionem, quæ populo traditur a Sacerdote, qui rem Divinam perficit, nempe post ea verba: *Ite Missa est*: quam sane interpretationem Nos minime respuimus, cum certum habeamus, eumdem textum Sancto Hieronymo non esse tribuendum, quod nonnulli falso putaverunt, quos merito redarguit Theophilus Raynaudus *Operum tom. 16. pag.* 211. sed incerto Auctori, qui inter vivos fortasse tunc agebat, cum Benedictio in fine Missæ inter Benedictiones Presbyterales jam haberetur, ususque invaluisset, ut Sacerdos peracto Missæ Sacrificio populum Benedictione *jure suo* dimittat, sive absit, sive intersit Episcopus: ea tamen statuta lege, ut, si intersit, & in sua sit Diœcesi, ad eum prius se convertat, eique caput inclinet, veluti facultatem populo benedicendi postulans; quod ab eodem Sacerdote permittitur, si Episcopus Missæ intersit, sed extra suam Diœcesim versetur, prout desumitur ex Rubricis Missalis, *tit. de Benedictione in fine Missæ, & Evangelio Sancti Joannis.*

„ Cum jam perspectum sit, quo tempore, & loco simplex Sacerdos populo possit *jure suo* benedicere, necessario consequitur, nullam aliam Benedictionem super populum ab ipso impertiri licite, nisi *jure delegato*. Hujus naturæ est Benedictio, de qua nunc agimus, quæ per delegationem Apostolicam cum unice concedatur, Nostrum est omnino ritum perscribere, quem inferius pro norma imposterum servanda subjicimus, quo sane uti volumus, ac decernimus eos Ordines Regulares, sive Mendicantes, sive non Mendicantes, Monasticos, vel Clericorum Regularium, quibus Nos ipsi, vel Prædecessores Nostri, vel futuri Romani Pontifices facultatem tribuendi populis Benedictionem permiserint.

„ Admoneatur itaque populus de Indulgentia a Sede Apostolica concessa, de præceptis operibus, pro ea lucrifacienda, de die quo visitanda est Ecclesia, de hora denique qua datur Pontificia Benedictio; & admonitio hæc fieri possit, quatenus opus sit, etiam Schedis impressis, & consuetis locis palam affixis: licet etenim id a Prædecessore Nostro Clemente Papa VIII. fuerit vetitum Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Fratribus Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis pariter Captivorum in communicatione Indulgentiarum, & Orationum, uti habetur in ejus Constitutione, quæ incipit: *Cum ad uberes* §. 5., & in alia Constitutione *Decet Romanum Pontificem* §. 6. visum tamen Nobis est, id esse hypothesi inapplicabile; cum cæteris prætermissis, prædicta communicatio certum genus personarum, quosdam videlicet ut plurimum Confratres, non autem populum universum, ut Indulgentia, & Benedictio, de quibus agitur, complectatur.

„ Postquam statutis die, & hora populus ad Ecclesiam convenerit, alta voce legantur Apostolicæ „ Litteræ, seu Decreta, quibus Indulgentia conceditur una cum potestate Benedictionem Apostolicam super populum effundendi, ut de delegatione audientibus constet; & concessio ex Latino sermone in vulgarem accomodatum ad populi intelligentiam conversa pronuncietur: populus ad suorum scelerum detestationem pro, brevique sermone excitetur, post quæ Sacerdos, nullis circumadstantibus Ministris, Stola, & Superpelliceo indutus (ut in Rituali Romano præscribitur, cum agitur de Benedictionibus, quæ extra Missam Presbyteris permittuntur) ante Altare genuflexus, sequentibus verbis Dei opem imploret:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Et benedic hæreditati tuæ.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Deinde stans, sequentem recitet Orationem.

OREMUS.

„ Omnipotens, & misericors Deus da nobis auxilium de Sancto, & vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis, tuamque Benedictionem præstolantis, & gratiam, clementer exaudi: Dexteram tuam super eum benignus extende, ac plenitudinem Divinæ Benedictionis effunde: qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem, & vitam consequatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

„ Post quam ad cornu Epistolæ accedat, ut in Actis Ecclesiæ Mediolanensis par. 4. -- *Benedicet in Ecclesia ad Altare, stans in cornu Epistolæ:* & stans in cornu Epistolæ, non trina, hoc est triplici Signo Crucis, sed una Benedictione unico videlicet Signo Crucis, benedicat proferens alta voce hæc verba:

Benedicat vos Omnipotens Deus ✠ Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

„ Trina siquidem Benedictio Episcopo competit, non Sacerdoti: cumque nonnulli in fine Missæ trinam usurpare cœpissent, consuetudo Clementis VIII. actoritate sublata est, quemadmodum ostendit Pater Meratus hac mortali vita nuper defunctus *tom.* 1. *pag.* 243. Id Nos etiam advertimus *in Nostro Tractatu de Sacrificio Missæ sect.* 1. *locis supra indicatis*. In Rubrica quoque Missalis hæc habentur: *In Missa solemni celebrans eadem voce, & modo, quo in Missis privatis, semel tantum benedicit populo*. Insuper Cæremoniale Episcoporum trinam Benedictionem ipsi solum tribuendam decernit, quod eadem Missalis Rubrica confirmatur: *Episcopus autem ter benedicit populo etiam in Missis privatis, ut in Cæremoniali habetur*. Postremo Alexander VII. Decreto, quod die 27. Septembris 1659. edidit, tempora indicit, ac recenset, quibus Abbates usu Pontificalium prædit, ritu solemni celebrantes, trinam Benedictionem impertire possunt: quod iisdem penitus interdicitur, cum rem Divinam privatim conficiunt; quod Nos ipsi indicavimus nostra Institutione 14. §. 4. *num.* 19. *tom.* 2. si Bononiensis editionis ratio habeatur, quæ peracta fuit *anno* 1735. sin autem easdem Institutiones in Latinam linguam conversas, & Romæ impressas *anno* 1747. quis inspiciat, idem prorsus deprehendet *Instit.* 34. §. 4. *in fine pag.* 174. Quo circa non sine animi nostri voluptate Epistolam legimus encyclicam Patris Generalis Cœnobitarum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quibus in nostris Apostolicis Literis potestas facta est dandi in certis anni Festivitatibus Pontificiam Benedictionem, in qua eosdem admonet, ut populo benedicant unico Signo Crucis, more Sacerdotali; quod ipsum si ab aliis etiam factum esset, querelæ ad Nos delatæ non fuissent de usurpatis honoribus Episcopalibus.

„ Hac itaque Epistola encyclica ritum statuimus, ac declaramus, quo Benedictio Papalis inposterum tribuetur, eumque notum facimus Ordinum Regularium Præsidibus, ut ipsum Regularibus sibi subjectis observandum indicent. Equidem Alexander VII. Prædecessor noster usum Pontificalium Abbatibus, quibus id privilegio convenit, accurate perscribens, Ordinariis locorum facultatem concedit, ut si quid contrarium Abbates committerent, ipsi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati rem cognoscerent, & censuris etiam, si opus esset, omnem insolentiam compescerent. At Nos aliam viam suscipiendam ducimus, præcipientes, ut de illis Regularibus, qui perscriptum a Nobis antea Benedictionis ritum violaverint, Nos statim certiores efficiant: tunc enim neque infensos invicem Episcopos, & Regulares reddemus, nec populis beneficium Papalis Benedictionis denegabimus; sed facultatem ejusdem Benedictionis tribuendæ parere recusantibus auferemus, eamque largiemur aliis, qui jussa nostra facere non detractabunt, qua in re futuros etiam Romanos Pontifices magnopere hortamur, ut idem exemplum sequantur. Postremo tibi, & universo tuo Ordini Benedictionem Apostolicam impertimur.

„ Datum Romæ apud Sactam Mariam Majorem die XIX. Martii MDCCXLVIII. Pontificatus nostri Anno octavo.

LVI.

SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

CONSTITUTIO

Super designatione Confessariorum extraordinariorum pro Monialibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

„ Pastoralis curiæ Nobis impositæ munus hanc, inter alias, solicitudinem a Nobis postulat, ut pupillorum animis in afflictione, & angustia constitutis opportuna solatia, ac remedia afferre non negligamus, quorum ope interiorem conscientiæ tranquillitatem recuperare, aut conservare valeant, sine qua impossibile est debitam Omnipotenti Deo servitutem alacri, & prompta affectione exhibere. Hujusmodi angoribus, & afflictionibus confici passim constat Religiosas Mulieres in Claustris degentes, quibus, certus & unicus Sacramenti Pœnitentiæ Minister a Monasterii Prælato ad tres, ut minimum, annos designari solet, cui, si aliquando, præ pudore, vel alia quapiam de causa, non omnes conscientiæ suæ recessus aperire audeant, atque ideo confessionis integritati detrahere incipiant, in barathrum perditionis æternæ se ipsas misere conjiciunt. Quod sane haud

„ raro

,, raro evenire, satis Nobis exploratum, atque compertum est, tum ex iis, quæ in Apostolicæ Pœnitentiariæ Officio tractari vidimus, dum olim in minoribus constituti plurium annorum spatio munus Doctoris in Decretis in eodem Officio sustinuimus; tum etiam ex iis, quæ in Episcopalis Anconitanæ primum, deinde in Metropolitanæ Bononiensis Ecclesiæ regimine frequenti usu cognovimus; tum demum ex his quæ sæpius ad nos in Petri Cathedra Octavum jam annum Dei miseratione residentes deferri contingit, sive ex parte diversarum hujusmodi Monialium, quæ animarum suarum angustias paternis oculis Nostris identidem subjicere coguntur, sive ex parte Vener. Fratr. Nostrorum Ecclesiarum Antistitum, qui Nobis earumdem Monialium in suis Diœcesibus existentium calamitates, ex præallegata causa ortas, aut viva voce, aut per litteras non semel repræsentarunt, ac super ea re Apostolicæ providentiæ opem postularunt. Hinc est, quod Nos earum specialibus indigentiis per hanc Nostram perpetuo valituram Constitutionem opportune prospicere volentes; non quidem intendimus consultissimam illam, & veteris disciplinæ auctoritate roboratam legem tollere, aut abrogare, qua generaliter statutum esse dignoscitur, ut pro singulis Monialium Monasteriis unus dumtaxat Confessarius deputetur, qui Sacramentales Confessiones universæ earum Communitatis excipiat, neque liceat unicuique Moniali peculiarem Confessarium pro libito sibi deligere; sed hoc dumtaxat Nobis propositum est constituere, ut si quando generalis hujusmodi legis rigor in peculiaribus casibus, non sine animarum detrimento, aut periculo servari posse videatur, in promptu sit opportunæ dispensationis, & indulgentiæ remedia occurrentibus necessitatibus admovere.

,, Sane jamdudum S. Thomas Aquinas Scholarum Princeps, Ecclesiæque Doctor, *in Supplemento tertiæ partis, q. 8. art. iv. ad sextum*, sive *in quartum Sententiarum*, ex quo commentario desumptum est hujusmodi *Supplementum*, hoc Superioribus monitum dedit, & subditis suis, quibus certum, & unicum Confessarium designare solent, haud difficulter licentiam concedant confitendi peccata sua alteri Sacerdoti; propterea quod multi infirmi, & imbecilles animo reperiuntur, qui potius eligerent sine Sacramentali expiatione ex hac vita migrare, quam ipsa peccata certo alicui Sacerdoti a Superiore designato aperire. Jam vero Sacrosancti Conc. Trid. Patres hanc legem districte sanxerunt, *sess. xxv. c. 10. de Regul.* ut Episcopi, aliique Monasteriorum Prælati subjectis sibi Monialibus Confessarium extraordinarium duabus, aut tribus vicibus in singulos annos exhibere debeant, per hæc verba; *Præter ordinarium autem Confessorem alius extraordinarius ab Episcopo, aut aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat*. Quod quidem non alia de causa præscriptum fuit, quam quia satis constabat, nonnullas aliquando Moniales esse, quæ nulla ratione adduci possunt, ut aliquod peccatum suum ordinario Confessario confiteantur; adeo ut necesse omnino sit alterius Confessarii copiam ipsis suppetere, ut apud hunc de peccatis suis integre, rite, atque utiliter confiteri possint. Id ipsum probe animadvertit Magnus Ecclesiæ Dei Sacerdos S. Carolus Borromæus, qui prædicti Conc. Trid. absolutionem ope sua plurimum juvit, ejusque executionem, & observantiam in sua Mediolanensi Civitate, & Provincia non sine immensis laboribus, & curis invexit; is enim hac de re decrevit: *Præterea Superiores ex Decreto Sacri Tridentini Concilii quot annis idoneum Confessorem extraordinarium Monialibus sibi subjectis exhibeant, qui curent, ut universæ confiteantur, ut quæ hujusmodi indigent medicina propter aliquem occultum animæ morbum, neque ipsæ eam postulare, aut accipere ab usitato Confessore unquam auderent, liberius mederi suis malis possint, ac Diaboli laqueos evadere, una cum reliquis Confessario novo sua peccata confitendo*, uti legere est *in Actis Ecclesiæ Mediolanen. impr. anno* 1599. *pag.* 53. *in editione autem Lugdunensi Tom. I. pag.* 46.

,, Porro quicumque Conciliaris Decreti sensus penitus introspexerit, non modo salutatem illius providentiam facile agnoscet, sed & circumspectam ejusdem æquitatem mirari debebit. Superioribus enim tantummodo injungitur, ut duabus, tribusve vicibus infra annum Confessarium extraordinarium Monialibus exhibeant, *bis, aut ter in anno offeratur*. Hujusmodi autem Confessarius jubetur earum omnium Confessiones excipere quotquot eidem confiteri velint: *Qui omnium Confessiones audire debeat*. Neque tamen omnibus, & singulis Monialibus præcipitur, ut peccata sua extraordinario Sacerdoti confiteantur. Nihil aliud enim requiritur ab omnibus in Monasterio, tam scilicet a Superiorissa, ceterisque Monialibus Professis, atque Novitiis, quam a Sæcularibus, quæ vel educationis causa, vel alio titulo in eodem Monasterio cum debitis facultatibus commorantur, nisi ut extraordinario Confessario singulæ se sistant sive ad Sacramentalem Confessionem apud ipsum, si placuerit, peragendam, sive ad salutaria monita, etiam extra Sacramentalem Confessionem ab ipso accipienda. Atque ita prudentissime consultum est, ne si Moniales aliquæ extraordinarium Confessarium adirent, aliæ autem coram ipso non comparerent, suspiciones, atque oblocutiones excitarentur, & illæ quidem censerentur necessarias habuisse causas, ob quas ad extraordinarii opem confugere coactæ essent; aliæ vero ab hujusmodi necessitatibus, & causis immunes judicarentur. Quam agendi rationem communi Doctorum calculo comprobatam san.mem. Prædecessor Noster Clemens Papa XI. Edicto suo (quod est XV. *in secunda parte ipsius Bullarii*) inviolabiliter servari mandavit, eamdem omnium Diœcesum consuetudo recepit. Nec aliud Nobis hac in re addendum superest, nisi ut Vener. Fratres Nostros Ecclesiarum Antistites enixe hortemur, ut quamvis Tridentina Synodus de solis Claustralibus Monialibus in præmisso Decreto loquatur; nihilominus eamdem disciplinæ formam observent tam cum aliis Monialibus, quæ licet Clausuræ legibus minime astrictæ sint, in communitate tamen vivunt, quam cum aliarum quarumcumque Mulierum, aut Puellarum Cœtibus, seu Conservatoriis, quoties tam illæ, quam istæ, unicum Ordinarium Pœnitentiæ Ministrum a Superioribus designatum habeant. Quæcumque enim circa Moniales in rigorosa Clausura viventes cavenda sunt, eadem in aliis quibuscumque Mulieribus, sive Regularibus, sive Sæcularibus in Communitate, aut Collegio degentibus, locum habere possunt, ideoque pari providentia, iisdem remediis arceri, aut emendari debent. Et nos quidem, quum hanc consuetudinem offerendi Confessarios extraordinarios bis, aut ter in anno singulis tam Monialium non Claustralium Communitatibus, quam piis aliarum Puellarum, & Mulierum Cœtibus, & Communitatibus in Nostra Civitate, & Diœcesi Bononiensi induxerimus (qua de re extat edictum Nostrum n. 56. inter Pastorales Institutiones Italico primum sermone a Nobis vulgatas, dein-

" *Congr. p. 66. a tergo*, hæc sunt: *Monialis per aliquod tempus noluit confiteri Confessariis Regularibus. Dubitatum fuit, an Episcopus Regiensis possit dare dictæ Moniali Confessorem alterius Ordinis Regularem, vel Secularem, cui illa semel, vel pluries confiteatur peccata sua, & a quo absolvi possit. Sanctissimus Dominus Noster, etiam ex Sententia Congregationis Concilii, declaravit, dictum caput decimum ita esse intelligendum, ut etiam possit Episcopus concedere Confessarium alterius Ordinis, vel secularem*. Præterea nihil obstat quominus ipsa Monialis recursum habeat ad Cardinalem majorem Pœnitentiarium, a quo ipsi providendum erit, ut supra dictum est, per deputationem Confessarii ex approbatis ad Moniales, apud quem illa confiteatur.

" Quæsitum denique fuit de Monialibus illis, quæ neque ægrotant, neque recusant Ordinarium Pœnitentiæ ministrum a Monasterii Prælato pro universa Communitate deputatum; verum pro majori animi sui quiete, atque ulteriori in via Dei progressu facultatem petunt confitendi aliquoties Sacerdoti ad excipiendas Monialium Confessiones jam approbato. Qua de re non semel Nobis in minori statu degentibus accidit, ut cum aliquibus Episcopis, aut Regularibus Monialium Superioribus agere debuerimus. Porro in aliquos ex iis incidimus plus nimio severos, qui aspera quadam verborum brevitate respondebant: quod quum Moniali postulanti libera fuisset facultas confitendi extraordinario Sacerdoti, qui universæ Communitati non semel eo anno jam datus fuerat, tunc oportebat eam conscientiæ suæ consuluisse: quod si oblata commoditate uti noluerat, id sibi imputaret, neque pergeret Superiori molestiam afferre, ut peculiarem Confessarium extra ordinem ipsi concederet. Nobis autem objicientibus, Monialem hujusmodi ad Apostolicæ Pœnitentiariæ Officium facile recursum habituram, ibique haud ægre impetraturam id, quod ab ipsis Superioribus ei denegatum fuisset; iterum constanter respondebat, extraordinarium hujusmodi Confessarium post impletam ab ipsis erga universum Monasterium Tridentini Concilii legem, ab alio quidem concedi posse, sed a se nunquam concessum iri.

" At vero neque tunc Nobis arridebat, neque profecto nunc Nobis placet rigida isthæc agendi ratio. Persuasum enim habebamus, adeoque habemus, non solum integræ Communitati, sed singulis etiam Monialibus indulgendum esse in iis rebus, quæ juste, & rationabiliter petuntur, maxime quum illæ ad earum conscientiæ quietem, & securitatem conferre dignoscuntur. Neque sane hujusmodi postulationes, aut temere exaudiri, aut sine causa rejici debere censemus; sed inquirendum in primis esse de qualitatibus tum Monialis, quæ Confessarium extra ordinem petit, tum Confessarii, qui ab ea requiritur; ut utrisque diligenter inspectis, deliberari possit, an illius votis annuendum sit, an non. Si enim Monialis ex una parte nullum det adversæ suspicionis locum, ex altera vero Confessarius non modo legitimam Ordinarii approbationem, sed etiam commune probitatis testimonium pro se habeat, nullo modo probare possumus tam firmum hujusmodi Prælatorum in renuendo propositum; nec intelligimus, cur post Confessarium extraordinarium integræ Communitati juxta legem Concil. Tridentin. oblatum, nulla omnino Monialibus singulis spes relinquatur obtinendi peculiarem Confessarium, cujus consilio, & opera justis fortasse de causis indigere se arbitrentur. Non ita sane hac de re sentiebat sapientissimus ille animarum Rector Sanctus Franciscus Salesius, cujus doctrinæ Summam ex illius operibus, tum editis, tum manuscriptis, collectam bon. mem. Jo: Petrus le Camus Episcopus Bellonensis justo volumine complexus est, cui titulum fecit *Spiritus S. Francisci Salesii*. In hujus compendio, quod ex Gallico in Italicum sermonem conversum Venetiis anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto pro quarta vice typis editum est, Part. Decima Septima, cap. vi. aperte legitur, quod, cum Beatus Episcopus non ita intelligeret præmissum Concil. Tridentin. Decretum, ut vetitum existimaret, Confessarium extraordinarium, pluribus etiam quam tribus vicibus in anno, Religiosæ Communitati offerre, quæ quidem sententia plures habet suffragatores, quos refert *Diana in editione coordinata Tom. VII. tract. 1. resol.* 3 8. non solum solebat suis Monialibus Visitationis Beatæ Mariæ Virginis quater in anno, videlicet in singulis Hebdomadis Quatuor Temporum Confessarium extraordinarium deputare; verum etiam earum respectivæ Superioribus commendatum reliquit, ut singulis Monialibus, quæ non ex animi levitate, neque ex indiscreta affectionis singularitate Confessarium extraordinarium peculiariter peterent, haud se difficiles in eo concedendo præberent. Nec aliter se gerere consuevit ven. mem. Gregorius Cardinalis Barbadicus Episcopus Patavinus. Is enim, ut testatur illius quondam Vicarius Generalis Joannes Clericatus in *Tractat. de Pœnitent. decis. quadragesima prima num. septimo*, & Patrum Tridentinorum Decretum quoad omnia Monialium Monasteria in sua Civitate, & Diœcesi existentia quotannis re ipsa exequebatur, & nihilominus exorari se patiebatur a Monialibus, quæ aliquando rationabilibus de causis peculiarem pro se Confessarium expeterent. Hujusmodi regulis, & exemplis nostram quoque agendi rationem in Spirituali Monialium regimine conformare curavimus; maximumque utilitatis, & quietis fructum nos inde percepisse cognovimus. Quapropter Ven. Fratres Ecclesiarum Antistites, atque Dilectos Filios quarumcumque Religiosarum Mulierum Rectores hortamur in Domino, & enixe monemus, ut eamdem viam, quoad fieri potest, insistere non recusent, & non adeo difficiles se præbeant peculiaribus Monialibus extraordinarium Confessarium aliquando expetentibus. quin potius nisi aut Monialis postulantis, aut Confessarii requisiti qualitas aliter faciendum suadeat, earum justis precibus obsecundare studeant; illud cogitantes, quod etsi liberum sit cuilibet Moniali Cardinalem majorem Pœnitentiarium adire, cui ea in re facultas cumulativa cum omnibus locorum Ordinariis a Romano Pontifice tribuitur; nihilominus ea est aliquando necessitatis urgentia, ut remedium, quod de longinquo petendum est, non satis tempestive adveniat. Et quamvis etiam quorumliber negotiorum expeditiones, quæ in Officio Pœnitentiariæ Apostolicæ fiunt, ab omni vel minima pecuniæ solutione inviolabiliter sint immunes: non omnibus tamen Monialibus facile est invenire, qui earum negotia in Urbe procurare velit, & possit.

Jam vero postrema superest quæstio, nimirum de qualitatibus Confessarii extraordinarii, qui vel pro universa Monialium Communitate, vel pro aliqua Moniali peculiariter deputari debeat. Porro nullo umquam tempore dubitatum fuit, an in hujusmodi Sacerdote ætatis maturitas, morum integritas, prudentiæ lumen requiratur;

quas

,, quas quidem dotes in eo, qui ad hujusmodi munus adhibetur, necessarias esse, omnes fatentur. Sicut etiam minime dubitatur, quin idem ab Ordinario loci specialiter pro Monialibus approbatus esse debeat, quum hujusmodi approbatio ex Apostolicarum Constitutionum lege omnino requiratur non solum in omnibus tam ordinariis, quam extraordinariis Confessariis, qui Monialibus, etiam Regularibus subjectis, ab earum respective Superioribus deputantur: sed etiam in iis, qui a Cardinali majori Pœnitentiario conceduntur etiam Apostolica Sede vacante, quo nimirum tempore amplioribus is pollet facultatibus, ut videre est in Nostra Constitutione super illius facultatibus edita, quæ est 95. in Tom. I. Bullarii Nostri, ubi paragrapho 54. eidem conceditur, ut, vacante Sede, *Monialibus Confessarios extra ordinem valeat deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro earum libitu inter approbatos ab Ordinario ad audiendas Monialium Confessiones eligendos*. Quamobrem ad id dumtaxat redacta est controversia, an scilicet e Clero Sæculari, an vero e Regulari eligendus sit hujusmodi Confessarius: tum inter Regulares an assumi possit ex quolibet alias permisso, an vero semper deputari debeat ex ipso Ordine Prælati Regularis, ad quem Monasterii regimen spectat.

,, Sane pro Monialibus Episcopo immediate subjectis, regula est, ut ordinarius earum Confessor sit Sacerdos Sæcularis; extraordinarium vero ex Ordinibus Regularibus sæpissime assumi apud plerosque Episcopos usu susceptum esse constat; deficiente forsan per singulas Diœceses Presbyterorum ad id muneris idoneorum copia. Regulares autem Prælati Monialibus sibi subjectis Confessarium ordinarium designant, e suo ipsorum Ordine; extraordinarium autem etiam ex alio Ordine Regulari deputare possent juxta Decretum a supradicta Congregatione editum *die 27. Septembris anni millesimi quingentesimi nonagesimi quinti*, ac relatum in *Lib. VIII. Decret. pag. centesima quadragesima nona a tergo*, ubi sic legitur: *Sacra &c. respondit, Superiores Regulares teneri offerre Confessarium extraordinarium ejusdem Ordinis, alterius vero Ordinis posse quidem, sed non teneri*. Numquam tamen, quod meminerimus, ullum Sacerdotem sæcularem, aut diversi Ordinis Regularem, vidimus a Regulari Prælato Monialibus sibi subjectis extraordinarium Confessorem deputari. Denique quum aliquando evenire possit, ut in casu negligentiæ Superioris Regularis ad Episcopum, ut supradictum est, pertineat deputatio Confessarii extraordinarii, etiam pro Monialibus Regularium regimini subjectis, nulla ipse lege tenetur ad hujusmodi Confessarium eligendum ex eo Ordine, cujus est Monasterii Prælatus; sed tali casu liberum est illi quemlibet idoneum Presbyterum Sæcularem, aut alterius Ordinis Regularem ad audiendas earum Monialium Confessiones deputare.

,, At quum superioribus annis Apostolicæ Sedi expositum fuisset pluribus de causis, iisque gravissimis, quas hic referre opus non est, non tam opportunum, quam plane necessarium videri, ut Monialium Monasteria Regolarium regimini subjecta semel saltem in anno Confessarium extraordinarium diversi Ordinis Regularem, aut e Sæculari Clero Presbyterum haberent; hujus rei examen, jubente fel. record. Prædecessore Nostro Innocentio Papa XIII. assumptum fuit a peculiari Congregatione ex quinque tunc existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus composita, cui nos tunc in minoribus constituti in Secretarii munere operam præstabamus; quæque per annum, & ultra, singulis Hebdomadis cogebatur, ad discutienda, & definienda complura Ecclesiasticarum quæstionum capita, quæ deinde inserta sunt in Apostolicis litteris ab eodem Innocentio Prædecessore editis die decima tertia Maji anni millesimi septingentesimi vigesimi tertii, quarum initium est: *Apostolici Ministerii*, quæ etiam a san. mem. Prædecessore quoque Nostro Benedicto Papa XIII. in forma specifica confirmatæ fuerunt per alias similes litteras datas die vigesima tertia Septembris anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti.

,, Cum autem negotia, quæ in ea Congregatione tractabantur, nullius privatas rationes attingerent, sed de restituenda potissimum Tridentini Concilii observantia in quibusdam Catholici Orbis regionibus, ut ferebatur, non parum labefactata, unice ageretur; necessarium minime judicatum fuit, aliquem velut in judicium vocare ad deducenda jura, si quæ sibi adversus illa, quæ decernenda viderentur, competere forsan putaret. Sed Nostra peculiaris cura erat, ad singula proposita capita totidem dissertationes, unicuique ex præfatis Cardinalibus exhibendas, elucubrare; ad demonstranda videlicet fundamenta illius disciplinæ, quæ in usum revocanda censebatur. Nec aliter se res habuit, quum in eadem Congregatione, ut præfertur, in deliberationem venit, an decernendum foret, ut Regulares Monasteriorum Prælati, una saltem ex tribus vicibus, quibus extraordinarium Confessarium Monialibus sibi subjectis in annos singulos exhibere debent, aliquem Sæcularem, aut alterius Ordinis Regularem Presbiterum ad id deputare tenerentur, utque, ipsis hac in re deficientibus, liberum esset Episcopis locorum Ordinariis eorum defectum supplere, & emendare.

,, Verum quum Regularibus innotuisset, a prædicta Congregatione conditum esse Decretum eorum intentioni contrarium, utpote qui minime astringi volebant ad hujusmodi annuam deputationem Confessorum extraordinariorum e Clero Sæculari, vel ex aliis Ordinibus; nonnullarum Religionum Procuratores Generales petierunt admitti ad deducendas rationes, quas hujusmodi Decreto obstare putabant: cumque id facile impetrassent, ac suam totiusque Cœtus Regularium causam per eximios illius temporis in Romana Curia Advocatos defendi curassent, sed nihilominus prædicta Cardinalium Congregatio in priori sententia permansisset, placuit prælato Prædecessori Innocentio, antequam Decretum hujusmodi approbatione sua confirmaret, aliorum Cardinalium sententias audire. Itaque exclusis illis omnibus, qui ex ipsius Pontificis deputatione in præcedentibus sessionibus per annum integrum negotia discusserant, aliisque advocatis Cardinalibus, quibus exhiberi secreto fecerat, conscriptarum allegationum exempla, nobis etiam adesse jussis, qui rationum momenta a priori Congregatione præ oculis habita, si opus esset, exponere possemus, novam Cardinalium Congregationem ex improviso coram se convocavit, in qua iterum proposita quæstio diligenter, ac mature discussa fuit; ac demum ipse Pontifex de ipsius Congregationis consilio, & assensu, super hac re decrevit, ut sequitur. *Cumque ex eodem Concilio Tridentino Confessor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium Confessiones audiat, si imposterum Superiores Regulares, quoad Monasteria ipsis subjecta, toties prædictum extraordinarium Confessore deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eorum Ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno*

,, ad

,, *ad id munus elegerint Sacerdotem aut Sæcularem, aut Regularem alterius diversi Ordinis professorem, in his casibus Episcopi, pro sui arbitrio, & conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo, aut prætextu a Superioribus Regularibus valeat impediri*. Præscriptum sane fuit hujusmodi Decretum ea occasione, qua agebatur de restitueoda in certis quibusdam Regionibus Ecclesiastica disciplina ad formam Concilii Tridentini. Verum ipsius Decreti vigor ad eas dumtaxat Regiones minime restrictus fuit; quum & animarum pericula, quæ ex perpetua Confessorum ejusdem Ordinis deputatione timebantur, in omnibus Monasteriis Regularium regimini subjectis locum habere possint; & quæcumque adversus Decretum ipsum adducta fuerunt, ex generalibus Ordinum statutis, & ex Constitutionibus Monialium Regularibus subjectarum fuerint desumpta. Cumque judicatum fuerit, ea omnia nequaquam obstare, quo minus ita decerneretur; sequitur, ut, quamvis eidem Decreto causam dederint peculiarium quarumdam Regionum necessitates Apostolicæ Sedi eo tempore expeditæ, illud tamen generale sit, & universos per Orbem Regulares Monasteriorum Monialium Prælatos afficere debeat. Cum vero deinde alter laudatus Prædecessor Benedictus XIII. Innocentii litteras in forma specifica confirmarit, Nobis constat illius mentem fuisse, ut hujusmodi Decretum universalis, & inviolabilis legis vim obtineret. Super quo nihilominus, ne ulla apud aliquos superlit dubitatio; Nos ipsi præsentium litterarum vigore, ac motu proprio, & certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ipsum relatum Innocentii Prædecessoris Decretum, statutum, mandatum, atque præceptum ad omnia per Orbem ubique existentia, & Regularium regimini subjecta Monialium Monasteria, quatenus opus sit, expresse extendentes, & ampliantes, decernimus, atque statuimus, ut singulis annis, incipiendo a proximo millesimo septingentesimo quadragesimo nono a Nativitate Domini decurrendo, Regulares Monasteriorum Prælati teneantur bis, aut ter in anno Confessarium extraordinarum universis Monialibus in iis degentibus offerre. Si vero ipsi forsan hujusmodi Confessarii extraordinarii deputationes inter præscripta tempora omiserint, vel semper proprii Ordinis Regularem Sacerdotem ad hunc effectum deputaverint, ita ut præfatæ Moniales semel saltem in anno Confessarium extraordinarium e Clero Sæculari, aut ex alio Ordine Regulari non habeant; ad Episcopos Diœcesanos, omni appellatione remota, devolvatur jus supplendi eorumdem Prælatorum defectum (si nempe pensatis rerum circumstantiis, ita expediens esse judicaverint) per deputationem Confessarii extraordinarii, quem tam in uno, quam in altero casu, aut e Clero Sæculari, aut ex alio Regulari ordine pro ipsorum arbitrio deligere possint, & valeant.

,, Quo circa dilecto filio nostro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali moderno nostro, & pro tempore existenti Romani Pontificis in Urbe, ejusque Districtu Vicario in Spiritualibus Generali, earumdem præsentium tenore committimus, & mandamus, ut hæc Nostra Decreta, atque statuta, tam in omnibus ejusdem Almæ Urbis Monasteriis, quæ Regularium regimini subsunt, quam in aliis quibusque Regularium, aut Sæcularium Mulierum, aut Puellarum domibus, seu Collegiis, atque Conservatoriis, quibus unicus ordinarius Confessor a Superioribus deputari solet, in omnibus, & per omnia juxta earumdem litterarum præscriptum, exactissime observari, & adimpleri faciat; ne forte audiri contingat, quod cum magna animi Nostri molestia dictum aliquando esse cognovimus, Apostolicas Constitutiones Romæ quidem ferri, & publicari, sed eas minime in ipsa Urbe ad effectum perduci.

,, Eamdem porro curam, & sollicitudinem injungimus, & demandamus Ven. Fratr. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis per omnes universi Orbis Ecclesias constitutis, quibus ut satis perspectum putamus voluntatis nostræ studium tam in eorum rationabilibus querelis, justissimisque petitionibus suscipiendis, quam in corruptelis, quas irrepsisse judicaverint, eliminandis, idque non ex ingenio Nostro quidquam statuendo, nec peregrinas novitates inducendo, sed veteres, ut plurimum, leges, & regulas, vigili Prædecessorum Nostrorum providentia jam pridem constitutas, in pristinum, debitumque vigorem, & usum revocando; ita eosdem meminisse volumus, proprium zeli Pastoris Officium non in eo situm esse, ut adversus ea, quæ contra leges fiunt, inutiliter deplorando declament; sed ut illa de medio tollere curent, adhibitis opportunis remediis in eum finem jam præstitutis, implorato etiam Apostolicæ Sedis auxilio, ubi impedimentum aliquod eorum auctoritati, & legum executioni afferri contingat, omnesque diligentias, & curas, quas corrigendis abusibus ipsi fideliter impenderint, in irritum cedere videant.

,, Quoniam vero tam in superius allegato Clementis XI. Edicto, quam in Synodalibus plurium Episcoporum Constitutionibus statutum esse conspicimus, ut quo tempore extraordinarius Confessor alicui Communitati deputatus ministerio suo fungitur, ordinarius Confessor nullum ipsi impedimentum afferre audeat, multoque minus præsumat per id temporis alicujus Monialis, sive Superiorissæ, sive Novitiæ, sive Conversæ, neque demum alterius cujuscumque personæ intra septa Monasterii, aut piæ Domus commorantis Sacramentalem Confessionem audire; Nos id quoque approbatione Nostra roborantes, & confirmantes, statuimus, & mandamus, ut Episcopi quidem, si de Monasteriis, aut Domibus eorum regimini subjectis agatur, Regulares autem Superiores, quod ad illas Communitates attinet, quibus ipsi præsunt, pro hujusmodi legis implemento advigilent, & contravenientes meritis pœnis coerceant, & afficiant.

,, Ac demum quibuscumque Coofessariis extraordinariis, qui vel alicui Communitati generaliter, vel peculiariter alicui personæ in Monasterio degenti, concessi, ac deputati fuerint, districte inhibemus, sub pœnis adversus accedentes ad Monasteria Monialium, & cum ipsis conversantes, præsertim Regulares, a Prædecessoribus Nostris quandocumque statutis (quas etiam præsentium vigore confirmamus, & innovamus) ne, postquam suum officium impleverint, ad idem Monasterium ulterius accedere, aut ullius generis commercium intra ipsum quomodocumque continuare, & fovere, etiam sub spiritualis causæ, aut necessitatis obtentu, & colore, audeant, aut præsumant.

,, Decernentes, ipsas præsentes litteras, atque omnia, & singula in eis statuta, etiamsi quicumque in iisdem interesse habentes, seu habere prætendentes, ad id vocati, & auditi non fuerint, nec præmissis consenserint, aut alterius cujuscumque generis defectus forsan adversus eas objiciatur, semper, & perpetuo valida, & efficacia esse, & fore, & ab omnibus, ad quos spectat, atque in futurum spectabit, inviolabiliter etiam perpetuo

,, ob-

„ observari. Sicque, & non aliter in præmissis per „ quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationes ordinarias, atque peculiariter deputatas, aliosque Cardinales etiam de Latere Legatos, ac Vice Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, judicari, & definiri debere; sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate; atque irritum, & inane decernentes quidquid secus a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

„ Non obstantibus quibuscumque etiam Apostolicis ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quarumcumque Ecclesiarum, & Ordinum Regularium, seu Congregationum aut Societatum, & Institutorum, etiam S. Joannis Jerosolymitani, aliorumque Militarium Ordinum, seu Monasteriorum Virorum, aut Monialium, aliarumque piarum Domuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore Juris clausis, aut litteris Apostolicis, cuilibet præmissorum, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, etiam hic de necessitate exprimendis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie, & derogatoriarum derogatoriis, quomodolibet in contrarium concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, hac vice dumtaxat, & ad præmissorum effectum, illis alias in suo robore permansuris, de Apostolicæ potestatis plenitudine derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

„ Volumus demum, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, nonis Augusti, Pontificatus Nostri anno octavo.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, Indictione undecima, die vero 16. Aug. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. BENEDICTI, Divina Providentia Papæ XIV. anno octavo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Dominicum Contini Apostol. Curs.

Horatius Mugnaini Mag. Curs.

L V I I.

„ Illustre, e Molto Reverendo Monsignore come Fratello = Per ovviare all' esecrabile ardimento di certi Figli di perdizione, che oltrepassando i termini d' ogni impietà, stendono ca:andio le temerarie, e sacrileghe mani al Santo de' Santi, all' Augustissimo Sacramento dell' Eucaristia, ed a i Sacri preziosi Vasi, in cui l' Ostia consagrata, o le Sacre particole si conservano, l' Appostolico Zelo de' Sommi Pontefici Romani non solo stabilì, che i Rei di un sì orrendo misfatto consegnar si dovessero al braccio Secolare, onde si punissero anche coll' ultimo supplizio; Ma considerando, che talvolta ad un simil eccesso pur troppo adito si porge dalla negligenza, e colpevole disattenzione de' Custodi de' Sagri Tabernacoli, ancor contro di questi prescrisse le dovute pene.

„ Ciò nondimeno però, l' esperienza ha fatto conoscere, che alcun de' medesimi Custodi, senza pensare, che l' accennato delitto non di rado provviene dalla loro poca fedeltà, e vigilanza, trascurano impunemente una parte così essenziale de' loro doveri:

„ Quindi è, che la Santità di Nostro Signore, attenendosi all' esempio d' Innocenzo XIII. suo Predecessore, di felice ricordanza, ha espressamente ordinato, e comandato, che per la presente Lettera circolare di questa Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, si significhi a tutti gli Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinarj dell'Italia, e dell' Isole adjacenti, come pure a tutti i Superiori Generali degli Ordini Regolari, esser mente precisa della Santità Sua, che ogn' un di loro nella propria Diocesi, Territorio, o Distretto respettivamente ingiunga, e coll' espressioni più urgenti, ed efficaci inculchi ai Parrochi, Rettori, Sagrestani, o a qualunque altro, cui la Custodia de' Sagri Tabernacoli appartiene, di non mancare ad una cura tanto gelosa, e di ritenere presso di se le Chiavi, o di riporle in luogo sicuro sotto altra Chiave, in guisa, che i Sacri Vasi della Santissima Eucaristia non restino mai esposti al pericolo di essere involati, o toccati. Che se per negligenza, trascuratezza, o altro difetto colpevole della fedele, ed esatta attenzione de' suddetti Parrochi, Rettori, Sagrestani, o altri incaricati della mentovata Custodia accaderà alcun furto sacrilego senza violenta frattura de' Sagri Tabernacoli, e particolarmente se gli avessero lasciati aperti, o le Chiavi di essi nell' uscíuolo, o in altro luogo, onde i scellerati Delinquenti le avessero tolte con facilità, e commesso avessero l'orribil misfatto, in questi, o somiglianti casi, vuole, e comanda Sua Beatitudine, che dai respettivi Arcivescovi, Vescovi, o Ordinarij, e Superiori Generali degli Ordini Regolari si proceda, anche in virtù del Capitolo *De Custodia Eucharistiæ*, contro i Parrochi, Rettori, Sagrestani, o altri obbligati per ragion delle cari-

„ che

,, che loro a custodire i Sagri Tabernacoli, irremissibilmente, e senz' altro Processo alla pena delle Carceri, o ad altre ancora ad arbitrio, giusta la qualità della negligenza, e della colpa, oltre la perpetua privazione dell' uffizio di Sagrestani; ed in quanto a i Regolari, anche alla pena della privazione dell' una, e l' altra voce. Qualora poi si omettesse la ben dovuta diligenza in custodire, come di sopra si è motivato, la Santissima Eucaristia, ancorchè Furto, e Sacrilegio alcuno non seguisse, la Santità sua vuole, e comanda, che, ciò non ostante, i nominati Parrochi, Rettori, Sagrestani, o altri, come sopra sieno sottoposti alla pena della sospensione dell' uffizio per tre mesi, come providamente dispose Innocenzo III. nel citato *Cap. de Custodia Eucharistiæ* = Nè dovrà suffragare a i Parrochi, Rettori, Sagrestani, o altri tante volte commemorati, ad oggetto di sottrarsi dalle pene enunciate, che da altro Sacerdote, o Ministro sagro si lascino i Santi Tabernacoli aperti, o le Chiavi di essi in luogo non sicuro, poichè a i detti Parrochi, Rettori, Sagrestani, o altri si spetta la diligente, ed esatta cura de' Sagri Vasi, e del Santissimo Sacramento Eucharistico, ed essi sono strettamente obbligati, e tenuti a vegliare fedelmente, acciò terminati i Divini Uffizj, il Sagrosanto Deposito, ed i Sagri Tabernacoli non soggiacciano ad alcun insulto, o a sacrilego rapimento. Dovrà bensì contro il detto Sacerdote, o qualsivoglia altro, procedersi alle medesime pene, comechè avrà anch' esso data occasione ad un tanto eccesso.

,, E perchè gli Ordinarj de' Luoghi possano procedere, giusta le riferite Disposizioni Pontificie, anco, ra contro I Regolari, o altre persone esenti sopra la materia, di cui tratta, si concedono agli Ordinarj medesimi, in virtù della presente, dalla Sagra Congregazione le facoltà necessarie, ed opportune, cumulativamente però co' loro Superiori Regolari, a' quali parimente sua Beatitudine vuole, che s' imponga il medesimo peso. Sarà poi parte indispensabile della Pastoral sollecitudine degli Ordinarj il ragguagliare la stessa Sagra Congregazione delle Procedure, che seguiranno per le accennate rilevantissime cause.

,, Dovrà pertanto V. S., affine di esigere la più esatta osservanza de' Supremi Comandamenti della Santità sua, per di lei nuovo Editto, o Notificazione, da affiggersi nelle Sagrestie, ordinare, e comandare, colle formole più stringenti, che le detterà il noto suo Zelo, a tutti i Parrochi, Rettori, Sagrestani, o altri Custodi de' Sacri Tabernacoli a lei soggetti tutto ciò, che nella presente si contiene, e fu già espresso in altra Lettera circolare della stessa Sagra Congregazione, spedita a tutti gli Ordinarj de' Luoghi sotto il dì 8. Gennajo dell' anno 1724. per comandamento del lodato Sommo Pontefice Innocenzo XIII.

,, Confida sua Beatitudine, che da lei verranno fedelmente eseguiti gli Ordini Pontificj, e che conseguentemente non vi sarà più luogo a temere di alcuna irriverenza, o empio disprezzo dell' ineffabil Mistero Eucaristico; E Dio la prosperi.

Di V. S.

Roma 9. Febbrajo 1751.

Come Fratello
C. A. Cardin. G. Cavalchin.
Giuseppe Arciv. di Damasco Segr.

LVIII.

SS. D. N. PAPÆ BENEDICTI XIV.

C O N S T I T U T I O

Qua quinque propositiones de duello proscribuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

,, Detestabilem, ac divina naturalique Lege damnatum Duellorum abusum, a barbaris gentibus atque superstitiosis, non sine ingenti corporum, animarumque clade, in Christianam Rempublicam auctore Diabolo invectum, cum semper execrata sit, atque improbarit Ecclesia, tum præcipuo in eam curam studio, vigilantia, ac zelo incubuerunt Romani Pontifices, ut a Fidelium cœtu longissime arceretur. Nam, ut antiquiora mittamus Prædecessorum Nostrorum, Nicolai I. (a), Cælestini III., Innocentii II., Eugenii III., Alexandri III. (b) Innocentii IV. (c) adversus singulares pugnas decreta, extant recentiores Apostolicæ Sedis Constitutiones, quibus Romani Pontifices Julius II. (d) Leo X. (e), Clemens VII. (f), ac demum Pius IV. (g) gravissimas pœnas antea statutas confirmarunt, aliasque de novo addiderunt, contra duellantes ex quacumque causa, etiam per Sæculares Regionum aut Locorum Leges forsan permissa, adjecta infamia, bonorumque proscriptione etiam adversus complices ac participes, & qualemcumque operam iisdem præbentes.

,, Tridentina vero Synodus (h) latam in eos excommunicationem extendit ad Imperatores, & Reges, Duces, ac Principes, ceterosque Dominos temporales, si locum ad Monomachiam in terris suis concesserint, ac jurisdictione & dominio loci, in quo duellum fieri permiserint, quem ab Ecclesia obtineant, eo ipso privatos declaravit. Committentes vero pugnam, eorumque Patrinos, excommunicationis ac omnium bonorum proscriptionis, nec non perpetuæ infamiæ pœnam incurrere statuit; & si in ipso conflictu decesserint, Ecclesiastica sepultura perpetuo carituros decrevit.

,, Cum vero præfatis saluberrimis Legibus judicialia dumtaxat, ac solemnia duella comprehensa, ac proscripta viderentur, piæ memoriæ Prædecessor noster Gregorius Papa XIII. (i) hujusmodi pœnas adversus eos omnes extendit, qui nedum publice, sed etiam privatim ex condicto, statuto tempore, & loco, Monomachiam commiserint, etiamsi nulli Patrini, sociive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve provocatoriæ Litteræ aut denuntiationis Chartulæ præcesserint.

,, Denique felicis recordationis Clemens Papa VIII. etiam Prædecessor noster, Apostolicas Romanorum ante se Pontificum Leges omnes, & pœnas in eis statutas, sua Constitutione, quæ incipit *Illius vices*, data 16. Kal. Septembris Anno 1592. diserte complexus, easdem extendit ad omnes non solum duello certantes, sed etiam provocantes, suadentes, equos, arma, commeatus præbentes, comitan-

(a) *Epist. L. ad Carolum Calvum.* (b) *In Concil. Lateranensi C. 1.*, & 2. de Torneamentis, *ubi trium Prædecessorum Decreta citantur.* (c) *In Epistol. ad Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ecclesiasticos Regni Franciæ, ap. Raynald. ad ann. 1252. n. 31.* (d) *Constit. incip.* Regis Pacifici. (e) *Constit.* Quam Deo, & Hominibus. (f) *Constit.* Consuevit Romanus Pontifex. (g) *Constit.* Ea quæ a Prædecessoribus.
(h) *Sess. 25. c. 19. de Reform.* (i) *Const.* Ad tollendum.

„ mitantes; Chartulas; Libellos, Manifesta mittentes, scribentes, vel divulgantes, aut quomodolibet circa ista cooperantes, Socios, Patrinos, de industria spectatores, fautores, criminis demum participes, illudque permittentes, vel quantum in ipsis est, non prohibentes, ac delinquentibus veniam & impunitatem concedentes, quique se prædictis quoquomodo immiscuerint, etiamsi neque pugnæ effectus, neque accessus ad locum sit subsequutus.

„ His tam sapienter, tam aperte, atque perspicue ab Ecclesia, & ab Apostolica Sede constitutis, dubitari jam nullo modo posse videbatur, quin duella omnia, tam publica, quam privata, & naturali, & Divino, & Ecclesiastico jure, prorsus illicita, vetita, atque damnata censeri deberent. Sed nonnulli earum Legum interpretes, per benignitatis speciem humanis pravisque cupiditatibus plus æquo faventes, Apostolicas Sanctiones ad corrupta hominum judicia inflectentes ac temperantes, *licere*, docuerunt, (*a*) *Viro Equestri duellum acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat*: (*b*) *Fas esse defensione occisiva, vel ipsis Clericis, ac Religiosis, tueri honorem, dum alia declinandæ calumniæ via non suppetat*; (*c*) *propulsare damna, quæ ex iniqua Judicis sententia certo imminent*; (*d*) *defendere non solum quæ possidemus, sed etiam ea, ad quæ jus inchoatum habemus, dum alia via id assequi non valeamus*. Quas quidem affectiones duellis faventes, Apostolica Sedes censura notavit, rejecit, proscripsit.

„ Et nihilominus extiterunt quam proxime recentiores alii, qui etsi Duella, vel odii, vel vindictæ, vel honoris tuendi causa, vel levioris momenti res fortunasque servandi, fateantur illicita; aliis tamen in circumstantiis, & casibus, vel admittendi Officii, & sustentationis, vel denegatæ sibi a Magistratu justitiæ, defensionis innoxiæ titulo, ea licere pronunciant. Laxas, & periculi plenas opiniones hujusmodi, ex vulgatis eorum Libris ad Nos delatas, ubi primum accepimus, earum examen nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & quibusdam dilectis Filiis Sacræ Theologiæ Magistris specialiter ad id per Nos deputatis commisimus; qui re mature discussa, latis coram Nobis tum voce tum scripto suffragiis, infrascriptas propositiones censura, & proscriptione dignas existimarunt.

PRIMA PROPOSITIO.

„ *Vir Militaris, qui nisi offerat, vel acceptet duellum, tamquam formidolosus, timidus, abjectus, & ad Officia Militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo se suosque sustentat, privaretur, vel promotionis, aliàs sibi debitæ ac promeritæ, spe perpetuo carere deberet, culpa & pœna vacaret, sive offerat, sive acceptet Duellum.*

II.

„ *Excusari possunt etiam, honoris tuendi, vel humanæ vilipensionis vitandæ gratia, Duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt pugnam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam.*

III.

„ *Non incurrit Ecclesiasticas pœnas ab Ecclesia contra duellantes latas, Dux, vel Officialis Militiæ, acceptans duellum, ex gravi metu amissionis famæ, & officii.*

IV.

„ *Licitum est, in statu hominis naturali, acceptare, & offerre duellum, ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio earum jactura propulsari nequit.*

V.

„ *Asserta licentia pro statu naturali, applicari etiam potest statui Civitatis male ordinatæ, in qua nimirum, vel negligentia, vel malitia Magistratus, justitia aperte denegatur.*

„ Auditis itaque, super unaquaque earum Propositionum dictorum Cardinalium & Consultorum judiciis, atque omnibus rite, & mature considératis, Nos ipsas, præsentium Litterarum tenore, & Apostolica Auctoritate, tamquam falsas, scandalosas, ac perniciosas rejicimus, damnamus, ac prohibemus, itaut quicumque illas aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de iis, etiam disputandi gratia, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præterquam in mortis articulo) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi ab existente pro tempore Romano Pontifice absolvi.

„ Insuper districte, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii, prohibemus omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, & status etiam speciali & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

„ Jam vero ut exitiosam Duellorum licentiam, in Christiana; ac præsertim Militari Republica, non obstantibus providis Legibus a plerisque etiam Sæcularibus Principibus & Potestatibus ad eamdem extirpandam laudabiliter editis, adhuc gliscentem, validiore manu coerceamus, gravissimumque scelus Apostolicæ districtionis gladio magis magisque insequamur, omnes & singulas dictorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones superius enunciatas, quarum tenores, ac si præsentibus de verbo ad verbum insertæ forent, pro sufficienter expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate confirmantes & innovantes, ad hoc ut pœnarum gravitas & severitas majorem perditis hominibus ingerat peccandi metum, Nostro Motu proprio, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, earumdem præsentium Litterarum serie, statuimus atque decernimus, ut si quis in duello, sive publice, sive privatim, indicto, hominem occiderit, sive hic mortuus fuerit in loco conflictus, sive extra illum, ex vulnere in duello accepto, hujusmodi homicida, tamquam interficiens proximum suum animo præmeditato ac deliberato, ad formam Constitutionis felicis recordationis Prædecessoris Nostri Benedicti Papæ XIII. quæ incipit *Ex quo Divina*, data vi. Idus Junii Anno Domini MDCCXXV. ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio exclusus & repulsus omnino censeatur; ita ut a cujuscumque Sacri aut Religiosi loci Asylo, ad quod confugerit, servatis tamen de jure servandis, extrahi, & Judicis competentis Curiæ pro merito puniendus tradi possit & debeatur; super quo Nos Episcopis, aliisque Superioribus Antistitibus, ad quos respe-

(a) 2. *Prop. damnata ab Alexandro VII.* (b) 17. *Prop. ex damnatis ab eodem.*
(c) 18. *Prop. ab eodem damnata.* (d) 32. *Prop. ex damnatis ab Innocentio XI.*

,, respective pertinet, & pertinebit imposterum, necessarias & opportunas facultates præsentium quoque tenore impertimur. Quin etiam, vivente adhuc altero in singulari certamine graviter vulnerato, si percussor in locum immunem se receperit, ex quo, eveniente illius morte, fugam arripere, & legum severitatem evadere posse prospiciatur; Volumus, & respective permittimus, ut, quatenus Periti ad inspiciendum vulnus accitt, *grave vitæ periculum* adesse retulerint, percussor ipse, prævio semper Decreto Episcopi, & cum assistentia personæ Ecclesiasticæ ab eodem Episcopo deputatæ, ab hujusmodi loco immuni extractus, sine mora carceribus mancipetur; ea tamen lege Judicibus indicta, ut illum Ecclesiæ restituere debeant, si vulneratus superstes vivat ultra tempus a legibus, quæ de homicidio sunt, constitutum; alioquin in easdem pœnas incidant, quæ in memoratis Benedicti XIII. Litteris constitutæ sunt adversus illos, qui delinquentem in aliquo ex casibus ibidem expressis, & indiciis ad id sufficientibus sibi traditum, restituere recusent, postquam is in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerit.

,, Præterea, simili motu & auctoritate decernimus ac declaramus, Sepulturæ sacræ privationem a sacrosancta Tridentina Synodo inflictam morientibus in loco duelli & conflictus, incurrendam perpetuo fore, etiam ante Sententiam Judicis, a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive duellum publice, sive privatim indictum fuerit, ac etiamsi vulneratus ante mortem non incerta Pœnitentiæ signa dederit, atque a peccatis & censuris absolutionem obtinuerit; sublata Episcopis, & Ordinariis Locorum super hac pœna interpretandi ac dispensandi facultate, quo cæteris documentum præbeatur fugiendi sceleris, ac debitam Ecclesiæ Legibus obedientiam præstandi.

,, In hujus demum sollicitudinis nostræ societatem vocantes Carissimos in Christo Filios Nostros, Imperatorem electum, cunctosque Catholicos Reges, necnon Principes, Magistratus, Militiæ Duces, atque Præfectos, eos omnes & singulos, pro sua in Deum Religione, ac pietate, enixe obtestamur in Domino, ut conjunctis studiis, & animis, exitiosæ duellorum licentiæ, qua Regnorum tranquillitas, populorum securitas, atque incolumitas, neque corporum solum, sed, quæ nullo pretio æstimari potest, æterna animarum vita certo periclitatur, omni nisu & constantia vehementer obsistant. Neque sibi, suæque in Deum fidei, munerisque rationi fecisse satis intelligant, quod optime constitutis Legibus, indictisque gravissimis pœnis, horrendum scelus proscriptum sit, nisi accuratam ipsarum Legum, pœnarumque executionem naviter urgeant, ac promoveant, seque inexorabiles Dei vindices in eos, qui talia agont, diligenter exhibeant; Nam si delinquentes aut oscitanter ferant, aut molliter puniant, alieno sese crimine polluent, omnisque illius sanguinis reos se constituent, quem ita crudeliter inultum effundi permiserint. Vani etiam falsique honoris Idolo humanas litari victimas non impune feret supremus omnium Judex Deus; rationem ab iis aliquando exacturus, quorum est Divina, & humana jura tueri, sibique creditorum hominum vitam servare, pro quibus sanguinem ipse suum Jesus Christus effudit.

,, Volumus autem ut præsentium Litterarum Transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ubique, etiam in judicio, fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter forent exhibitæ vel ostensæ: Utque eædem præsentes in consuetis locis publicis hujus Almæ Urbis per Cursores nostros, ut moris est, publicatæ & affixæ, omnes & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ & notificatæ fuissent.

,, Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum prohibitionis, damnationis, præcepti, statuti, declarationis, facultatum impertitionis, obtestationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII. quarto Idus Novembris Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

LIX.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

,, Essendoci stato rappresentato da Persone dabene, e zelanti dell' onor di Dio, che sarebbe stata cosa ben fatta, qual' ora nelle nostre Basiliche Patriarcali di S. Giovanni in Laterano, di S. Pietro in Vaticano, e di S. Maria Maggiore, si fossero stabiliti Ministri, che istruissero i Penitenti, che dalla Dataria Apostolica si spediscono alle dette tre Basiliche, per adempire in esse le opere servili, e laboriose, che vengono loro prescritte, e che devono adempire prima che ad essi si rilasci la Dispensa matrimoniale, per ottenere la quale si sono portati a Roma; e che l' istruzione si riducesse a far loro fare una fruttuosa Confessione, ed a ricevere degnamente il Sacramento dell' Altare, il che loro pure viene prescritto dalla Dataria, oltre la visita delle sette Chiese, e l' ascendere le Scale Sante: Ed avendo Noi sopra ciò dato gli ordini opportuni, come si raccoglie da una nostra Lettera Circolare scritta a' Cardinali Arcipreti delle dette tre Basiliche sotto il giorno 18. Gennajo di questo anno corrente; ed avendo avuti sicuri rincontri dello zelo, con cui alcuni Canonici, ed altri Ecclesiastici delle dette Basiliche si sono accinti alla grande opera, travagliando indefessamente per l' effecuzione degli ordini dati; ne abbiamo avuta una straordinaria consolazione, e ne abbiamo rese di cuore le dovute grazie al Signore Iddio Autore di ogni bene.

,, Non è stata però in tutto, e per tutto compiuta la nostra consolazione, essendoci stato riferito, che nell' occasione de' Catechismi, che si vanno facendo per disporli alla Confessione, ed alla Comunione, si ritrovano bene spesso i Dispensandi ignari de' Misterj della nostra Santa Religione, parlando anche di quelli, che sono necessarj *necessitate Medii*; e però incapaci di essere ammessi ai Sacramenti. Al qual gravissimo inconveniente, benchè essi non manchino di porre gli opportuni rimedj colle necessarie istruzioni, non è però, che, oltre il travaglio, e la fatica, che gli stessi Ministri riconoscono necessaria, ed indispensabile, e che ben volentieri soffrono, ciò non amareggi i Dispensandi, che essendo poveretti, e vivendo colle fatiche delle loro mani, non vedono l' ora di partire da Roma, e ritornare alle loro Pa ie, e contrarre il Matrimonio, che bramano, e per cui

„ cui hanno intrapreso il viaggio, e si sono sottoposti alla pubblica laboriosa penitenza.

„ Nel principio del nostro Pontificato spedimmo una Lettera Circolare, nella quale eccitammo il zelo de' nostri Confratelli sopra l' insegnamento della Dottrina Cristiana nelle loro Diocesi. Abbiamo vedute le loro Sinodi vecchie, e nuove, ed abbiamo riconosciuto, che sono piene di esortazioni, ed istruzioni, e che nulla vi manca di quanto è necessario per l' opera importantissima dell' insegnamento della Dottrina Cristiana. Perlocchè con tutta buona fede ci protestiamo di essere persuasi, che non vi sia fra loro chi abbia in questo particolare mancato al suo Apostolico ministero, e che l' ignoranza ritrovata in alcuni de' loro Diocesani non sia provenuta, nè provenga da loro colpa, o negligenza; ma bensì o dalla ritrosia de' Sudditi nell' obbedire agli ordini de' suoi Superiori, col non andare alla Dottrina Cristiana; e poche volte, o forse mai, accostarsi a sentire la parola di Dio; o dall' incapacità di taluni di apprendere ciò, che s' insegna loro, o dall' essere stati ne' primi anni della loro età alla Dottrina Cristiana, senza più essersi curati di accostarsi a que' luoghi, ne' quali avrebbero potuto comodamente, e forse con maggior profitto, intendere nell' età adulta quanto fu loro detto nell' età puerile, in tal maniera che si riducono ad uno stato in tutto, e per tutto simile a quello, in cui si ritrovano coloro, che nell' età puerile non sono mai stati istrutti, nè sono stati mai alla Dottrina Cristiana: disordini tutti, che, benchè forse sian seguiti, e sieguano, non ostanti le diligenze de' nostri degni Confratelli; non esentano però Noi dal peso di dovere con questa nostra Lettera Circolare eccitare di nuovo il loro zelo; nè esentano Essi dal proseguire, e dall' accrescere le loro diligenze, in un punto, dal quale dipende l' eterna salute delle Anime alla loro cura commesse.

„ Niuno forse vi sarà fra voi, carissimi nostri Confratelli, che non sia pienamente informato di quanto fece il gran S. Carlo Borromeo, non meno nella sua vasta Diocesi di Milano, che in tutta la Provincia, di cui era Metropolitano, per istabilire un fruttuoso insegnamento della Dottrina Cristiana, quante, e quali furono le fatiche, che esso sopportò per ben fondare questo Santo Istituto: E quando Esso si avvidde, che le fatiche fatte non avevano conseguito quel frutto, che Esso bramava, non si perdette d' animo, ma accrebbe diligenze a diligenze, come si deduce dal suo quinto Concilio Milanese: *Nos multam hactenus diligentiam adhibuimus, ut omnes, & singuli Christifideles in Fidei Christianæ rudimentorum institutione erudirentur; Sed cum parum Nos hucusque profecisse tanta in re cognoverimus, negotii, periculique magnitudine adducti, hæc præterea decernimus*: Essendo bastato a quel gran Santo il sapere, che v' era il bisogno, per dovere operare in avvenire, aggiungere diligenze a diligenze, non ostante quel molto, che insino all' ora aveva fatto; in quella guisa, che bastò al Re degli Assirj l' avere avuta notizia, che le genti ignoravano i precetti di Dio = *Nuntiatumque est Regi Assiriorum, & dictum; Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in Civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei Terræ* = per spedirvi subito un Sacerdote, che insegnasse a quei Popoli i precetti di Dio: *Præcepit autem Rex Assiriorum dicens: ducite illuc unum de Sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis, & doceat eos legitima Dei Terræ* = Come si legge *nel lib. 4. de' Re al Cap.* 17.

„ Conformandoci Noi a questo pratico insegnamento di S. Carlo Borromeo, non ostanti le diligenze in fin ad ora da voi praticate, vi esortiamo, preghandovi per le viscere di Gesù Cristo, a non perdervi d' animo nella grand' opera dell' insegnamento della Dottrina Cristiana. Fate, che ogni Parroco faccia ciò, che gli vien prescritto dal Sacro Concilio di Trento, ed anche dalle vostre Sinodi: che s' insegni ne' giorni determinati la Dottrina Cristiana da' Maestri, e Maestre delle Scuole: che i Confessori facciano il loro dovere, quando tal' uno si accosta al loro Tribunale, ignorando le cose necessarie *necessitate Medii* per salvarsi; *e che lo stesso si faccia anche da' Parrochi prima di congiungere in Matrimonio quelli, che vogliono maritarsi*. S' inculchi a i Padri di famiglia, e Padroni delle Case, l' obbligo d' istruire, e fare istruire i loro Figli, e Famigliari nella Dottrina Cristiana: E nelle Diocesi, nelle quali è introdotta la disciplina, si prosiegua, e dove non è introdotta, s' introduca, che prima, o dopo la Messa Parrocchiale, si dicano ad alta voce, ed adagiatamente, dal Parroco istesso, gli Atti di Fede, Speranza, e Carità, ben composti, ripetendo il popolo le parole del Parroco. Non si trascuri l' adempimento dell' obbligo, che ha il Parroco, se non di predicare ne' giorni festivi, almeno di esporre dall' Altare al Popolo l' Evangelio, e d' istruirlo de' Misterj principali della nostra Santa Religione, de' Precetti di Dio, e della Chiesa, e di quanto è necessario per degnamente ricevere i Santi Sacramenti. Si battono le stesse pedate da' Predicatori, a' quali si dia il salutare avvertimento di unire all' esortazione l' istruzione; avendo gli Uditori bisogno dell' una, e dell' altra. Il metodo finalmente d' insegnare a i rozzi la Dottrina Cristiana viene additato da S. Agostino nel libro *de Catechizandis rudibus al Cap.* 10. ove dice, essere utilissimo quello delle famigliari interrogazioni, dopo aver fatta la spiegazione; ricavandosi dalla famigliare interrogazione, se chi l' ha udita, l' ha capita, e se per farla capire v' è bisogno di altra spiegazione: *Interrogatione quærendum est, utrum is, qui catechizatur, intelligat; & agendum, pro ejus responsione, ut aut planius, & enodatius loquamur, aut quæ illis nota sunt, non explicemus latius &c. Quod si nimis tardus est, misericorditer succurrendus est, breviterque ea, quæ maxime necessaria sunt, ipsi potissimum inculcanda*. Teniamo per certo, che si farà sempre da voi più di quello, che con questa nostra presente Lettera Circolare vi additiamo. Ed intanto con pienezza di cuore diamo a voi, Venerabili Fratelli, ed al Gregge alla vostra cura commesso, l' Apostolica Benedizione. Datum ex Arce Castri Gandulphi die 26. Junii 1754. Pontificatus Nostri Anno decimoquarto.

F I N I S.

